



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Tomus Secundus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

COMMENTARIORVM
IN PRIMAM
DIVI THOMÆ
PARTEM,

Tomus Secundus.

*In quo de mysterio gloriosissima & adorandissima Trinitatis, necnon de
Angelis, & de opere sex dierum disputatur.*

Doctore LVDOVICO MOLINA, Primario quondam in Eborensi
Academia Theologiæ professore è Socie-
tate I E S V, Autore.

COMMENTARIORVM

IN PRIMAM

DIVI THOMAE

PARTEM

Tomus secundus

Summae Thomae Aquinatis et aliorum philosophorum et theologorum
et aliorum philosophorum et theologorum

Summae Thomae Aquinatis et aliorum philosophorum et theologorum
et aliorum philosophorum et theologorum

100
100
100



DE MYSTERIO SANCTISSIMÆ
ET ADORANDISSIMÆ
TRINITATIS,

Doctore LUDOVICO MOLINÆ, à Societate IESV, Autore.

QVÆSTIO XXVII.

De Processione diuinarum personarum.

IRADITA huc usque prima ex illis tribus precipuis partibus, in quas à principio totum hoc opus distribuimus, in qua de Deo, & de attributis, que illi, quatenus vnus est in essentia, conueniunt, differunt, aggreditur D. Thomas secundam, in qua de arcano sanctissima Trinitatis mysterio totum nature lumen, Angelici etiam intellectus, transcendente usque ad quest. 43. disputat. Porro in eo tradendo, eo ordine progreditur, ut primo agat in hac questione de processionibus diuinarum personarum, per quas tum relationes originis, quibus persone constituuntur, ac distinguuntur, tum etiam persone ipse innotescunt. Secundo questione sequenti de relationibus originis. Et tertio de personis ipsis, aliisque ad hoc mysterium plenius intelligendum necessariis, usque ad questionem 43. pertractet.

ARTICVLVS I.

Vtrum in diuinis sit processio, simulque de erroribus Arii, Sabellij, & aliorum hæreticorum.

DISPVATIO I.

IRCÀ quaestionem propositam animaduertendum est, nomen processio, ut D. Thomas & Durandus in 1. dist. 13. q. 1. notant, videri primum impositum ad significandum motum progressuum animalium, quo à seipsis mota procedunt ab vno loco in alium; deinde verò videri extensum ad significandam quacumque emanationem vnius ab alio, tamquam à causa sua, aut principio: quo secundo modo sumitur hoc loco.

Diuus Thomas quatuor in hoc articulo præstat. Primo innuit, intenditque hanc conclusionem: In diuinis est processio. Quam probat, quia Scriptura sacra de rebus diuinis loquens vtrum nominibus significantibus processionem: cum autem ei non possit subesse fallum, neque hac in parte improprie aut metaphoricè loquatur, sed, ut in diuinis sit processio. Conclusio est de fide, ut constat ex illo Ioan. 7. Ego ex Deo processi. Ioan. 15. Spiritus veritatis, qui à Patre procedit. Ecclesiast. 24. Sapientia genita de se ipsa ait: Ego ex ore (id est, intellectu) altissimi prædium, primogenita ante omnem creaturam. Mich. 5. de Messia dicitur: Egressus eius ab initio à diebus æternitatis. Et in Symbolo, quod in Missis canitur: Qui ex Patre Filioque procedit.

Secundo loco excludit errorem Arii, qui vixit

A tempore Syluestri, & Constantini circa annum 314. Hic processionem diuinam actionem quædam ad extra esse dicebat, quibus effectus essentialiter, ac substantialiter à suis causis distincti producerentur. Etenim licet Filium Dei, propter ea, quæ in Scripturis de eo dicuntur, verbo tenus Deum, Patrique similem esse affirmaret, neque proinde concedere veller plures Deos, dicebat tamen, neque confubstantialem, neque coæternum Patri fuisse, sed esse creaturam quamdam spiritualem omnium nobilissimam, de nihilo ante omnia alia à Deo creatam, non tamen ex æternitate, & ob id præcessisse infinitum tempus cogitationis apprehensum, in quo nondum erat. Addebat, iuxta illud Ioan. 1. Et Verbum caro factum est, sumpsisse in vtero Virginis solam carnem, non verò animam rationalem, sed carni loco animæ vniuersam suam substantiam, idcircoque esse hominem per mysterium incarnationis, non tamen eiusdem speciei, & rationis nobiscum. De Spiritu sancto affirmabat, esse de nihilo creatum à Filio, illo inferiorem. Ita referunt Epiphanius libro secundo aduersus hæreses, hæresi 69. Augustinus de hæresibus ad Quod vult Deum, hæresi 49. & Socrates lib. 1. cap. 2. & 3.

C Origenes, qui circa annum 237. floruit, tamquam pater, & fons hæresis Arianorum fuit habitus, quatenus, teste Epiphanio in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, docuit Filium non posse videre Patrem, neque item Spiritum sanctum posse videre Filium. Imò Augustinus hæresi 43. affirmat Origenem docuisse, Filium Patri collatum esse mendacium, neque orandum vnà cum Patre, sed Filium & Spiritum sanctum esse creaturas. D. Thomas 4. contra gentes, cap. 6. suspicatur hæresim hanc ex verbis Platonis ortum habuisse: quia Plato consi-

Arii error circa diuinas processionem, personas, & Christi tam diuinitatem, quam humanitatem.

Origenis errores circa personas diuinas.

Processio quo patet sumatur.

Primo con-

cludit.

Arij error à pluribus pontificibus ante Arium damnatus.

tuebat summum Deum Patrem creatorem omnium rerum, addebatque ab eo primo fuisse primam mentem, per quam cetera fierent: Origenes vero Platonice fuit. Credendum præterea est, multos ex sectatoribus Platonis & Origenis ante Arium in eodem fuisse errore, tamen non eas vires habuerit, quas in Ario assumpsit. Hic namque idem error est, quem ante tempora Arii adductis multis Scripturæ sacræ testimoniis damnantur Xistus I. episto. 1. decretali ad omnes Christi fideles. Xistus II. epist. 1. ad Gratium Episcopum, Felix I. epist. 3. ad Benignum Episcopum, & Marellinus epist. 1. ad Salomonem Episcopum. Eundem damnare videtur Higinus, & Soter, uterque epist. 1. Athanasius etiam in epistola ad Episcopos Africae, ita inquit: *Prisci Episcopi ab hinc annis prope 130. tum qui Roma, tum qui in nostra civitate pontificatum gessere, accusaverunt eos, qui Filium creaturam dicerent, aut qui negarent eum consubstantialem Patri.* Qua eadem epistola docet, vocabulum *divinorum*, quo Patres Nicenæ Synodi Patrem, & Filium consubstantiales esse expresserunt, non fuisse tunc inuentum, sed prius à Patribus usurpatum. Et sanè Higinus epistola citata ita ait: *Nos itaque in natura divinitatis (quia unum sunt Pater & Filius & Spiritus sanctus) neque Patrem aliquo tempore credimus præcessisse, ut maior sit Filio, neque Filium postea natum esse, ut divinitate Patris minoretur.*

Origenes à Pamphil. existatur.

Illud admonerem, Pamphilum martyrem in Apologia pro Origene, qua habetur ad finem primi tomii operum Origenis, multis adductis testimoniis ex operibus illius conari vendicare eum ab errore, quem Epiphanius, & Augustinus Epiphanius sequutus, illi tribuunt, nec sine specie maxima probabilitatis, cum testimonia citet in quibus contrarium docuit Origenes. Et tam Pamphilus, quam Rufinus contendunt, errores multos insertos fuisse operibus Origenis ab illius aduersariis. At certe licet ex testimoniis, quæ Pamphilus citat, constet Origenem asseruisse, Filium esse coeternum, & consubstantialem Patri, neque esse à Patre productum de nihilo, atque adeo creatum, sed esse de substantia Patris, nihilominus, si rectè testimonia expendantur, redolere videntur, Filium non ea ratione consubstantialem esse Patri, quasi eadem numero natura sit in utroque, sed potius quasi Filius sit tamquam vapor de substantia Patris exhalatus: quod error est in fide. Cæterum quid de Origene censendum sit dicemus quaest. 64. artic. 2.

Inter sectatores, præcipuosque hæresis Arianae defensores, connumerantur Eusebius Episcopus Nicomedie, Lucius, Acetius, Acetius, Eunomius. Hi duo Arianae hæresi addiderunt, Filium per omnia Patri esse dissimilem, ut Augustinus hæresi 54. refert: aduersus Eunomium scripsit Basilus tres libros: Macedonius ab Ario dissensit, quatenus Filium Patri consubstantialem asseruit: cum eo verò consensit, asserens Spiritum sanctum esse creaturam, qua de causa Macedoniani semi-Ariani appellati sunt, ut testatur Augustinus hæresi 52. Contra Maximum Ariamum scripsit Augustinus tres libros, & contra Felicianum Ariamum librum unum, habentur verò 6. tomo operum Augustini.

Mahometi origo.

Mahometus (quem Ioannes Damascenus hæresi 106. Mahomedium appellat) de mercenario camelorum pastore, ac mercatore diues effectus, à Sergio Nestoriano pseudomonacho instructus ac adiuuus circa annum 640. sectam mediam ex hac Ariana, & ex Iudaica, multarumque aliarum hæresum, ac fabularum collatione commixtam confecit. Quod

ad præfens institutum attinet, docuit unum esse Deum, qui neque genuit, neque genitus est. Christum dixit esse Dei Verbum, at puram creaturam, conceptumque fuisse per Spiritum sanctum de Maria, negavit à Iudeis crucifixum. Inter alia, hæc de Christo scribuntur in Alchorano. *Christus Iesus filius est Mariae, & Apostolus Dei, & Verbum Dei, quod in ea posuit per Spiritum sanctum.* Rursum inducit Deum dicentem. *Dedimus Iesum Christum filium Mariae, ut faceret prodigia, & miracula manifesta & perfecimus eum per Spiritum sanctum.* Addidit, *Christum fuisse annuntiatum, & per Spiritum sanctum sanctificatum, & non communi operatione nature, sed virtute Dei conceptum, & ex Maria virgine sanctissima, & supra omnes mulieres munda procreatum.* Quibus miræ laudes sanctissimæ Matris adiciuntur in Alchorano. Si placet, legito Sanderum lib. 7. de viliabili monarchia Ecclesiæ, hæresi 125. & Canisium lib. 3. de Deipara, cap. 20.

Quid de Christo Domino & virgine matre scribitur.

Tertio loco excludit D. Thomas errorem Sabellij, errore Arii antiquiore. Sabellius sub Stephano summo Pontifice, & Emilianio Imperatore circa annum 255. processionem diuinam secundum actionem Dei ad extra esse etiam interpretatus: aliter tamen ac Arius. Constat tamen namque, Filium esse verum Deum Patri consubstantialem, & Spiritum sanctum similiter: nihilominus in Deo esse unum tantum suppositum ac personam, quæ, ut ex tempore naturam assumpsit humanam, diceretur Dei Filius: in se verò, atque ut principium est rerum creaturarum, diceretur Pater: ut autem ex tempore sanctificat creaturas mente præditas, diceretur Spiritus sanctus. Quare concedebat id, quod inde necessarium sequebatur, nempe Christum simul esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, nec minus Patrem, & Spiritum sanctum fuisse passos, & sepultos, quam Filium. Qua de causa sectatores huius erroris Patripassiani nuncupati sunt. Ita Hilarius 4. de Trinitate, & Augustinus hæresi 70. Eundem errorem secutus est postea Priscillianus, ut Augustinus ibidem refert.

Sabellij error circa diuinam processionem ac personam.

Error hic antiquior fuit Sabellio, quia tamen eius tempore maiores vires accepit, multoque plures infecti, Sabellio tributus est. Etenim Victor summo Pontifice, & Commodio Imperatore, circa annum 186. ex sectatoribus Montani, qui tum Montanista, tum Cataphryges dicti sunt, aliqui, quos Cataphrygas secundum Alschinem vocabant, docere coeperunt, Christum simul esse Filium, & Patrem. Eisdem secuti sunt Praxeas, & Victorinus (ut Terullianus de præscriptionibus refert) *sanctissimam Trinitatem in unius persona angustias* (ut Hieronymus ad Marcellam scribit) *cogentes.* Hunc errorem complexus est postea Noërus, ut Epiphanius hæresi 57. refert. Noërus Sabellius est secutus, & eam hæresim corroborauit, ideoque eius sectæ autor habitus est.

Quarto loco statuit D. Thomas hanc secundam conclusionem: *Processio in diuinis conuenientius constituitur secundum emanationem ad intra, ut Catholica fides docet, quam secundum actionem ad extra, ut hæretici peruersè interpretantur.* Ante probationem præmittit, in rebus creatis omnem processionem unius ex alio esse per aliquam actionem: quemadmodum verò duplex est actio, una transiens, alia manens in ipso agente: ita duplex est processio, una transiens extra causam agentem, qualis est processio caloris ab igne in aquam: altera manens intra causam agentem, quo pacto, quando aliquid intelligimus, conceptus, seu verbum mentis, quo

Secunda conclusio.

quod percipimus, emanat ab intellectu per actum intelligendi, & manet intra ipsum. Atque hoc est, quod significant verba illa Divi Thomae: Quicumque intelligit, ex hoc ipso, quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum, quod est conceptio rei intellecte, ex vi intellectus proveniens, & ex eius notitia procedens. Quam quidem conceptionem vox significat, & dicitur verbum cordis significatum verbo oris. Hactenus D. Thomas, qui nomine conceptionis, conceptum, seu verbum mentis, ut satis ipse explicat, intelligit. Porro conceptum dicit provenire ex vi intellectiva, hoc est, ex intellectu, tamquam ex potentia & principio efficiente, & ex eius notitia, id est, actu cognoscendi, & intelligendi tamquam ex actione, cuius terminus productus est conceptus, seu verbum mentis.

His ita constitutis, probat conclusionem in hunc modum: Deus est supra res omnes creatas, easque intervallo infinito excedit: ergo quae in Deo esse dicuntur non sunt intelligenda ad modum eorum, quae in rebus infimis creatis, ut sunt corpora, inveniuntur, sed ad modum eorum, quae inveniuntur in rebus supremis, quales sunt intellectuales substantiae, a quibus similitudo accepta non representat, quantum par est, divina, ut sunt in seipsis: ergo processio, quam Scriptura sacra ponit in Deo, non est intelligenda secundum actionem transcurrentem, qualis cernitur in corporibus, sed secundum emanationem ad intra, eo modo, quo dum aliquid intelligitur, verbum rei intellecte emanat intra intellectum a dicente & producente illud, & hoc modo fides Catholica constituit processionem in divinis.

Quo loco adverte, merito D. Thomam intulisse, processionem in divinis intelligendam esse secundum emanationem ad intra in intellectu, & non intulisse, intelligendam esse secundum actionem ad intra: quoniam processio in divinis non est actio, sed emanatio. Atque in eo deficit processio verbi creati in intellectu creato, à representatione emanationis divinae: processio namque verbi creati per actum intelligendi est vera actio, per quam producitur verus effectus distinctus essentialiter à producente, quod necessarium est ad rationem actionis, atque effectus, & causae: at verò in divinis licet detur productio ad intra rei distinctae à producente, quod satis est ad rationem emanationis & productionis, quia tamen res illa non distinguitur essentialiter à producente, neque datur ibi actio, neque causa, neque effectus, sed solum productio & emanatio ad intra, quae latius patet, quam actio, omnis quippe actio productio est & emanatio, sed non è contrario.

DISPUTATIO II.

Ex veteri testamento adversus Iudaeos, & hereticos demonstratur, Christum verum Deum esse Patri consubstantialem.

Sequentibus disputationibus sunt explicanda latius, quae disputatione precedente praesè dicta sunt. Ac primò non solum adversus Arianos, sed etiam adversus Iudaeos, qui testamentum verus recipiunt, eisdem testimoniis est hac disputatione demonstrandum, Christum esse verum Deum.

Secunda secundae, dum de libris canonicis esset sermo, ostendimus, Iob fuisse prophetis omnibus veteris testamenti antiquiorem: quare operapretium erit ab eius verbis initium sumere. Is ergo in medio gentium constitutus, ad Ecclesiamque legis naturae spectans, cum cap. 19. tot modis, ac tam vehementer se attritum à Deo conquereretur, ut affir-

Molina in D. Thom.

marec, habere se instar arboris eradicatae, sine spe in iis, quae ad hanc vitam pertinent, tamen excellentiorem multò sibi spem apud Deum post hanc vitam remanere ostendere volens, ferè bis mille annos ante Christi adventum miro verborum pondere in hunc modum de Messia Servatore mundi, deque mortuorum resurrectione vaticinatus est. Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, aut plumbeo lamina, vel caele sculptantur in silice? Scio enim, quod Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspiciuntur sunt, & non alius: reposita est haec spes mea in sinu meo. Ita habet editio vulgata.

Paraphrastes Chaldaicus cuius maxima est auctoritas apud Iudaeos, ita transtulit: Quis tribuat hiis, ut scribantur sermones mei? Quis det, ut signentur in libro stylo ferreo, & plumbi lamina in aeternum in petra sculptantur? Ego scio, quia Redemptor meus vivit, & post hac redemptio eius consurget super me, & postquam inflata fuerit pelles mea, erit hoc, & de carne mea videbo iterum Deum, quem ego visurus sum mihi, & oculi mei videbunt, & non alius: sumpti sum renes mei in sinu meo.

Litera Hebraica de verbo ad verbum ita habet. Quis dabit nunc, & scriberentur sermones mei? Quis dabit in libro, & imprimerentur in stylo ferreo, & plumbeo in perpetuum in petra sculpterentur. Ego novi Redemptorem meum vivum, & in novissimo super pulverem staturum, & postquam pellem meam contriverint hanc, & de carne mea videbo Deum, quem ego visurus sum mihi, & oculi mei videbunt, & non alius, defecerunt renes mei in sinu meo. Haec omnia habes in Bibliis Regiis Antuerpiensibus iuncto 1. tomo apparatus.

Phrasis illa Hebraica מי יתן אפי וכתובו מלי mi ijthen ephè veijcoubbhun millai, id est, Quis dabit & scriberentur sermones mei? Similis est Hispana, quae dicimus: Qui en diese agora y escrivi essense mis palabras? Quae cum sibi optantis sit, ut scribantur sermones eius idiomaque Latinum in tali loquendi forma, neque consueverit uti adverbio, nunc quod tamen in Hispano, & Hebraeo sermone in ea, & similibus loquendi formulis exaggerantis est, vel desiderium, vel id de quo est sermo, neque item consueverit adhibere conjunctionem illam, & ut Hebraeus, Hispanusque sermo adhibere solent, merito vulgatus interpretes verba Iob idiomati Latino adaptas, transtulit. Quis mihi tribuat, ut scribantur sermones mei? Etenim si beatus Iob Latine fuisset locutus, eodem proforsim modo senta sui animi expressisset.

Verba illa quae sequuntur, מי יתן בכפר וידעו mi ijthen bassopher veidhaghè, id est, Quis dabit in libro, & imprimerentur, transpositum habent verbum illud, in libro: idque metri causa, ut Caietanus in eum locum affirmat. Ut enim 2. loco citato dictum est, ferè totus ille liber metro, non verò soluta oratione, in Hebraeo est scriptus. Quare ordo literarum est: Quis dabit, & imprimerentur in libro, id est, ut imprimerentur in libro: est enim eadem haec phrasis cum praecedente. Cum verò impressio sermonum in libro stylo ferreo iuxta morem temporum illorum fieret exarando, merito transtulit vulgatus interpretes: Quis mihi det, ut exarentur in libro.

Verba quae sequuntur, בעט ברזל ועפרה begubet barzel vegbophareth, id est, in stylo ferreo, & plumbeo, coniungi possunt cum praecedentibus, & cum sequentibus. Praeterea, in Hebraeo verba illa, ferreo, & plumbeo, non sunt denominativa & adiectiva, deducta à ferro, & plumbo, sed substantiva significantia ferrum, & plumbum: poròstque

H h vtrum

Primes locus ad institutionem probandum ex cap. Iob. 19. desumitur.

Circulatio confirmatio.

Processio in divinis non est actio.

Iob prophetis antiquior.

utrumque verbum construi, vel cum stylo, eo modo, quo Hispanè dicimus, *E stylo hierro, y de plomo*: vel primum potest construi cum stylo, atque coniunctio, & quæ sequitur, potest coniungere plumbum cum libro, ita ut sit sensus, *exarentur in libro stylo ferreo, & in plumbo*: utrumque enim sensum patitur littera Hebræa, idiomâque Hebræum.

Iuxta hæc ergo, coniungendo verba illa cum præcedentibus, duplex est sensus. Primus: Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & in plumbo. Hic tamen sensus germanus non est. Etenim neque in more positum erat utroque stylo exarare, atque imprimere sermones in libro, sed solo ferreo ad id aptiori, neque beatus Iob id optabat. Quare neque editio vulgata, neque Paraphrastes Chaldaicus hunc sensum innuunt. Secundus est: Quis mihi det, ut exarentur in libro stylo ferreo, & in plumbo, ita videlicet, ut in lamina plumbi ad modum paginarum libri expansa, exarentur etiam, ut diutius exarati permanerent. Atque hunc sensum amplexus est interpres vulgatus, ad quem melius exprimendū, dixit, *aut plumbi lamina*. Paraphrastes quoque Chaldaicus vult esse *plumbi lamina*.

Sanctus Pagninus verò, Arias Montanus, & reliqui, qui de verbo ad verbum Hebræa verba in Latinum sermonem vertere conantur, quia non aliter transferri in Latinum poterant nomina illa substantiua, ferrum & plumbum (quæ in Hebræo, perinde atque in Hispano sermone, declinatione carent) quam vel efficiendo de illis adiectiua & denominatiua, vel addendo aliquid, eò quòd idioma Latinum aliud non patitur, elegerunt potius vertere, in *stylo ferreo, & plumbeo*, quam aliquid addere. Ex quibus patet, litteram Hebræam nihil pugnare cum sensu, quem editio vulgata expressit.

Antequam autem explicemus, quem sensum eadem verba efficiant, si cum sequentibus iungantur, prosequemur sensum, quem interpres vulgatus in sequentibus verbis amplexus est, expressitque in editione vulgata. Sequitur. *In perpetuum in petra sculperentur*. In Hebræo habetur, *לִּצְרָתִי לַחֲדָד*, id est, *vique, quod Hebræa phrasi est idem, quod in perpetuum*. Loco cuius Titelmanus in eundem locum affirmat, vulgatum interpretem transulisse, *aut certe sculperentur in silice*, id est, *petra dura, quò diutius adhuc permaneant*. Quasi iuxta sensum, quem vulgatus interpres expressit, Iob processerit gradatim à minoribus ad maiora, exoptans primum, ut ipsius sermones absolutè scriberentur, deinde ut in libro stylo ferreo, aut plumbi lamina: tertio, *aut certe* ut ad maiorem diuturnitatem, & ut pluribus innotescerent, sculperentur in lapide duro: silex namque, licet significet lapidem quemcumque, ex quo ignis elici potest, interdum tamen sumitur latius pro quocumque saxo duro. Animaduertendum deinde est, idioma Hebræum pati eo loco sensum illum disiunctiuum.

Contendit autem Titelmanus in editione vulgata legendum non esse, aut cælte sculperentur in silice, ut multi codices habent, idque persuadere conatur primò. Quia in lingua Latina non reperitur tale nomen significans instrumentum, quo litteræ in lapide, aut metallo insculperentur, sed inuentum quorundam fuisse affirmat ex aliquibus dictionariis barbaris. Secundo, quia neque in Hebræo, neque in Græca Septuaginta interpretum translatione, de eo instrumento vlla sit mentio, neque expositores in eum locum illius meminere. Præterea, quia vetustissimi aliqui codices editionis vulgatae eo loco non habent, *cælte*, sed *cerrè*. His rationibus permo-

ti, qui in eudendis quam emendatissimè Bibliis, tam Complutensibus, quam regis Antuerpiensibus suam operam nauarunt, expungentes, cælte, apposuerunt, aut certe sculperentur in silice.

Qui cum his omnibus autoribus sibi persuaderet, mendum transcribentium & calchographorum esse, legere in editione vulgata, cælte, dicere posset: cum cælte, & cerrè in vno caractere differant, cumque tantopere quadrat cælte cum exaratione characterum in silice, sanè qui textus Hebræum & Græcum non consulerent, arbitrarenturque vocabulo, cæltis, significari instrumentum illud, facile arbitrari potuisse, legendum potius esse cælte, quam cerrè, eaque ratione obrepisse mendum illud.

Mihi tamen longè verisimilius videtur, vulgatum interpretem transulisse, cælte, & non, cerrè, eamque esse legitimam lectionem editionis vulgatae. Moueor primò, quia ex quodam epitaphio antiquissimo, quod Aldus Manutius refert in libro de Orthographiæ ratione littera C. voce, *choaca*, constat, vocabulum illud esse Latinum in ea significatione: deductumque videtur à verbo, *caelo*, quod sculpere significat: scribendumque est cum diphthongo, ut

illud scribit Calepinus: quin diceret, ex Latino sermone originem traxisse, quòd instrumentum illud Hispano sermone, *Sizel*, dicatur, ut in plerisque aliis sermonis Hispani factum videmus. Moueor secundo, quoniam interpres Latinus iure suo potuit transferre eo pacto textum Hebræum. Cum enim in littera Hebræa stylus ferreus referatur etiam ad sculpendum in petra, huiusmodique stylus, quo in petra, aut in metallo litteræ exarantur, proprio nomine Latino, cæltis, cæltis, appelletur, potuit vulgatus interpres supplens, ac repetens stylum suo proprio nomine Latino, transferre, *aut cælte sculperentur in silice*. Moueor tertio, quoniam nec fidelis, nec

apta est translatio loco *לִּצְרָתִי* *laghad*, id est, in perpetuum transferre cerrè: interpres autem vulgatus cernens diuturnitatem explicari satis in eo, quòd sermones sculperentur in silice, consultò prætermittere potuit versionem, *לִּצְרָתִי laghad*, addereque in perpetuum. Moueor quartò, quia codices omnes, quibus vtuntur Ecclesiæ in officio defunctorum, habent, *cælte*, & ita in Ecclesiis omnibus legitur, neque scimus Ecclesiis aliter aliquando legisse: imò & codices bibliorum, ut plurimum habent cælte, eodemque modo legit Hieronymus tom. 2.

in epistola ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani: longèque verisimilis est, viros peritos linguarum, non inuenientes in Hebræo, & Græco nomen instrumenti, neque apud autores Latinos reperientes nomen cæltis, arbitratos fuisse, barbaros corrupisse litteram, potiusque legendum esse, cerrè, eaque ratione mutasse primæuam, legitimamque lectionem editionis vulgatae quam aliquos reperientes in aliquibus dictionariis nomen, *cæltis*, videtisque quadrare, cælte, cum exaratione characterum in silice, inconsultis codicibus Hebræicis & Græcis, ausos fuisse mutare, cerrè, in cælte. Hæc de sensibus totius periodi hæctenus explicata, si verba illa, stylo ferreo & plumbeo, referantur ad præcedentia, ut editio vulgata ea retulit.

Si verò referantur ad sequentia, & dicatur, in stylo ferreo, & plumbo in perpetuum, in petra sculperentur, duplex potest esse sensus. Vnus, quòd stylo ferreo, & plumbo etiam tamquam stylo, in perpetuum in petra sculperentur. Atque hic sensus parum probabilitatis habet: quippe cum stylus plumbeus

Legendum
sit in editio-
ne vulgata
cælte, an po-
tius cerrè.

Titelmani
opinio.

Legendum
cælte, con-
similius vi-
deri.

plumbeus ineptus omnino sit ad sculpendum & exarandum in lapide. Alter est, quod stylo ferreo, & plumbo tamquam atramento misso in caractere exaratos, vt melius legerentur, sculperentur in perpetuum in petra. Atque hic sensus est satis probabilis, patiturque illum optimè contextus Hebraeus, & interpretatio Chaldaei Paraphraasis. Ego sanè memini, me quondam vidisse in lapide antiquo characteres exaratos, loco atramenti cavitatibus characterum plumbo repletis. Quare vel hunc sensum, vel quem expressit editio vulgata, intendit beatus Iob. Interpretes verò vulgatis, cum vtrumque exprimit nequiuerit, elegit illum alium, quem iudicauit verisimiliorem, illique potius est adhaerendum.

Sequitur verba Iob, quae tantopere & tam firmiter scribi optabat. וְאֵינִי יֹדֵעַ וְאֵינִי יֹדֵעַ *Vaani iadagibi goali hai. Ego noui redemptorem meum viuum, id est, viuere.* In his verbis non alia est diuersitas inter versionem hanc de verbo ad verbum, editionem vulgatam, ac versionem Paraphraasis, nisi quòd in editione vulgata disponuntur haec verba accommodatè ad idioma Latinum.

Subiungit: וְאֵינִי יֹדֵעַ וְאֵינִי יֹדֵעַ *Peabaron ghal ghabhar iachum. Et in nouissimo die scilicet, aut tempore super puluerem staturum.* In Hebraeo verbum, *staturum*, ambiguum est, ac indifferens, vt sit sensus, ipsum Redemptorem staturum de puluere, quasi resurgat ipse, vel vt sit sensus, Redemptorem staturum super puluerem, vim suam adhibendo vt resurgere faciat. Hoc secundum, vt quadrans, contentienseque magis cum sequentibus, expressit editio vulgata, illis verbis: *De terra resurcturus sum.* Consonat etiam Paraphraasis Chaldaicus vertens, & posthaec redemptio eius consurgat super me.

Sequitur: וְאֵינִי יֹדֵעַ וְאֵינִי יֹדֵעַ *Peabon gbori nichphu zorb. & postquam pellem meam contriuerim hanc.* In Hebraeo verbum est ambiguae significationis, quod verti potest, *Et postquam circumdederint hac pelle mea*, ea videlicet, quae ipsa continentur, nempe, artus meos, ac me ipsum. Quod vulgatus clarius, accommodatèque ad idioma Latinum vertit, & *rursus circumdabor pelle mea.* Atque hic sensus cohaeret planè cum praecedentibus, & sequentibus. Aliter potest verti, *Et postquam contriuerim pellem hanc*, vermes scilicet (vt verterunt Sanctes Pagninus, & Arias Montanus) erit (supple) *quod dictum est*, nempe resurrectio mea de puluere. Hic sensus non ita cohaeret cum praecedentibus & sequentibus, vt cohaeret sensus, quem expressit editio vulgata: nihilominus idem est cum illo, nihilque impedit, quominus, iunctis praecedentibus & sequentibus, ex hoc contextu clarè colligatur resurrectio mortuorum, & aduentus Messiae, qui simul esset verus Deus & homo.

Sequitur: וְאֵינִי יֹדֵעַ וְאֵינִי יֹדֵעַ *Vnibbeschava, ehez e eloabs ascher ani ehez li veghene rau velo zar. Et de carne mea videbo Deum, quem ego visurus sum tibi, & oculi mei viderunt, pro videbunt (iuxta phrasim Hebraeam, qua praeteritum ponitur pro futuro) & non alius.* Editio vulgata & Paraphraasis Chaldaicus nihil in sententia differunt ab his verbis. Neque planè aliquid minus expectari poterat, vt subiungeret beatus Iob, quod dignum esset tam ardenti desiderio, vt tam firmiter ad memoriam temporis sempiternam ipsius sermones scriberentur, neque potest excogitari alius sensus, qui cohaeret, & dignus sit, nisi, qui expositus est. Nonnulli codices Latini etiam habent, *Et in carne mea videbo Deum saluato.* Molina in D. Thom.

A *rem meum. Quem visurus sum ego ipse & oculi mei, &c.*

Ex verbis Iob haecenus explicatis, praeter veritatem futuram resurrectionis in fine mundi, colligitur apertè aduentus Messiae, qui simul esset Deus & homo, id quod modò intendimus probare. Cum enim beatus Iob dicat, se scire redemptorè suum viuere, & quoad naturam humanam, seu quà homo, tunc non viueret, vtique agnouit in eo naturam & suppositum diuinum, secundum quod idem redemptor, per communicationem idiomatum, iam tunc vivebat, iuxta illud Christi Ioannis capite 8. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Cum item dicat fore, vt, vbi reuixerit in nouissimo die in carne sua, videat Deum quem ipsemet, & non alius pro ipso est visurus, cumque adiciat fore, vt oculi carni, quos post resurrectionem accepturus est, intueantur eundem:

B implicet autem contradictionem, Deum atque redemptorem, quatenus Deus est, oculis carnis videri, vt quaestione vndecima ostensum est, vtique agnoscit beatus Iob, ac confitetur in Messia naturam humanam vnitam diuinae in eodem supposito, secundum quam is ipse, qui est Deus, simul sit homo, & ratione cuius is, qui oculis corporeis conspiciat eum, quatenus est homo, verè per communicationem idiomatum dicitur conspiciere Deum, quippe cum conspiciat illum ipsum, qui est Deus. Consentit locus hic beati Iob cum illo Apocalypsis de aduentu Christi in die iudicij ad iudicandos viuos & mortuos: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus.*

C Secundus locus, vnde probatur Christum verum esse Deum, est Dauidis Psalmo secundo: quem locum ad hoc idem probandum citat Paulus ad Hebr. 1. Psalmus ille, vt eius decursus manifestat, absque vilo dubio intelligitur de Messia: neque enim, quae in eo dicuntur, vel Dauidi, vel alicui alteri regi accommodari possunt, vt Psalmsum illum intuenti, ac expendenti erit manifestum, ideòque semper à Rabinis, tam antiquis, quam recentioribus, de Messia fuit intellectus, vno recentiori Rabbi Salomone Gallo excepto, qui licet confiteatur ab antiquis Rabinis ita fuisse intellectum, impudenter tamen ait, *propter hereticos (id est, nos Christianos) velle fuisse hunc interpretari de Dauid.* In eo Psalmo introducitur Christus de seipso dicens, *Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.* Contextusque Hebraeus de verbo ad verbum consonat cum editione vulgata, quae in Plamis est Septuaginta interpretum. Loco verò illius verbi, *Dominus*, in textu Hebraeo habetur nomen, יְהוָה *Iehouah*, quod numquam nisi vero Deo per essentiam tribuitur. Cū ergo Filius Dei Deus sit, substantialis Patri, quippe cum ex lumine naturali, & ex Scripturis sanctis sit manifestum, vnum tantum esse Deum, sit, vt ex illo loco non solum habeatur, Christum esse Deum, sed etiam in Deo esse pluralitatem personarum in vnitatem essentiae, vnamque personam esse Filium, aliam Patrem, vt fides Christiana proficitur.

D Porro quando Pater aeternus Messiae dicit, *Ego hodie genui te*, vel intelligit diem, durationem vae aeternitatis semper praesentem, quae propria mensura est illius generationis, vel id dicit ad docendum generationem illam perpetuò emanare integram a Patre aeterno, non secus ac splendor solis perpetuò emanat à sole.

E Potest idem locus intelligi de Christo, vt homo est, ad eum sensum, quòd quoties Deus effecit, vt, quatenus homo, esset in rerum natura, simul effecit, vt haberet coniunctum esse Filium Dei, ratione vnionis hypostaticae, quae facta est per incarnationem

Ex verbis Iob deducitur argumentum ad Messiae diuinitatem comprobendam.

2. locus ad Christidiuinitatem comprobendam ex Psal. 2.

Personarum pluralitas in Deo aduersus Iudaeos colligitur.

Idem locus de Christo homine vt exponatur.

car nationem. Vnde sicut ad Romanos cap. 1. ait A
 Paulus, *Christum factum esse Patri æterno ex semine
 David secundum carnem, qui prædestinatus est, ut si-
 mul esset Filius Dei:* quoties effectum est, ut homo
 ille esset, quatenus homo, in rerum natura, effectum
 est, ut simul esset filius Dei. Iuxta hanc exposicio-
 nem loquitur Pater æternus in hoc Psalmo secun-
 do cum Messia homine existente per vnionem ani-
 mæ & corporis, & totius humanitatis cum Verbo
 diuino, affirmatque eum hominem esse filium suum
 naturalem, siue in Virginis matris vtero; siue cum
 reuixit, cumque homo factus est, se simul fecisse, ut
 esset filius sibi naturalis. Atque in hoc sensu citat
 Paulus Actuum c. 13. testimonium hoc ad proban-
 dam resurrectionem Messie Filij Dei. Quasi meritis
 passionis dictum sit illi, resurgenti, *Postula a me, &
 dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam
 terminos terræ: in exaltationem videlicet nominis
 tui. Memento autem eundem Scripturæ locum
 habere posse multos sensus literales, ut quæstione
 prima dictum est, atque hunc sensum præsuppone-
 re vnionem hypostaticam humanitatis Messie cum
 vero Filio Dei naturali.*

3. locus ex
 Psal. 109.

Annectamus huic testimonio quædam alia illi
 affinia ex Psalmo 109. Prouerbis, Esaiâ & ex Ec-
 clesiastico. Equidem nemini potest esse dubium, in
 Psalmo 109. de Messia esse sermonem; id enim, præ-
 ter reliqua, quæ in eo continentur, testantur verba
 illa, *Inuauit Dominus, & non parauit eum tu es Sa-
 cerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech,*
 quæ in solum Messiam quadrare possunt.

Tertius ergo locus, tametsi præcedenti non affi-
 nis, ducitur ex verbis, quæ continentur in principio
 illius Psalmi, quibus Christus Matthæi c. 22. vsus est
 ad probandum Iudæis, Messiam non solum debuisse
 fore Filium David secundum carnem, sed simul etiam
 Filium Dei, verumque Deum. Ait namque Dauid,
Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, &c.
 Sanè cum Dauid appellet Messiam Dominum suum,
 altiore quamdam naturam in eo agnoscat, quam
 humanam ab ipso propagandam, ratione cuius Do-
 minum suum eum appellat. Maximè cum paren-
 tum non sit, posteros dominos suos appellare, sed è
 contrario, posterorum sit appellare dominos suos
 progenitores. Hoc testimonio vsus est Christus ad
 erigendas Iudæorum mentes, ut non acquiescerent,
 putantes Messiam fore prolem Dauidis, regemque
 temporalem, qui eos rerum temporalium caducis
 copis ditaret, sed in eo ita aliquid suspicerent,
 ac expectarent: si quidem Dauid, potentissimus ac
 sapientissimus rex, in spiritu appellans Messiam
 Dominum suum, altiore naturam, quam huma-
 nam, in eo agnoscat, ex cuius coniunctione cum hu-
 manitate Messias, quatenus homo, erat futurus me-
 riti infiniti, dominus vnioerforum, caput militantis,
 & triumphantis Ecclesiæ, in quo omnes gentes be-
 nedicerentur, & à quo, tamquam ab vniversali om-
 nium Redemptore, merita & gloria in Dauidem, &
 ceteros omnes homines erant redundatura. Quod
 fit, ut Regius Propheta, non temporalem regem
 eum agnouerit, cuius nimirum prosperitas & af-
 fluentia temporalium bonorum nihil ad Dauidem
 tot sæculis antea defunctum attinebat (præsertim
 cum cuique viro sapienti & probò contemnenda
 sit potius opes, in affluentia, tamquam vanitas & af-
 flictio spiritus, quam amplectenda, & exoptanda)
 sed liberatorem mundi, Patrem futuri sæculi, &
 Regem gloriæ, tamquam simul verum Deum, ac
 hominem eum agnouerit, eaque ratione dominum
 suum ipsum appellauerit.

Quartus locus, secundo affinis, sunt verba illa
 Patris æterni ad Messiam in illo eodem Psal. Te-
 cum principium in die virtutis tue in splendoribus facti-
 forum ex vtero ante luciferum genui te, id est, de intel-
 lectu meo, seu memoria fecunda, atque intra me
 tamquam verbum & sapientiam genui te, ante lu-
 ciferum, id est, ante solem: non ut creatura, à me
 producuntur ad extra, sed sicut mater ad intra con-
 cipit, ac generat filium. Textus Hebraeus de verbo
 ad verbum habet *לר לר מרר מרר* *לר לר מרר מרר*
merehhem mischbar lecha tal ialdutbecha. Ex vtero
 aurora ros natiuitatis tue, id est, ex vtero, atque adeo
 ad intra modo explicato, ante ortum solis, natiuitas
 tua ex me ad modum rosis. Ut enim ros aurora
 consubstantialis generatur materiæ, ex qua produ-
 citur: ita tu consubstantialis mihi ex me ipso proce-
 dis. Priori tamen modo multis annis ante Christi
 aduentum transfulerunt Septuaginta interpretes
 natione & religione Iudæi, eaque translatione in
 psalmis vrantur Patres tam Græci, quam Latini,
 imò & Apostoli ipsi.

4. locus ex
 eodem Psal.

Quintus est locus ille Prouerbiorum 30. Quod
 nomen est eius, & quod nomen Filij eius, si noster? Quo
 in loco contextus Hebraeus & Paraphrases Chal-
 daicus per omnia consonant cum editione vulga-
 ta. Quod fit, ut in Deo sit Filius generatione æterna
 productus, Patri consubstantialis.

5. locus ex
 Prouerb. 30.

Ut huic loco sextum annectamus, Ratione huius
 generationis æternæ, qua Messias, quatenus Deus,
 procedit à Patre, tamquam verus & naturalis filius,
 postquam Esaiâ 53. capite de Messia, ut Euangeli-
 sta potius, quam ut Propheta, narrat ignominias
 & acerbillimam passionem, cui erat subiiciendus, &
 causam, videlicet, ut genus humanum redimeret,
 Patrique illud reconciliaret, subiunxit: *Generationem
 eius quis enarrabit? æternam videlicet, qua ut Deus à
 Patre procedit. Quod planè confirmat, Messiam si-
 mul verum Deum fore, imò Filium Dei Patri con-
 substantialem. Licet autem idem locus de genera-
 tione etiam temporali Christi possit intelligi, gene-
 ratio tamen illa non est inenarrabilis, quatenus
 Christus ex Abrahamo, Dauide, cæterisque homi-
 nibus suis progenitoribus erat nasciturus, sed qua-
 tenus ope Spiritus sancti in vtero Virginis, allu-
 mente Verbo diuino humanitatem, que ex vnione
 corporis cum anima resultare debebat, erat gene-
 randus. Quare generatio Messie, quatenus homo
 est, eatenus inenarrabilis dicitur, quatenus incarna-
 tionem includit. Quod fit, ut quocumque modo lo-
 cum Esaiæ exponas, ex eo colligatur Messiam futu-
 rum verum Deum & hominem.*

6. locus ex
 Esai. 53.

Septimus locus continetur verbis illis Ecclesia-
 stici vltimo capite: *Inuocauit Dominum Patrem Do-
 mini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis
 mee.* Quo loco Iesus Filius Sirach appellat Deum
 Patrem Messie, & Messiam appellat Dominum
 suum. Licet autem liber Ecclesiastici non recipiatur
 à Iudæis inter canonicos, vt 2. diximus: nihilo-
 minus neque negant, neque negare possunt, scrip-
 tum fuisse Hebraicè à Iesu patre Sirach, & tran-
 latum esse in Græcum sermonem à Iesu filio Sirach,
 & nepote illius prioris, multis annis ante Christi
 aduentum. Propterea, non annumerant Iudæi li-
 brum illum inter apocryphos, qui exigue sunt au-
 toritatis, sed inter hagiographos, id est, sanctos, qui
 infra canonicos magnam habet autoritatem. Quare
 licet liber ille non sit irrefragabilis autoritatis apud
 eos, persuadet tamen quod intendimus: cum locu-
 ples autor synagoge tot annis ante Christi aduen-
 tum eo modo fuerit locutus.

7. locus ex
 vltimo Eccl.
 cap. vltim.
 pluraliter
 personarum.

Oranus

MOL
 IN
 D.

8. locus ex
Psal. 44.

Octauus locus Messiae diuinitatem ostendens, est testimonium ex Psal. 44. quo Paulus ad Hebraeos 1. etiam vult ad eandem Messiae diuinitatem demonstrandam. Porro Psalmum illum de Messia esse intelligendum, notissimum est. Propheta in principio proficitur, se non secus à Spiritu sancto motum, ac calamus moueri solet à Seriba, Regi, de quo vaticinatur, dicere, quæ in eo Psalmo continentur. Qui planè rex non est alius, quam ille, qui per antonomasiam Rex dicitur, Messias nempe: neque, quæ in eo Psalmo continentur, in Salomonem, aut alium regem præter Messiam quadrant, ut quod sit Deus, & thronus illius sit æternus: & quod filij eius constituendi sint principes super omnem terram: neque Salomon accinctus gladio, sagittis, spiritualiter aut materialiter debellauit, subiecitque sibi populos rebelles, de quibus in eo Psalmo est sermo. Præterea Rabbini antiqui de Messia illum interpretantur. In eo itaque Psalmo Vates Regem Messiam, cum quo loquitur, inter alia sic affatur, *Sedes seu thronus tuus Deus in seculum seculi, virga directionis virga regni tui.* Quibus verbis aperte appellat Messiam Deum. Quamuis autem in Hebraeo non sit יהוה Iehouah, sed יהוה Elohim, pro Deo tamen per essentiam sumitur, qui nomine יהוה Elohim frequentissime significatur. Ut Gen. 1. In principio יהוה Elohim creauit caelum & terram. Præterea Paraphrastes Chaldaeus vertit, *Sedes tua Deus in caelis in secula seculorum.* Quod si nobis obiciant Iudæi, eo in Psalmo mentionem fieri de regina sponsa Messiae, & de filiis, quæ nostro Messiae non competunt. Respondemus, id in primis non tollere, Messiam fore Deum & hominem, quod probare intendimus. Deinde sermonem esse metaphoricum de Ecclesia sponsa Christi, & Messiae, quemadmodum ipsi vnanimi consensu affirmant sponfam, de qua sermo est in canticis, esse synagogam nomine verò filiorum, de quibus in eo Psalmo dicitur, *pro patribus*, id est, Patriar. his antiquis, *nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.* dicimus intelligi Apostolos, & viros Apostolicos, qui principes sunt à Christo in Ecclesia constituti.

9. locum ex
Esaia.

Nonus locus est illud Esaie 9. *Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, & factus est principatus super humerum eius, & vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis, &c.* Quod planè de alio rege intelligi nequit, quam de Messia, quicquid recentiores quidam Rabbini dicant, ut tum ex verbis ipsi relatis est manifestum, quæ nulli alteri accommodari possunt, tum etiam ex iis, quæ proximè sequuntur in Esaia. *Super solium* (addit Esaia) *David, & super regnum eius sedebit, ut confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia amodo, & usque in sempiternum.* Quæ verba idem prorsus sonant, atque illa quæ Angelus ad Mariam dixit: *Dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.* Quemadmodum enim David constitutus est rex super populum Dei electum, ita Christus rex est constitutus super Ecclesiam Dei electam: nam successione, ac continuatione vna & eadem est, non solum synagoga & Ecclesia Christiana, verum etiam Ecclesia militans in hoc mundo, & triumphans postea in caelo. Præterea regnum Davidis & Salomonis typus fuit regni Christi, fuitque Davidi promissus Messias: qui regnaret in regno soboli ipsius promisso, quod regnum eatenus dicitur regnum Davidis, quatenus Davidi, & soboli ipsius fuit promissum, & quatenus ipse, quoad Auum regnum, typum illius gerebat: tamen te-

Molina in D. Thom.

Ecclesia succedente & continuatione vna & eadem est synagoga, imò & cetera triphante Ecclesia.

agnandi modus fuerit diuersus. Quare locum illum prisci Rabbini vnanimi consensu de Messia interpretantur, & Paraphrastes Chaldaeus de Messia aperte illum intelligit. In eo verò testimonio Messias clarè dicitur futurus Deus & homo: sicut etiam capite 7. de hoc eodem paruulo præmiserat idem Propheta. *Eccc Virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, id est, nobiscum Deus,* quia scilicet futurus erat simul verus Deus & homo. Sanè quæ in hoc testitio continentur, tam aperte cum nostro Messia, & cū iis, quæ fides Christiana proficitur, consentiunt, ut Esaias non minùs in hoc testimonio, quam in plerisque aliis, Evangelista potius, quam Propheta videatur. *Natus enim est noster Messias paruulus, in Bethlehem, de Maria Virgine, verus homo, idemque est filius Patris æterni, iuxta testimonia ex Psalmo 2. & aliis locis supra citata, nobis à Patre æterno per incarnationis mysterium in redemptorem datus, factusque est principatus eius super humerum eius, quatenus acerbissima morte, maximisque laboribus nos redemit, per mortemque ac resurrectionem de regno eiecit tyrannum, illudque sibi cum plenaria potentia acquisiuit, iuxta illud, quod Matth. vltimo post mortem rediuius dixit: *Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra.* Merito autem Admirabilis dicitur, tum propter admirandam conceptionem, temporalemque ipsius generationem in utero Virginis, quæ incarnationem includit: tum propter non minùs stupendam eiusdem natiuitatem ex utero Virginis, sine vilo intemperatae puritatis detrimento: tum denique propter innumera miracula, quibus testificatus est fidem, & doctrinam, quam per se, suosque docuit, esse verissimam. Consiliarius dicitur, propter arcana, quæ nouit, non solù scientia diuina, per quam omnino eadem erant consilia Christi, Patris, atque Spiritus sancti, sed etiam scientia beata, per quam ab instanti conceptionis consilia Dei omnia, tam quoad statum & decursum huius mudi, quam futuri, in ipsomet Deo plenissimè penetrarunt ut omittam interim scientias infusam & acquisitam, quibus fuit cumulatus. Dicitur etiam consiliarius, propter consilia quæ dedit mundo, saluberrimamque doctrinam, quam docuit. Deus dicitur quia simul erat verus Deus Patri consubstantialis. Fortis, propter mortem & labores immensos, quos animo conitanti subiuit, difficultatèque maximas, quas superauit. Nec non propter iudiciariam potestatem, qua potentes & malos seuerè punit, tamquam qui virga ferrea & forti eos regat, & tamquam vas figuli confringat, bonos condigno premio donabit. Pater dicitur futuri seculi, quoniam morte sua aditum nobis regni caelestis referauit, meritique suis resurrectionem & premium caeleste nobis promeruit. Princeps vocatur pacis, quia eadem morte pacem inter nos & Deum constituit, nosque Deo reconciliauit. Aut, si mauis, dicitur Princeps pacis, id est, omni ex parte felix & fortunatus: pax namque apud Hebræos non solum id, quod Latini pacem vocant, significat, sed etiam omnem felicitatem. Quia verò caritas Patris æterni nimium effulset, filium suum nobis dando, subiunxit proximè Esaia: *Zelus Domini exercituum faciet hoc, id est, amor ipsius in nos immensus.**

In testimonio hætenus explicato, in textu Hebraeo non ponitur nomen יהוה Iehouah, sed יהוה El, quod Deum significat, & pro Deo per essentiam ferè semper accipitur in Scriptura sacra: eoque in loco Septuaginta interpretes Deum translulerunt. Cùm verò nomen יהוה El, à fortitudine Deo tribua-

tur, inepta esset illa geminatio, ⁷⁸ El, fortis, nisi nomine, ⁷⁸ El, Deus intelligatur. Etenim si nomē, ⁷⁸ El, propter participationē & similitudinē cum Deo in fortitudine Messiae tribueret, & non quia Deus esset per essentiam, idem esset appellare Messiam ⁷⁸ El, fortem, quod fortem, fortē. Adde quod numquā, ⁷⁸ El, fortis, inuenitur in Scriptura alteri tributum, quā Deo per essentiam, quasi ⁷⁸ El, Deum significet, & adiungatur fortis, tanquam epitheron, attributumque Dei. Nec deest qui affirmet, numquam, ⁷⁸ El, in singulari inueniri in Scriptura sacra tributum Deo per participationem, sed solum Deo per essentiam: an verò hoc verum sit, iudicent qui peritiores sunt lingua Hebraica, & in codicibus Hebraicis magis versati.

Non praetermittam hoc loco verba cuiusdam Rabbinii, cui nomen est, Rabbeni Haccados, id est, magister noster sanctus, qui ante aduentum Christi, temporibus Regum Antiochorum, qui in Syria regnabant, floruit, in libro, cui nomē, Gale Razeya, id est, reuelator arcanorum. Is ergo (licet fuerit quidam alius eiusdem nominis sub Severo & Antonino Imperatoribus) ita scripsit. *Quia Messias Deus & homo futurus est, vocatum est nomen eius Emma-muel, hoc est, nobiscum Deus: nempe in corpore & carne nostra, quemadmodum restatur Iob capite 19. Ex carne mea videbo Deum: excogitauit enim mirabile consilium animas à demone eripiendis, quae propter Ade peccatum damnatae erant, neque possunt villo modo esse saluae, nisi Rex Messias mortem acerbissimam, multaque subeat tormenta: ob eam causam dictus est vir: & quia ipse est omnis fortitudo, Deus fortis vocatur: & quia est aeternus, pater sempiternus dicitur: item quia in diebus eius pax multiplicabitur, Princeps pacis appellatur: & quia ipse festinabit ut auferat animarum spolia vocatur expeditus spoliator, festinus praedator: quia autem eos saluos faciet, & ad paradysum adducet, vocatur Iesus, hoc est, Saluator.*

Hac Rabbinus ille, quae diuinitus illustratus videtur ante aduentum Christi cognouisse in Esaia, dum ita exposuit prophetias, quae de Christo Esaia 7. 8. & 9. loquuntur.

Decimus locus est Esaia 12. Cum Propheta c. 11. apertissime Messiae aduentum verbis, quae sequuntur, praenunciasset, *Egredietur virga de radice Iesse, & stus de radice eius ascendet & requiescet super eum Spiritus Domini, &c. Et percurret terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium (id est, illum conuertet sermonibus & doctrina sua) & ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulchrum eius gloriosum (ut nostri Messiae sepulchrum semper summo in honore & veneratione fuit:) cumque multa alia sub metaphora de aduentu Messiae praedixisset, quae Iudaei non negant de eius aduentu dicta esse, ridiculè tamen non in literali sensu metaphorico, sed sine metaphora ea intelligentes, ut sonat cortex literae, videlicet, quod leo, quasi bos, comedit paleas, quod habitabit lupus cum agno: & pardus cum boe, & leo cum vitulo & uer: & puer paruulus minabit eos, &c. idcirco obiciunt prophetiam nondum impletam esse in nostro Messia, sed in eo, quem expectant, fore implendam: cum tamen illis verbis Esaia humilitatem futuram in Ecclesia per gratiam Christi, consensumque potentum cum pauperibus, ac obedientiam eorum omnium sub praetulo paruulo, licet etiam ignobili loco nato, praedixerit. Quae omnia enituerunt maximè, tum in primitiua Ecclesia, tum etiam in tota Ecclesia Christiana decursu floruit. Cum ergo Esaia capite 11. de aduentu Messiae, & redem-*

ptione generis humani esset vaticinatus, imò eo capite prophetiam de Messia, quam cap. 7. inceperat, absoluisset, cap. 12. canticum metro composuit, quo fideles in agnitionem tanti beneficii, atque in laudem Dei, & tanti liberatoris excitaret: *Ece, inquit inter alia, Deus saluator meus (vertere interpretes poterat, Iesus meus) fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea (id est, materia meae laudis) Dominus Deus (Hebraicè non habetur Dominus, sed יהוה יהוה Iah Iehouah, id est, Deus Dei seu de Deo: יהוה Iah enim Deum significat, tamquam nomen contractum à יהוה Iehouah, ut probabilior est sententia, aut est nomen Deum significans, quatenus habet vim omnium procreatricem) & factus est mihi in salutem (verbi poterat, in Iesum aut in Saluatorem) Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris (gratia scilicet, caritatis, & deuotionis, quibus exultabitis latitia inenarrabili: haurietis verò illas de meritis Saluatoris, atque de fontibus sanguinis, qui ab eo emanabunt, & de sacramentis virtute meritorum & sanguinis ab eo fusi infundendis) & dicetis in die illa: Confitemini Domino (Hebraicè est יהוה יהוה Iehouah) & innocate nomen eius: notas facite in populis adiuuentiones eius (quibus, caro factus, ita nos magnificè saluos fecit) Memento quoniam excelsum est nomen eius (qui ita caro factus ad nos descendit, & hac operatus est) Cantate Domino, quoniam magnificè fecit, annuntiate hoc in vniuersa terra. Exulta & lauda habitatio Sion (id est, Ecclesia fidelium) quia magnus in medio tui sanctus Israel. Hactenus canticum Prophetæ in laudem aduentus Messiae, & redèptionis per eum futurae. Quae quantopere cum nostro Messia, & cum iis, quae de eo Ecclesia Christiana profiteretur, consentiant, quis est, qui non videat: Porro canticum illud apertè sonat, Messiam, ac redemptorem, futurum Deum per essentiam: Deum enim per essentiam appellat Saluatorem, dicitque factum esse in salutem, & de fontibus illius hauriendas aquas gratiae & salutis. Adiuuentiones, quibus Deus ipse per essentiam factus est redemptor generis humani, mundumque saluum fecit, dicit praedicandas per vniuersam terram. De eodem redemptore ait, Memento quoniam excelsum est nomen eius. Et exulta, & lauda habitatio Sion, id est, Ecclesia: quia magnus in medio tui sanctus Israel. Certè longè aliter in medio Christiana Ecclesia, quam quondam in Synagoga habitans, utpote ante ascensionem factus homo cum hominibus familiariter agens, doctrina, miraculis, vita, & sanguine proprio, fundamenta illius iaciens, eamque erigens, iuxta illud Psalmi 87. Numquid Sion (id est, Ecclesia) dicit homo? Homo natus est in ea, & ipse (qui scilicet in ea est natus) fundauit eam Altissimus. Dominus narrabit in Scripturis populorum, &c. Post ascensionem verò in admirando ac venerando Eucharistica Sacramento seipsum in ea relinquens.*

Vndecimus locus habetur Esaia 25. Cum enim Propheta, quasi caput suū Dei praordinationi subiiciens, voluntatemque propriam diuinæ accommodans, eam Hierosolymæ euerisionem, quae per Titum, & Vespasianū facta est, neque fore amplius à Iudaeis reedificandam, praedixisset (quod interpretes Chaldaicus, eius vrbis mentionem faciens, dilucidius adhuc expressit) subiunxissetque vocationem gentium, institutionemque Ecclesiae Christianae tempore aduentus Christi futuram ex variis populis loco Synagoga, adiecit: *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc (nempe vbi cum discipulis conuauit, & ad quem Spiritus sanctus descendit, & simul, ac praecipue in Calvaria monte,*

fo. locus ex
Esa. 21.

11. locus
Esa. 25.

in quo passus est, redemptionemque generis hu-
 mani complevit) conuiuium pinguium, conuiuium
 vindemiae, pinguium medulatarum, vindemiae defecatae,
 hoc est, optimatum dapium, non carnalium, verum
 spiritalium, quas nomine medulatarum, & vinde-
 miae defecatae, hoc est, reliquiarum vini optimi in
 dolio, quae pretiosissima esse solent, significat. Addit:
*Et precipitabit in monte isto faciem vinculi colligati
 super omnes populos, & telam, quam orditus est super
 omnes nationes.* Id est, peccata, quibus omnes populi
 irretiti tenentur, & effectus, qui inde emanabant,
 nempe poenas, quas pro peccatis generi humano
 decreuerat. Nisi, tela nomine intelligere potius
 velis, ignorantiae velamen, quod super omnes ex-
 pansum est, & ceterosque eos tenet, vt nonnulli expo-
 nunt, & precipitabit mortem in sempiternum, & auferet
 Dominus Deus lachrymam ab omni facie, & opprobrium
 populi sui auferet de vniuersa terra, quia Dominus lo-
 cutus est. Quidam propter verba illa, *Et auferet Do-
 minus lachrymam ab omni facie*, existimant, & pro-
 phetiam hanc intelligendam esse de statu Ecclesiae
 triumphantis. At cum reliqua aperitissime intelli-
 gantur de Ecclesia quoad huius vitae statum, ratio-
 ne tamen habita gloriae, ad quam conuiuium huius
 vitae, vt ad finem ordinatur: ubi enim perfectum erit
 conuiuium nuptiarum agni, tamen hic in militan-
 te Ecclesia alitilia occisa sunt, & omnia parata: fit
 planè, vt quemadmodum Christus Ioannis capite
 quatto, ea ratione Samaritanae dixit, *Qui hiberit ex
 aqua, gratiae scilicet, quam ego dabo ei, non siet in
 aeternum*, quia conseruata vsque ad egressum huius
 vitae, restinguit sitim in aeternum ratione gloriae,
 quae illi respondet: ita hoc loco ea ratione dicitur
 Christus in monte hoc precipitaturus mortem, &
 ablaturus lachrymam ab omni facie, quae ipsius red-
 emptione suui voluerit, quia per spirituale vitam,
 quam Christi redemptione in Ecclesia militante
 accepturus est, abstergenda illi sit omnis lachryma
 in Ecclesia triumphante. Adde, Esaiam non affir-
 mare, in monte illo abstergendam omnem lachry-
 mam, sed abstergendam lachrymam ab omni facie, la-
 chrymam, inquam, quae erat, quod captiui teneremur
 sub iugo peccati, aditumque haberemus ad
 aeternam vitam penitus interclusum quousque; morte
 & redemptione facta per Christum, nobis aperiretur.
 Sequuntur in Esaiam verba, quae ad nostram con-
 ducunt iustitiam. *Et dicit in illa die* (Ecclesia scilicet,
 seu congregatio vocatorum ad hoc conuiuium)
*Eccc Deus noster iste, expectauimus eum, & saluauit nos:
 iste Dominus* (Hebraicè est יהוה Iehouah) *sustinui-
 mus eum, exultabimus, & letabimur in saluari, seu sa-
 lute eius.* Ex his omnibus deducitur hoc argumen-
 tum aduersus Iudaeos. Quae dicta sunt de conui-
 uio, & de opprobrio, & peccatis auferendis, de la-
 chrymis abstergendis, & de morte precipitanda in
 sempiternum in monte Hierusalem, vtique non ad
 alium spectant, quam ad Messiam, & ad illius ad-
 uentum, vt Iudaei ipsi, vel inuiti, faceri coguntur: si
 ergo tunc populus ab eo ad conuiuium vocatus di-
 cturus est. *Eccc* יהוה *Elohim noster iste, expecta-
 uimus eum, & saluauit nos. Iste יהוה Iehouah, sustinui-
 mus eum, exultabimus, & letabimur in saluari, seu sa-
 lute eius:* vtique Messias simul futurus est Deus ve-
 rus per essentiam, & homo, qui ratione humanita-
 tis, digito demonstrari possit, oculisque corporeis
 possit cerni, vt pronomen, *iste*, bis appositum,
 Deumque indicans, satis aperte innuit.

A pulo ad illud vsque tempus deserto & infructuoso,
 erat conferenda, puniente simul Messia peccata Iu-
 daici populi, deserendo illum. Simul docet Prophe-
 ta, quanta cum laetitia & exultatione Gentilicus po-
 pulus agiturus, amplexurusque esset fidem Messiae.
 Inter alia haec habentur eo capite: *Dicite pusillan-
 mes, confortamini & nolite timere, ecce Deus vester vi-
 sionem adducet retributionis, Deus ipse veniet, & salua-
 bit nos. Tunc aperientur oculi caecorum, & aures surdo-
 rum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aper-
 ta erit lingua mutorum: quia scissa sunt in deserto aqua,
 &c.* Hebraicè habetur, *ויהי עולמו* Elohim ipse veniet
 & saluabit nos. Verbum autem ipse, denotat, Deum
 ipsum per essentiam esse venturum, & non Deum
 per participationem, quasi solum per ministrum
 venturus esset. Neque Iudaei negant, locum illum
 intelligendum esse de aduentu Messiae: quippe cum
 quae in eo capite continentur, de nullo alio tempore
 intelligi valeant: intelligentes tamen caput illud,
 non per metaphoram, sed vt verborum cortex (quod
 tamen expendenti, quae in eo dicuntur, ridiculum
 esse constabit) affirmant, nondum illa esse impleta,
 implenda autem fore tempore Messiae, quem expe-
 ctant. Quare ex illo loco aduersus Iudaeos conuin-
 citur, Messiam fore verum Deum. Miracula autem,
 quae ibidem tempore aduentus Messiae futura nar-
 rantur, tamquam signa, quibus ductus dignoscas,
 certum hominem esse verum Messiam, verumque
 Deum, in persona propria ea de causa venientem,
 vt humanum genus à seruitute peccati, crudelique
 tyrannide liberet, plenissime sunt in aduentu nostri
 Messiae completa, atque à principio nascentis Ec-
 clesiae in variis orbis partibus, cum per Dei seruos
 viuentes, vitaeque sanctos: tum etiam in variis Eccle-
 siae Christianae templis ad hodiernum vsque diem
 sunt semper continuata: tamen in primitiua Eccle-
 sia ab undantiù fuerint exhibita, eo quod ad fidem
 strobiliendam, Ecclesiamque propagandam id fuerit
 necessarium.

Decimus tertius est, illud Ierem. 23. & 33. *Eccc dies
 veniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum,
 & regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium &
 iustitia in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel
 habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabitur
 eum, Dominus* (Hebraicè est יהוה Iehouah) *iustus
 noster.* Qui locus aperte intelligitur de Messia: &
 Paraphrastes Chaldaicus transfert, *Suscitabo Dauid
 Messiam iustum.* Vbi Dauid, calus est datus, id est,
 Dauidi germen iustum. In eo autem testimonio Iere-
 mias affirmat, Messiam vocandum Deum per essen-
 tiam. Friuolas responsiones Iudaeorum, earumque im-
 pugnaciones legito apud doctores in eudem locu.

Decimus quartus est, illud Michae 5. *Tu Bethle-
 hem Ephratae paruulus es in millibus Iuda: quasi dicat,
 nequaquam. Vt Matthaeus cap. 2. expressit, in hunc
 modum Prophetae verba ad sensum referens: Et tu
 Bethlechem terra Iuda nequaquam minima es in princi-
 pibus Iuda. Reddit continuò Propheta rationem
 dicens: Ex te mihi egredietur, qui sit dominator in
 Israel, & egressus eius ab initio, à diebus aeternitatis. Qui
 locus communi Iudaeorum consensu de Messia in-
 telligitur. Cum verò Propheta dicat, egressum Mes-
 siae esse ab initio, à diebus aeternitatis, vtique naturam
 diuinam in eo cognoscit, secundum quam aeternus
 fit, & per generationem à Patre procedat, tamquam
 verus filius Dei naturalis, & tamquam illa sapien-
 tia genita, quae Proverb. 8. de se dicit, *ab aeterno se
 fuisse ordinatam, & ante abyssos conceptam, &c.* Simul
 etiam proficitur humanam naturam, secundum
 quam in tempore nascatur in Bethlechem, & de Beth-*

12. locu ex
Esa. 15.

13. locu ex
Ierem. 23.
& 33.

14. ex Mi-
chae 5.

Pluralitas
personarum.

lehem egrediatur: de illa, inquit, quæ quodam dicta est Ephrata, ut adnotatione distingueret eam Prophecia ab alia, quæ erat in tribu Zabulô. Cuius nota loco apposuit Matthæus, terra Iuda. Porro ex hoc loco quis non videat, etiam si cauillandi daretur facultas confugiendo ad varias æternitatis acceptio- nes, illud saltem constare, Messiam, præter naturam humanam, secundum quam exiturus prædicatur ex Bethlehem, habere aliam, quæ tempore antecesserit Michæam, nempe secundum quam, quo tempo- re Michæas vaticinabatur, verum fuit dicere, egres- sus eius ab initio à diebus æternitatis? hæc verò non potest fingi alia, quam diuina, secundum quam egressus eius à Patre est ex æternitate.

25. locus ex Zach. 2.

Decimus quintus est, illud Zachariæ 2. *Lauda, & letare filia Sion* (id est, Ecclesia & congregatio fide- lium) *quia ecce ego venio & habitabo in medio tui; ait Dominus.* (Hebraicè est יְהוָה יְהוּאָה) & applica- buntur gentes multæ ad Dominum (iterum est יְהוָה יְהוּאָה) in die illa, & erunt mihi in populum, & habi- tabo in medio tui, & scies quia Dominus exercituum (ite- rum quoque est יְהוָה יְהוּאָה) misit me ad te. Locus est planè illustris, qui etiam Hebræis ipsis consentientibus intelligitur de Messia, neque tam felix, talis, ac rãta promissio alium sensum patitur. Ecce ego venio, dicit יְהוָה יְהוּאָה, hoc est, Deus per essentiam; & habitabo in medio tui, factus procul- dubiò homo: id quod Ioãnes ait: *Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & in propria venit, & sui eum non receperunt.* Et scies, inquit, idem יְהוָה יְהוּאָה ita veniens ad habitandum in medio Eccle- siæ, quia Dominus יְהוָה יְהוּאָה misit me ad te, id est, Pater æternus me Filium suum naturalem, & consubstantialem sibi, misit ad habitandum in me- dio tui: qui enim mittitur, à mittente procedit. Hoc ergo testimonio, & Messie diuinitas, & quòd suppo- situm, personæque à Patre, à quo mittitur & procedit, sit distincta, aperte conuincitur, atque aded ex eadem pluralitas diuinarum personarum cum vni- tate essentia aduersus Iudæos manifestè colligitur.

Pluralitas diuinarum personarum.

16. ex Zachar. 12.

Decimus sextus est, illud Zachariæ 12. *Et effundam super domum David, & super habitatores Hierusa- lem spiritum gratia, & precib, id est, orationis, qui cum gratia spiritu solet esse coniunctus: & aspicient ad me, quem confixerunt.* Et plangent eum planctu, quasi su- per unigenitum, & dolerunt super eum, ut doli solet in morte primogeniti. His verbis duplex natura in Chri- sto aperte significatur. Vna diuina, dum dicitur: *Effundam spiritum gratia:* etenim conferre gratiam so- lius Dei est, iuxta illud Psalmi 83. *Gratiam & glo- riam dabis Dominus.* Altera humana: simul etiam si- gnificatur, & passio eiusdem Christi in cruce, secun- dum eandem humanam naturam, quòd additur: *Et aspicient in me* (eundem qui gratiam super eos ef- fundam) *quem confixerunt.* Hunc locum citat Ioan- nes. 19. dicens: *Et iterum alia scriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt.* Porro effuso illa gratia, & plan- ctus super eum, quem confixerunt, de quo memi- nit hoc loco Propheta loquens ex sua propria per- sona, cum prius locutus esset ex persona Dei, dum dixit, *Effundam spiritum gratia, & aspicient in me, quem confixerunt:* impleta sunt in die Pentecostes, & sequentibus, dum Petrus ea die loquens ad po- pulum, testificansque illis, eum ipsum Iesum, quem ipsi affixerunt Cruci, reuixisse, misisseque in discipu- los Spiritum sanctum, ut cernebant, compuncti sunt corde, doleruntque quòd id fecissent, & tan- tum scelus patissent, appositaque sunt ea die ani- mæ circiter tria millia, ut habetur Actuum 2. Fuit etiam planctus ille impletus, cum Christo animam

A efflante in Cruce, Iudæi, visis miraculis, quæ in il- lius morte acciderant, reueriebantur percutientes pe- ctora sua, & dolentes, quòd in eam mortem con- sensissent, à Pilatoque eam petiissent. Alij volunt implendum in die Iudicij, quando in valle Iosa- phat, quæ est prope Hierusalem, eum videbunt glo- riosam venientem in nubibus cæli, iuxta illud Apocalyp. 1. *Ecce venio cum nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Quod autem Iudæi aliqui cauillantur, in eo Zachariæ testimonio le- gendum esse, *aspicient in eum, & non aspicient in me,* eundem qui effundam gratiam, id planè est men- dacium: quoniam non solum codices nostri, sed etiam omnes ipsorum antiqui & emendatissimi habent, in me, ut illis Paulus Burgenfis, natione Iu- dæus in sermone scripturarum part. 1. distinct. 10. capite penultimo obiicit.

Adduci etiam poterat in confirmationem eius- dem veritatis testimonium ex Baruch 3. cap. Quo in loco, loquens manifestè Baruch de Deo per es- sentiam, ait: *Hic est Deus noster, & non asimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disci- plina, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo.* Post hæc in terris visus est, & cum hominibus con- uersatus est. Attamen testimonia ex eo libro pau- rum videntur Iudæos, & quia librum illum inter ca- nonicos non recipiunt, & quia non reperitur in Hebræo, sed in Græco solum & Latino sermone. In Ecclesia nihilominus Christiana canonicus est ille liber, ut 2. 2. q. 1. art. 1. dictum est: constatque ex prophetia Ieremiæ, Baruch ipsius fuisse ministrum & notarium. Vnde factum est, ut à multis Patri- bus & Concilijs testimonia ex eo libro sub nomine Ieremiæ referantur, ut citato loco ostendimus.

Confirmari poterat eadem veritas testimoniis alijs, tum veteris testamenti, tum etiam Rabbinorum, qui Christi aduentum præcesserunt: sed cui ea quæ adducta sunt, non fuerint satis, nescio quid possit esse satis. Illud tamen admonendum duxi, nos hoc loco non disputare, an Messias venerit, itque sit noster Christus. Id enim longè plurius testimonij, & rationibus poterat demonstrari. Res tamen neque est huius loci, neque tam breui dispu- tatione circumscribi poterat.

DISPUTATIO III.

E Idem ex nouo testamento, de definitionibusque Ec- clesie, aduersus hereticos omnes Christi diuinitatem negantes, de- monstratur.

A Duerfus Arianos, ceterosque hereticos Christi diuinitatem negantes, nouumque testamen- tum Scripturam esse canonicam contentes, potest etiam eadem veritas sequentibus testimonijs de- monstrari.

Præter testimoniū illud de cælo post baptismū Matthæi 3. & in transfiguratione Matthæi 17. *Hic est filius meus dilectus,* cum Matth. 16. interrogasset Christus discipulos, *Quem dicunt homines esse filium hominis?* respondissentque: *Alij Ioannem Baptistam, alij verò Eliam, &c.* Interroganti rursus, *Vos autem quem me esse dicitis?* Respondit Petrus, *Tu es Christus Filius Dei viui.* Cui Christus: *Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cælis.* Christus ergo verus ac naturalis Filius est Dei: & non per adoptionem, aut participatio- nem eo modo, quo Ioannes, aut Elias, imo neque

Locus non in scriptura Christi sed diuinitatis, sed extra hec veritas con- probantur.

eo modo, quo Angeli beati diuino fuentes conspectu, dicente Paulo ad Hebr. i. *Christi differentius nomen præ Angelis hereditasse. Cui enim dixit aliquando Angelorum, Filius meus es tu, ego hodie genui te?* & reliqua quæ eo capite ad probandam Christi diuinitatem, Filiumque Dei esse naturalem adducit.

Marci 14. Cum Caiphas Redemptorem interrogasset, an esset Christus filius Dei benedicti. Respondit Christus, *Ego sum.* Perspicuum est autem, Caipham, caterisque Iudæos, qui aderant, intellexisse de Filio Dei naturali. Alias non dixissent, *Blasphemauit.* Neque Christus de alio Filio Dei, quam de naturali est locutus: si minus debuisset id explicare sub reatu lethali peccati, ne illi in re tanti momenti, diuinitæque maiestati tantopere derogante, deciperentur, atque ut propriam vitam seruaret, illi que tuinæ occasione non præteteret.

D. Ioannes, ut Hieronymus de Scripioribus Ecclesiasticis refert, propter Cerinthum & Ebionem, qui in Christo primi diuinitatem esse negarunt, asseuerantes fuisse solum hominem, in hunc modum suum est exorsus Euangelium. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Omnia per ipsum facta sunt. Et Verbum caro factum est, & habitauit in nobis, & uisimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre. Et unigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Quid quæso clarius Christi diuinitatem testari potest? At namque Ioannes, Verbum, quod caro factum est, esse apud Deum, quin & esse Deum, uerba enim illa, *Et Deus erat Verbum*, construenda sunt, incipiendo à uocabulo, *Verbum*, ita ut sit sensus, *& Verbum erat Deus*; addit, *Omnia per ipsum esse facta, & Verbum carnem factum, esse unigenitum à Patre, in quo, ipsius sinu existere.* Ergo Christus uerus est Deus, Patri coæternus, & consubstantialis: quippe cum sacra literæ, lumenque naturale clarè doceant, unum tantum esse Deum. Præterea manifestè constat ex eisdem ritatis uerbis, Christum esse Filium Dei naturalem: neque enim uerè dici posset unigenitus à Patre, si Filius esset adoptiuus: quod Deus multos habeat filios per adptionem, & participationem.*

Ioan. 3. *Nemo, ait Christus, ascendit in caelum, nisi Filius hominis, qui est in celo: cum ergo esse non posset simul in celo & in terra, nisi esset Deus, aperte testatus est, se esse uerum Deum.*

Ioan. 5. *Præterea, inquit Euangelista, magis quærebant cum Iudæis interficere, quia Patrem suum dicebat Deum, equalem se faciens Deo.* Et cap. 9. cum interrogasset cæcum hominem, quem illuminauerat, *Credis in Filium Dei?* Cæco respondenti, *Quis est Domine?* Dixit Christus, *Qui tecum loquitur ipse est.* Cap. 10. *Dominus ipse inquit, Opera, quæ ego facio in nomine Patris, hæc testimonium perhibent de me, quod scilicet sim uerus, & naturalis filius Dei.* Nam, ut ea confirmetur ueritas, facta sunt. Deinde eodem capite, cum dixisset Christus: *Non rapet quisquam ues de manu mea, addidit, Pater, quod dedit mihi (nempe essentiam diuinam per æternam generationem) manus omnibus est, & nemo potest rapere de manu Patris mei (subintelligitur, quare neque de manu mea, cum eamdem habeam essentiam, & potentiam cum Patre.)* Atque hoc est quod subiungit: *Ego & pater unum sumus.* Sanè Iudæi intellexerunt, Christum eis uerbis affirmasse se Filium Dei naturalem, siquidem sustulerunt lapides, ut lapidarent eum. Addideruntque, *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu, homo cum sis, facis te ipsum Deum.*

Ioannis 20. Thomas Apostolus ad illam usque

A horam incredulus, Christo Domino dicenti, *infirmum tuum huc, & cæc.* Respondit: *Dominus meus, & Deus meus.* Merito autem in quinta Synodo (quæ est Constantinopolitanum Concilium 2.) ad finem actionis 4. anathematismo 12. damnatur impius Theodorus Mosuestentis, quod asseruerit, Thoinæ eis uerbis non esse locutum cum Christo, quasi fuerit eum confessus Deum, sed miraculo resurrexerit: nis penè posthum extra se obstupuisse glorificasseque Deum, qui Christum Dominum à mortuis excitauerat, ideòque non ad Christum, sed ad Deum ea uerba protulisse. Merito, inquam, propter huiusmodi asserum damnatur Theodorus, quoniam Euangelista aperit affirmat Thomam respondisse & dixisse Christo, *Dominus meus & Deus meus.* Christumque tamquam ueram eam confessionem approbans, subiunxit: *Quia uisidisti me Thoma credidisti. Beati qui non uiderunt, & crediderunt.*

B Prima Ioannis ultimo, *Scimus quoniam Filius Dei uiuit, & dedit nobis sensum, ut agnosceremus uerum Deum, & simus in uero Filio eius, hic est uerus Deus, & uita æterna.* Quo in loco Ioannes appellat Christum uerum Filium Dei, & uerum Deum.

C Plurima sunt testimonia D. Pauli pro hac ueritate. Ad Romanos 1. *De filio suo qui factus est ex semine Dauid secundum carnem.* Et c. 9. *Quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Ad Colossenses 2. c. In ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Ad Titum 2. *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri.* Et infra: *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Et cap. 3. *Cum autem benignitas & humanitas apparuit Saluatoris nostri Dei.*

D Ad Hebræos 1. *Multifariam olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in Filio: per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius, id est, Patris, portansque omnia (id est, conseruans) uerbo uirtutis sue, purgationem peccatorum faciens (id est, peccata remittens) &c.* Ex quibus omnibus luce clarius est, Christum uerum Deum, Filiumque Dei naturalem esse, consubstantialem Patri.

E Indas præterea cap. 2. suæ epistolæ: *Subintroierunt quidam. Et infra: Solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Si solus Christus Dominator, & Dominus est: ergo est unus omnino Deus cum Patre, atque adeo est illi consubstantialis, & coæternus. Quo loco aduerte, uulgares textus Græcos, de quorum numero est Bibliorum Antuerpiensium Philippi Hispaniarum Regis Catholici sumptibus excussorum, habere, *solum Dominatorem & Deum nostrum Iesum*, quod aptius adhuc confirmat nostrum institutum.

F Item Christus, aut est Deus æqualis, & consubstantialis Patri, aut creatura, ut Arius dicebat: non est creatura: ergo est Deus æqualis & consubstantialis Patri. Maior, & consequentia patent, concedunturque ab Arianis. Minor uerò probatur, quia Christus creauit omnia, & non seipsum: ergo non est creatura. Maior manifesta est ex illo Ioannis 1. *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* Et ad Colossenses 1. *In ipso condita sunt uniuersa in celis & in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant.* Et 1. ad Corinth. 8. *Unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum.* Minor uerò notissima est: cum nihil magis absurdum, pugnantisque sit, quam aliquid procedere

*Erasmus ex-
positiones
quasdam Chri-
stiano peccato
indigna.*

*Ecclesia de-
finitionibus
Christi divi-
nitatis com-
probatur.*

ducere se ipsum. Mitto pleraque alia testimonia, quae veritatem eandem manifeste confirmant. Illud admodum, Erasmus quasdam expositiones Christiano peccato indignas, quibus vires eorum ad Christi diuinitatem demonstrandam enervare conatus est. Quia tamen in illis, neque eruditionis, neque probabilitatis vlla est species, sed solum animi ad religionem Christianam parum, aut nihil effecti, nec referendas, nec impugnandas duxi, maxime, cum sciam eas a plurimis viris doctis expugnatas esse.

Accedamus ad Ecclesiae definitiones. Diuinitas Christi aduersus Arianos definita fuit in Concilio Niceno, adfueruntque illi trecenti decem & octo Episcopi, quod prima generalis Synodus, exiis quae in Graecia celebratae sunt, appellatur. Verba illius concilij Latinitate donata haec sunt. *Credimus in unum Deum Patrem, &c. Et in unum Dominum Iesum Christum, Filium Dei natum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, quosque, hoc est, consubstantialem Patri, qui propter nos homines, &c. Et infra: Dicens autem, erat, quando non erat, (id est, aliquando non fuit) aut non erat, antequam fieret, & quia ex non existentibus factus est, aut ex altera substantia, vel essentia dicens esse, aut creatum, haec tales anathematizati Catholica & Apostolica Ecclesia. Decreta huius Concilij a Syluestro Papa sunt Romae confirmata, in Concilio 275. Episcoporum eodem tempore celebrato, vt ex initio huius Concilij est manifestum.*

Idem definitum est in Concilio Constantinopolitano 1. sub Damaso, quod 2. Synodus generalis appellatur, cap. vltimo. Idem determinatum ac multo latius explicatum est contra Nestorium in Concilio Ephesino 1. quod tertia Synodus appellatur sub Celestino Papa in confessione fidei, & anathematismis, quae subiunguntur. Idem in Concilio Chalcedonensi 1. seu in quarta Synodo, sub Leone 1. actione 5. occasione Eutychemis, in 2. definitione fidei. Idem in Concilio Constantinopolitano 2. id est, in 7. Synodo, circa tempora Agapeti, Syluerij, & Vigilij, actione 5. anathematismo 1. & sequentibus. Idem in Concilio Lateranensi sub Martino summo Pontifice canone 1. & sequentibus. Idem in Concilio Constantinopolitano 3. id est, in 6. Synodo, in epistola Agathonis Papae, quae habetur actione 4. Et in Synodica suggestione in Concilio 125. Episcoporum ab eodem Agathone Romae celebrato, quae eadem actione 4. habetur, & in eruditissima epistola Sophronij, quae continetur actione 11. & tamquam orthodoxa approbatur ab eodem Concilio actione 13. Et denique in confessione fidei eiusdem Concilij actione 17. in qua tamquam fides orthodoxa recipitur, tum epistola Agathonis, & suggestio Synodica eiusdem, tum epistola Leonis 1. ad Flavianum, in qua idem definit, quam epistolam in confessione fidei Chalcedonensis Concilij Patres receperant. Idem in Concilio Niceno 2. quod septima Synodus appellatur, actione 1. in confessione fidei. Idem in Concilio Lateranensi 2. sub Innocentio 3. cap. *Firmiter, &c. Damnamus*, de sum. Trinit. & fide Catholica. Et in Florentino, in instructione Armenorum. Eadem veritas continetur in Symbolo Apostolorum, & in Symbolo Athanasij, in eadem Armenorum instructione ab Ecclesia approbato. Eandem ante tempora Concilij Niceni definierant Clemens primus episcopus 1. ad beatum Iacobum. Xistus 1. epistola 1. decretali, Xi-

stus 2. epistola 1. Felix 1. episcopus 3. Marcellinus episcopus 1. Higinus episcopus 1. Soter etiam episcopus 1. Eadem post tempora Concilij Niceni definita fuit a Damaso in professione fidei Catholicae ad Paulinum, quam leges 1. tomo Conciliorum, post epistolam eius primam, & a plerisque aliis summis Pontificibus.

Eadem veritas a multis provincialibus Conciliis statuta est. A Sirmienfi in confessione fidei, & anathematismis sequentibus, a Toletano primo in assertione fidei illius Concilij. Fuit autem Concilium hoc a Leone 1. confirmatum. Ab edicto Iustiniani Imperatoris fidei confessionem continentem, quod inuenies in Concilio Toletano 2. A Concilio Toletano 3. in confessione fidei per epistolas Gregorij ad Leandrum approbata. A Concilio Hispanensi 1. tempore Isidori canone 13. a Concilio Toletano 4. cap. 1. a Toletano 6. cap. 1. a Concilio Bracharenfi 1. canone 1. 3. & 4. a Toletano 11. in confessione fidei latissime & eruditissime, a Toletano 14. cap. 8. & a Concilio Vuormatiensi in confessione fidei. Legio etiam confessionem fidei Sancti Quintiani Episcopi, quae habetur ad finem Concilij Aurelianensis 3.

Illud in calce huius disputationis admonendum censui, testimonia ex nouo, & veteri testamento, tam hac quam praecedente disputatione adducta, suo etiam modo aduersus Mahometanos Christi diuinitatem conuincere. Etenim cum Mahometus, sectatorisque illius, Moysen Prophetam, populumque Iudaicum ante Christi aduentum a Deo fateantur electum, veramque fuisse Ecclesiam: cum item dicant Christum verum magnumque Prophetam a Deo missum in hunc mundum venisse, sanè neque negant, neque verò negare possunt, Ecclesiam ab eo institutam veram fuisse Ecclesiam, congregationemque a Deo electam, dum fides per Christum tradita (quam absque vilo fundamento deprauatam per Sacerdotes affirmant) integra sanaque perseuerat. Quibus si addas, ad diuinam prouidentiam spectasse, cum Synagogam per Moysen, Ecclesiamque Christianam per Christum instituebat, de Scripturis, in quibus vera fides, regimèneque vtriusque Ecclesiae contineretur, prouidere, alioquin iam non insufficienter solam, sed etiam insipienter, quod a Deo longissime abest, vtramque Ecclesiam fundasset, fiet, vt in vtraque Ecclesia, interim dum habuit fidem integram & inuiolatam, aliqua fuerint Scripturae diuinitus inspiratae, fidem veram, modumque gubernandi Ecclesiasticam Rempublicam continentes. A tempore antiquae legis, quae alia quaeque fuerunt Scripturae, quam libri Moysis & Prophetarum, quos tamquam canonicos, sibi quae diuino munere concessos, & ante, & postquam Christus aduenit, coluerunt Iudaei, ac venerati sunt: Nec minus Christiana Ecclesia cum ipso Christo nata, nutritaque, eosdem tamquam sacros & caelo datos, suscepit. Accedit, quod inter Iudaeos & Christianos perpetuum exarsit bellum, & decertatio de fide. Ex quo fit, vt nunquam conuenire poterint ad Scripturas illas deprauandas: & tamen vtrique communi consensu asseueret, eos libros integros, inuiolatòsque persisteret: neque verò vllam, vel historiam, vel probabilem coniecturam adducere possunt Mahometani, vt indicent verisimiliter, quando, aut a quo libri illi fuerint corrupti. Quae omnia planè suadent, eos libros in hodiernum vsque diem perseuerare, quales Deus per Moysen, aliosque ministros suos Synagogae tradidit. Quamobrem verè superius diximus, testimonia ex veteri testamento disputatione praecedente adducta non minus Mahometanos,

*E Concilio
provinciali-
bus petita te-
stimonia.*

*Mahometani
nos quoque
testimonia
ex vtroque
testamento
citata conuincunt.*

*S. Scripturae
a multis de-
prauatae de-
monstrantur.*

MOL
D.

sanos, nisi agere proterere, insaniréque velint, quam Iudæos, concedendam esse in Christo diuinitatem, cogere. Præterea Ecclesia Christiana, quos alios libros sacros diuino traditos instinctu habuit quam quos Apostoli, discipulique Christi Domini ipsius autoritate firmati, nec minus diuini Spiritus assentia ducti, quam Moyse quondam & Propheta in condendis libris canonicis anti quæ legis, scripserunt; Quos libros eosdem prorsus esse cum eis, quos modò religio Christiana suspicit, & veneratur, euidenter colliget, qui percurrerit seriem doctorum veterum, qui vsque ad Mahometum in singulis ætatibus scripserunt, & testimoniis vsi sunt ex libris Apostolorum, discipulorumque Christi ductis. Profecto sicut insanirent Christiani, si inficiarentur Alchoranum esse à Mahometi traditum, aut si dicerent à sectatoribus Mahometi fuisse deprauatum, nulla ad id adhibita verisimili coniectura, neque ex historiis, aut aliunde ostendendo, quando, aut à quibus ea esset facta deprauatio: ita tanè delirant prorsus Mahometani, cum afferunt Apocalypsim Ioannis, Euangeliorum, & epistolarum libros, atque eos, in quibus acta Apostolorum continentur, quos Ecclesia Christiana à primis in eunabilis tamquam canonicos, & per Apostolos, discipulosque Christi scriptos semper coluit, non esse illos, quos Apostoli, discipulique Christi scripserunt, vel saltem deprauatos postea fuisse à Christianis: cum nullam ad id adducat verisimilem coniecturam, aut historiam, neque ostendant quando, aut à quibus, ea fuerit facta deprauatio. Quare testimonia ex nouo testamento hac disputatione adducta, nisi velint animo obfirmato errare, insaniréque, ipsos etiam conuincunt prorsus Mahometanos. Adde, quòd negare Christum à Iudæis fuisse crucifixum, vt Mahometus negauit, cum id in omnium gentium luce fuerit gestum, idque testati fuerint idolorum cultores, glorienturque Iudæi, hominis fuit effusè impudentis & stulti.

DISPUTATIO III.

Quòd Spiritus sanctus verus sit Deus Patri & Filio consubstantialis aduersus Arium & Macedonium.

Patres qui propositionem questionem petrauerunt.

Spiritus sanctus diuinitas ex sacro literis probatur.

HAc de re agit Athanasius in disputatione contra Arium in Concilio Niceno habita ad finem, in epistola ad Serapionem, in sermone contra omnes hæreses, in sermone de sanctissima Deipara, & alijs. Didymus in tribus libris de Spiritu sancto, interprete beato Hieronymo, quos ad finem 9. tom. operum Hieronymi inuenies. Basilus 3. lib. & 5. contra Eunomium. Et in libro de Spiritu sancto ad Amphiloichium Episcopum. Ambrosius in tribus libris de Spiritu sancto, ad Gratianum & alij. Spiritum sanctum verum esse Deum, Patri & Filio consubstantialem, sequentibus testimonijs apertissimè comprobatur. Matth. ultimo: *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* Quo in loco, cum in nomine, idem sit, quod in inuocatione, autoritate, ac potestate, constat eiusdem potestatis, autoritatis, atque adeò essentia esse Spiritum sanctum cum Patre & Filio, Absit enim, nequid dicam grauius, vt creatura annectatur Patri & Filio, vt in nomine illorum trium baptismus conferatur, peccatorèque gratiam Dei consequantur: 1. canonicè cap. 5. *Spiritus est, inquit Ioannes, qui testificatur, quoniam Christus est veritas: quoniam tres sunt, qui testi-*

Amonium dant in celo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Et inferius, *Si testimonium hominum accipimus, testimonium Dei maius est.* Præterea, sicut Christus profiteretur se processisse à Patre, eaque ratione consubstantialem illi esse: ita de Spiritu sancto Ioannis 15. ait, *Cum venerit Paraclætus, quem ego mittam vobis à Patre, Spiritum veritatis qui à Patre procedit, &c.* ergo Spiritus sanctus consubstantialis est Patri, atque adeò vnus est Deus cum Patre & Filio. Apertum testimonium huius veritatis scribitur Actuum 5. vbi Petrus expressis verbis vocat Spiritum sanctum Deum, cum Ananiam sic affatur: **B** *Cur tentauit Satanas cor tuum mentiri Spiritui sancto? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* 1. ad Corinth. 6. *An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti? Cum ergo Dei sit templum habere, Paulusque subiungat, Glorificate & portate Deum in corpore vestro: manifestè docet, Spiritum sanctum esse Deum.* Cap. 12. eiusdem epistole idem Apostolus, *Diuisiones, ait, gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & diuisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Quo in loco Spiritum sanctum Dominum ac Deum appellat. Deinde cum diuisiones gratiarum ab Spiritu sancto esse affirmet: *gratiam autem & gloriam det Dominus, veluti psalmo 83. habetur, sic, vt Spiritus Sanctus sit Deus.* Accedit, quòd *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, vt habetur Sapientia 1. idque per creationem, etique vbique præfens, vt ex eodem loco & ex alijs testimonijs ostendimus quaest. 8.* Fuit præterea causa incarnationis, iuxta illud Math. 1. *Habens in vtero de Spiritu sancto.* Et Luca 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, ideòque & quòd nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Et in Symbolo Apostolorum, **D** *Qui conceptus est de Spiritu sancto.* Præterea, est præcipua causa gratia & caritatis, iuxta illud ad Roman. 5. *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Et ad Ephesios 1. *Signati estis Spiritu promissionis sancto.* Est etiam causa remissionis peccatorum, iuxta illud Ioan. 10. *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis.* Item scrutatur omnia, & inter ea cogitationes cordium (vt habetur Sapientia 1. ante testimonium supra citatum) etiam profunda Dei, atque adeò Deum comprehendit, vt scribit Paulus 1. ad Corint. 2. *Sed creare, esse vbique, esse causam incarnationis, esse principalem causam caritatis, gratia & remissionis peccatorum, atque scrutari corda, & comprehendere Deum, sunt propria Dei: ergo Spiritus sanctus est Deus.* Præterea, qui per Prophetas est locutus, vtique est Deus ipse, iuxta illud ad Hebræos 1. *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis.* & illud Luc. 1. *Sicut locutus est per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum eius, & 2. ad Timoth. 3. Omnis Scriptura diuinitus inspirata, & c.* At verò Spiritus sanctus est, qui per Prophetas est locutus, iuxta illud 2. Petri 1. *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei omnes: ergo Spiritus sanctus est Deus.* Legè, si placet, testimonia alia apud Patres supra citat.

E Probaram veritatem satis scripserunt Apostoli in suo symbolo verbis illis: *Credo in Spiritum sanctum.* Eandem obsignant Patres Concilij Niceni, cum in confessione fidei, & in Spiritum, aiunt, sanctum, videlicet, credimus. Fuit eadem ex instituto postea definita aduersus Macedonium in Concilio Constantinopolitano 1. sub Damaso capite

Idem ipsum ex Ecclesie definitionibus confirmatur.

tamen magis vrgent Iudaeos illa , qua disputatioe adduximus.

Aduersus Sabellianos pluralitas personarum in Deo concludi in primis potest ex omnibus testimoniis , quibus tribus disputationibus praecedentibus ostensum est, Christum esse verum Filium Dei. naturalem, à Patre genitum. Deinde ex eis , in quibus Deus de Messia loquitur, tamquam de alio à se. Deum ex illis, quibus ostendimus Filium, aut Spiritum sanctum procedere à Patre, aut ab eodem mitti. Et enim vnus & idem supposito ac persona , neque dicitur alius à se, neque Filius, aut Pater sui ipsius, neque generare aut producere se ipsum, neque se ipsum mittere, aut à se ipso procedere. Quo fit, vt vnumquodque illotum testimonium aperte pluralitatem personarum in Deo demonstret. Neque vnquam Sabellius veram rationem Patris & Filij, aut mittentis ac missi, poterit in Deo defendere, nisi pluralitatem personarum in eo concedat.

Accedit sententia Christi Domini, Ioann. 5. Quo loco, *Alius est, inquit, qui testimonium perhibet de me nempè Pater. Et paucis interiectis, Opera, qua ego facio, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me, & quis misit me Pater, ipse testimonium perhibebit de me:* Hac in sententia Patrem Christum appellat alium à se, ac proinde distinctum supposito. Accedit illud Ioan. 8. *Solus non sum, sed ego, & qui misit me Pater: & in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est: Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater,* vbi se, & Patre appellat duos: idem autè persona & supposito secù non facit dualitatè. Adde, quòd habetur Ioan. 10. in plurali, *Ego & Pater vnum sumus,* in essentia videlicet. Qui locus manifestè docet, esse in diuinis distinctas personas. Adde etiam illud 1. Ioannis 5. *Tres sunt, qui testimonium dant in caelo, Pater, Verbum, & Spiritus sanctus.* Tacitus pretereo multa alia, quae in Scripturis sacris pluralitatem diuinarum personarum aperte demonstrant.

Eadem veritas ab Ecclesia est constituta omnibus eis definitionibus, quas duabus praecedentibus disputationibus retulimus: imò in plerisque earù benedictissima Trinitas personarum expresse definita est.

Illud admonuerim, nos his quatuor disputationibus nullam rationem à lumine naturali petitam posuisse, sed tantum Scripturae, Ecclesiaeque certas definitiones. Nec sine ratione, quoniam, quae in eis probare constituimus, transcendunt totum naturae lumen, quin & Angelici intellectus facultatem longè excedunt, proptereaque eis solum assentitur Ecclesia, tamquam à Deo reuelatis. Quò fit, vt qui nihil eorum recipit, in quibus Dei reuelationes continentur, incapax sit, vt vel ex principiis propriis Theologiae conuincantur, vel rationibus naturalibus eiusmodi res illi demonstrentur. Vnde Dionysius 2. cap. de diuinis nominibus. *Qui omnino, inquit, diuinis Scripturis aduersatur, procul omni ex parte à nostra Philosophia aberit, & abhorrebit. Ac nisi ei cura est Dei sapientia, qua ex diuinis libris hauritur, quomodo nobis cura erit illius in diuina scientia institutio?* Possunt nihilominus haec omnia mysteria idolorum cultoribus, ceterisque infidelibus, qui nullam Scripturam sacram recipiunt, persuaderi tum impugnatione errorum, quibus ipsi fidem habent: tum etiam quàm plurimis argumentis, quibus ea, quae Christiana Ecclesia profiteretur, à Deo optimo maximo facta sunt nimis credibilia, adeò vt meritò in culpa sint lethali, quicumque eis sufficienter propositis, tamquam à Deo reuelatis non assentiuntur, de quorum numero sunt miracula omnia in confirmationem fidei

Molina in D. Thoma.

A Christiana per Christum, & Christianos Dei ministros à Deo optimo maximo in hoc mundi theatro edita, praeter multa alia, quae idem aperte testantur. Ne verò in lingulis fidei nostrae sacrosanctae mysterijs inutiliter reperantur, commodius tradentur, 2. dùm erit sermo de fide.

DISPUTATIO VI

De significatis vocabulo, Verbum.

Circa id, quod disputatione 1. diximus D. Thomam in 4. huius articuli parte praestare, nonnulla sunt de verbo examinanda: reliqua referuabuntur, vt cum D. Thoma quaestionibus sequentibus discutiantur. Atque vt à verbi significatis exordiamur, Mentis conceptus primò dicitur *verbum*, vox deinde, quae rem quampiam significat, mentisque conceptum exprimit, quin & tertio loco res ipsa mentis verbo, aut vocis significata. Atque haec postrema usurpatio frequens est in sacris literis. Exoçi enim 9. *Cras, inquit Moyses, faciet Dominus verbum istud,* id est, rem hanc, quam locutus sum. 1. Regum 3. *Ecce ego facio verbum (id est, rem) in Israël, quod quicumque audierit, tinnient ambae aures eius.* Matthaei 4. *Non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* id est, in omni re, quam Deus voluerit. Et alibi. Quartam verbi acceptionem addunt D. Thom. infra quaest. 34. art. 1. Durandus in 1. dist. 17. quaest. 2. vt verbum sit imaginatio, quae de voce proferenda mente & imaginatione formatur, antequàm ore proferatur. Videntur autem adducti, vt hanc quartam verbi acceptionem adicerent, verbis quibusdam Damasceni lib. 1. fidei Orthodoxae cap. 18. Verùm tres priores acceptiones frequentiores sunt in vsu loquentium.

Quamuis inter omnes conueniat, rem verbo mentis, aut oris significatam improprè ac figuratè vocari *verbum*, quatenus videlicet nomen signi ad rem significatam transfertur: controuersia tamen est, vtrum verbum dicatur propriè tam de verbo mentis, quàm de verbo oris.

Aliqui, quos Bartholomaeus Torres suppressio nomine ad hunc articulum disputatione 3. refert, asseruerunt, *verbum* solum dici propriè de verbo oris: de verbo autem mentis non, nisi improprè, extensioque vocabulo. Nescio an huius sententiae fuerit Erasmi iuxta ea, quae Cornelius lanfenius cap. 1. suae Concordiae de eo refert, doctèque impugnat. E Docuit namque Dei Filium *Verbum Patris* dici, non quidem ad verbi mentalis similitudinem, sed quia *vocabulo verbo similis est, quatenus scilicet Pater per eum res annunciat, ideoque censuit, potius appellandum Patris sermonem, quàm Verbum Patris.*

Contrarium affirmat Augustinus 15. de Trinitate cap. 11. Vbi ait: *Verbum, quod foris sonat, signum est verbi quod intrinsece lucet, cuius magis verbi competit nomen. Nam illud, quod proferitur carnis ore, vox verbi est, verbumque & ipsum dicitur propter illud, à quo vt foris appareret, assumptum est.* Haecenus Augustinus. Augustinum sequuntur D. Thomas inferius quaest. 34. artic. 1. Durandus in 1. dist. 17. quaest. 2. & communis Theologorum sententia. Estque contrarium parum in fide tutum, ne amplius dicam. Primò, quoniam Dei Filius non in alia significacione dicitur *verbum*, quàm in ea, qua *verbum* mentis dicitur *verbum*, vt volunt sanctissimi, vetustissimisque Patres, Clemens epist. 1. ad Iacobum fratrem Domini, Gregorius Nazianzenus 4. lib. Theologiae, quem refert, & sequitur Euthymius ad cap.

Verbi significationes.

Erasmi assertio periculosa.

Resoluitur. Verbum magis proprie dicitur de verbo mentis, quàm oris.

Trinitatis mysterium, cum naturae lumine tractandum, ex re velatu est ostendendum.

Trinitatis mysterium, quòd infidelis quomodo probandum.

Ioannis, Augustinus ubi supra, Cyrillus de Trinitate lib. 2. versus finem, Fulgentius lib. 3. ad Monimum, & plerique alij: si ergo verbum mentis proprie non dicitur *verbum*, nec etiam Dei Filius proprie dicitur *Verbum*: quare cum, quod non est aliquid proprie, simpliciter non sit tale, Dei Filius non erit absolute *Verbum*, contra illud Ioannis 1. *In principio erat verbum, &c.* Et contra communem Ecclesie confessionem. Vnde D. Thomas loco citato ad primum affirmat, Origenem, quoniam in Ioannis interpretatione dixit: *Verbum metaphorice dici in divinis inveniri solum Ariatorum, id ipsum asserentium.* Secundo, *verbum* est id, quod locutione editur, ac profertur: locutio autem propria non voce solum, sed mente etiam fit: ergo verbum mentis proprie dicitur *verbum*. Maior est manifesta: minor vero probatur, quia qui preces fundit, cum Deo loquitur, oramus autem non solum lingua, sed etiam spiritu, & mente, iuxta illud 1. ad Corinth. 14. *Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente: ergo locutio proprie fit mente.* Vnde Exodi 14. ad Moysen, cum nullum is clamorem ore funderet, *Quid*, inquit Dominus, *clamas ad me.* In quem locutum Augustinus quaest. 52. in Exodum ait, *hoc eum egisse vocis silentio, ut cor de clamaret.* Confirmat eandem minorem illud Ecclesiasticus 1. *Locutus sum in corde meo, dicens.* Accedunt pleraque alia testimonia Scripturae, in quibus locutio non ori tantum, sed menti etiam tribuitur. Adde, Angelos loqui ad invicem, alias inter eos non esset communicatio: & tamen eos non loqui ore, quo carent, sed vel sola mente, vel adhibito etiam exteriori signo, quo mentis conceptus exprimunt: non ergo locutio & verbum sunt oris solius. Tertiò, vox eatenus vocatur *verbum*, quatenus animi sentia exprimit, & tamquam internuncia, vicariaque conceptus rem mentis notitia apprehensam significat: ea namque vox, qua nihil profus significatur, verbum non est: ergo maior cum ratione conceptus ipse, cuius locum habet vox, dicitur proprie *verbum*.

Alij asseruerunt, vocabulum hoc, *verbum*, primò fuisse impositum, ut significaret solum verbum vocale: deinde verò vsu frequenti fuisse extensum, ut mentis verbo accommodaretur. Quemadmodum, inquit, *videre*, primò fuit impositum ad significandum actum videndi, qui oculis convenit, deinde verò per accommodationem vsus fuit extensum ad significandam quamcumque evidentem cognitionem cuiusvis potentiae cognoscentis postquam extensionem proprie dicimus, beatos videre essentialiam diuinam.

Contrarium tamen videtur nobis asserendum. In primis, quia, si ita res habeat, concedendum est, datum fuisse tempus, in quo verbum vocis dictum esset proprie *verbum*, Filius autem Dei, & quicumque conceptus mentis non item. Deinde, quia tunc concedendum esset: sicut videre proprie dicitur de actu oculorum seu visiva potentiae, minus proprie verò, etiam si proprie, de actibus evidentibus aliarum potentiarum cognoscentium: ita vocabulum hoc, *verbum*, magis proprie dicitur de verbo vocis, quam de mentali conceptu: id quod tamen pugnat cum Augustino verbis supra citatis, cum Diuo Thoma eo loco, & cum comuni Theologorum sententia, quae dicit, *verbum esse analogum quoddam, & magis proprie dicitur de verbo mentis, quam de verbo oris, tamen si de utroque verbo proprie dicatur.* Est enim de numero eorum analogorum, quibus in mente respondet vnus conceptus formalis, & quae vnam habent definitionem, dicunturque proprie de suis

A analogatis, ut sunt, ens, accidens, sapientia, substantia, intellectus, & cetera attributa Deo & rebus creatis communia: nam haec ita sunt analoga, ut omnibus suis analogatis proprie conveniant. Dicendum itaque est, quemadmodum vocabula, *ens, substantia, sapientia, intellectus, & cetera*, quae Deo & creaturis sunt communia, esto primò in idiomate aliquo imposita fuerint intuitu significandi res creatas, quas impositores noscent, nihilominus significaverunt simul res increatas, easque proprie: èd quod ratio eis nominibus significata principaliter reperiretur in Deo, quam in rebus creatis. Non secus nomina, verbum, *leges, & quodcumque aliud alterius idiomatis*, licet forte ab impositore aliquo fuerint imposita intuitu significandi verbum oris eadem manifestum: proprie tamen significasse verbum mentis, in quo principaliter cernitur ratio verbi, quam in verbo oris: tamen utrumque significaverint simul ac proprie.

B Caietanus inferius quaest. 34. artic. 1. tribuit Durando, quasi is putaverit, *verbum*, non dici formaliter & proprie de verbo vocali, sed solum denominatione extrinseca à verbo mentis, quatenus illud significat: eo modo, quo medicina improprie, denominationeque extrinseca dicitur sana, à sanitate quam efficit in animali. At profectò nihil tale colligitur ex Durando, quin imò in eis, quae de verbo dicta sunt, cum Augustino, D. Thoma, & aliis Theologis convenit.

C Ex dictis hanc possumus colligere definitionem verbi proprie dicti, ut analogum quoddam est ad verbum mentis & oris. Verbum est quid locutione productum tamquam signum rem aliquam significans.

DISPUTATIO VII.

De verbo, dicente, ac dicere.

E xplicitis acceptionibus verbi, aliquid de verbo proprie dicto, tam oris, quam mentis, dicendum est, quantum tamen ad pleniorum intelligentiam mysterij sacrosanctae Trinitatis fuerit conducent. Ut verò à verbo oris tamquam nobis notiori incipiamus, hac ratione potest definiti. Est quid ore prolatum tamquam rei alicuius signum. Eiusmodi omnis aliquid significans. Quae, ut est quidam ore prolatum, dicitur *verbum proferentis*, proferens autem appellatur *loquens*, atque, *dicens tale verbum*, prolatio verò ipsa vocatur *generatio*, atque *productio verbi*: ut verò est signum rem aliquam significans, dicitur *verbum illius*. Quò fit, ut omne verbum duorum dicatur verbum vnus ut dicentis, proferentisque id verbum: alterius, ut rei per idem dictae atque significatae. Exempli gratia, cum profero vocem, *lapis*, ea vox dicitur verbum meum, id est, à me prolatum, & verbum lapidis eo verbo dicti, tamquam rei significatae.

F Circa formale significatum huius vocis, *verbum*, est non levis controversia. Bartholomaeus Torres ad hunc articulum disput. 2. affirmat, verbum esse de numero relatiuorum, quae appellantur secundum esse, diceréque de formali relationem realem ad dicentem, quae non sit aliud, quam processio passiva, relatióque effectus ad causam, ideoque alleuat verbum, & dicens esse relata secundum esse, verbumque formaliter esse ab aliquo, à quo dicatur, verbum, & dicens esse aliquid verbum dicens. Ultra relationem explicatam ait, includi in verbo aliam rationis ad rem ipso dictam ac significatam, quae non est alia, quam relatio significantis ad significatum. Pro hac sententia citat Diuum Thomam inferius quaest.

Verbi nomen non prius oris, quam mentis verbum significauit.

Durando defendit.

Verbi definitio.

Verbum est quid.

Verbum est aduersum verbum.

Bartholomaeus Torres contra.

quaest. 3. 4. artic. 1. ad 3. & artic. 3. ad 4. & Caietanum ibidem, atque Augustinum 7. de Trinitate cap. 2.

Sit tamen prima conclusio. Verbum creatum, siue oris sit, siue mentis, duo includit, Vnum est absolutum quid, adiunctam habens relationem significantis ad significatum. Eiusmodi absolutum prolatione ipsa, atque locutione producit & generatur, est que in verbo oris, non aliud, quam vox ipsa realis aliquid significans, & in verbo mentis similiter conceptus ipse realis rem conceptam significans. Alterum, quod includit, est, prolatio seu productio ipsa passiva, per quam a dicente dicitur, ac producit in rerum naturam. Vox namque aliquid significans, prolata seu producta ab aliquo eam dicente ac proferente, dicitur, *verbum oris eius*, à quo proferitur. Conceptus etiam significans rem, quæ per ipsum mente concipitur, vt prolatus productiue per intellectum eius, à quo mente dicitur ac proferitur, appellatur, *verbum mentis illius*. Quò fit, vt verbum mentis in hunc modum possit definiti. Est conceptus, imaginòve expressa alicuius obiecti mente prolata. Quia verò conceptus omnis imaginòque expressa id significat, cuius est imago, non additur in definitione, tamquam alicuius rei signum, vt additur in verbo oris: eò quòd non omnis vox, quæ ore proferitur, est alicuius signum.

Secunda conclusio. Prolatio, productio, dicere, atque generatio verbi creati (illa enim quatuor idem sunt, siue actiue, siue passiue sumantur) non significant relationem effectus ad causam, aut causam ad effectum, sed actionem aut passionem. Conclusio hæc est aduersus Bartholomæum Torres loco citato. Præterquam autem, quòd ex se est satis manifesta, probatur primò. Quoniam, vt ipse ibidem affirmat, eodem modo sese habent illa comparatione verbi, quo calefactio comparatione eius caloris, qui producit: est enim verbum terminus illorum quatuor, sicut calor calefactionem terminat: sed calefactio neque actiue, neque passiue sumpta significat relationem, sed actionem, aut passionem: ergo illis quatuor non quidem relatio, sed actio, vel passio significabitur. Secundo relatio effectus ad causam producentem consequitur aliquam actionem tamquam suam rationem fundandi, per eamque conproducit: sed non est alia actio, quam consequatur relatio effectus, quæ est inter verbum creatum & id à quo tale verbum producit, quam productio ipsa, & generatio verbi: ergo productio & generatio verbi creati non relatio, sed actio est. Tertiò, producere & generare verbum habet se sicut producere & generare filium in humanis, id quòd Torres ipse concedit: sed producere & generare filium in humanis, quantumvis ille repugnet, non est relatio causæ ad effectum aut effectus ad causam, vt ex se est notissimum, sed est vera actio attingens substantiam filij, quam relatio filij ad patrem atque effectus ad causam consequitur: ergo producere & generare verbum creatum non est relatio, sed actio.

Tertia conclusio. Quoniam in diuinis producere & produci, generare & generari, non est actio & passio (eò quòd in iis, quæ sunt formaliter in Deo, nihil fit, quòd habeat rationem causæ agentis, aut effectus respectu alterius) sed solum est inter personas diuinas habitudo vnus ad aliam, aut tamquam eius, à qua est alia, aut tamquam eius, quæ est ab alia, fit, vt producere & produci, dicere & dici, generare & generari, dicant relationem Patris ad Filium & Filij ad Patrem: ac proinde vt Verbum diuinum, quòd est sapientia genita, producta, & dicta à Patre, relatiue dicatur ad Patrem generantem, dicentem,

Molina in D. Thom.

A & producentem Verbum diuinum per intellectum suum. Eodemque modo Pater relatiue dicatur generans, dicens, & producens Filium, vt ex dicendis in sequentibus fiet magis perspicuum.

Ex dictis colligere licet, verbum creatum ratione absoluti quòd includit, nempe ratione vocis significantis, aut conceptus, dicere relationem ad rem dictam & significatam tali verbo. Primo autem de interpretatione ostendimus relationem illam, non solum ex parte vocis (in quo omnes consentiunt) sed etiam ex parte conceptus, esse relationem rationis. Simile quid cernitur suo modo in Verbo diuino: includit namque aliquid absolutum, sapientiam videlicet tribus personis communem, atque addit, esse genitum & productum à Patre: ac ratione illius absoluti dicit habitudinem rationis ad illud omne, quòd ea scientia scitur, & significatur: non verò eius ratione quòd supra sapientiam addit, vt D. Thomas inferius quaest. 3. 4. artic. 3. ad 1. Scotus in 1. dist. 27. quaest. 3. & plerique alij docent.

Ex dictis licet etiam colligere, verbum creatum comparatione dicentis non esse de numero eorum relatorum, quæ secundum esse, sed eorum, quæ secundum dici appellantur. Nam dicens formaliter non significat relationem, sed actionem, vt ostensum est: quia tamen dicens & verbum creatum, annexas habent relationes causæ & effectus, ratione earum reciproce dicuntur, suntque relata secundum dici. Verbum autem diuinum relatiuum est secundum esse comparatione dicentis: eò quòd dicere & dici, generare & generari, dicant de formali in diuinis relationes, non verò actiones aut passionem: tamen per modum actionum ac passionum significantur. Quando ergo D. Thomas & Augustinus in locis per Torrensem allegatis affirmant, Verbum & dicens esse relata secundum esse, loquuntur de Verbo diuino & dicente diuino, non verò de verbo & dicente creato.

Ex dictis colliges, illa tria, nempe dicens, dicere, & verbum: in creatis ita esse inter se affecta, vt, dicens, loquens, generans, producens verbum (hæc enim quatuor idem omnino sunt, vt dictum est) formaliter significant actionem, qua producit verbum connotando id, à quo prodit talis actio, tamquam à causa efficiente. Dicere verò, seu dictio, sonet illam ipsam actionem, per quam verbum producit. Eadem etiam actio vocatur locutio, generatio, & productio verbi. Verbum autè est terminus à dicente per huiusmodi actionem productus. Vnde eodem modo se habet ad dicere & ad dicens, quo calor productus se habet ad calefactionem, per quam producit, & ad calefaciens, vt superius dicebamus. Quo loco obserua, eum in verbo creato duplex reperitur respectus, vt dictum est: alter realis ad dicentem, qui non est alius, quam relatio effectus ad causam, annexa quidem verbo creato, non tamen ei essentialis: alter verò rationis ad rem, quam significat, ratione cuius dicitur etiam verbum rei significatæ, fit, vt quemadmodum qui rem aliquam dealbat, per quam actionem eam efficit albam, dicitur etiam similem eam alteri efficere propter similitudinem quæ ex albedine resultat: ita qui verbum aliquod dicit, per eandem actionem, per quam illud pronunciat, dicatur etiam ratione respectus, quo verbum prolatum eam rem exprimit, rem verbo significatam dicere.

In Deo autem, dicens, dicere, & Verbum, ita sunt affecta, vt dicens, & dicere formaliter dicant relationem per modum actionis, qua produciunt Verbum: quæ quidem est in Patre dicente per intellectum, & producente Filium, atque Verbum:

Prima conclusio. Verbum creatum, siue oris, siue mentis, quæ includit.

Verbum creatum definitur.

Secunda conclusio. Verbi creati productio non est relatio, sed actio, aut passio.

Tertia conclusio. Diuini verbi productio quid.

Verbi ad istam relationem est ratio.

Verbum creatum comparatione dicentis esse relatum secundum dici, seu de Verbo diuino & dicente.

Dicere verbum creatum quid sit.

Dicere verbum diuinum & dici quid.

Verbum verò completur per passivum dictionem, quæ relatio est realis in Filio, ac Verbo diuino, significata per modum passionis: eamdemque appellant generationem passivam. Et quia Verbum ratione absoluti, quod includit, habet relationem rationis ad creaturas, vt explicatū est, Pater æternus generando, & producendo Verbum per intellectum; non solum dicitur dicere Verbum ipsum, sed etiam creaturas in Verbo, & vniuersum quicquid Verbo cognoscit.

DISPUTATIO VIII.

Verbum in rebus creatis verbum mentis distinguitur ab actu intelligendi & an sint idem dicere & intelligere.

MEMBRUM I.

Argumenta partis affirmantis.

In rebus creatis verbum ab actu intelligendi minimè distingui, probant Scotus, Durandus, Aureolus & alij, quos Capreolus in 1. d. 27. quæst. 2. refert. Primò, quia hoc est discrimen inter actionem immanentem & transeuntem, quòd per hanc producit aliquid aliud, minimè verò per immanentem, quin potius ipsa est id vltimum, quòd producit: sed intellectio actus est immanens: ergo per intellectionem nihil producit ab ea distinctum, quòd verbum vocari possit, sed ipsamet est verbum. Minor & consequentia parent. Maior probatur, tum ex Aristotele 9. Metaphys. textu 16. expressè constituyente illud discrimen: id quòd etiam innuere visus est 1. Ethicorum cap. 1. tum etiam quia, quando per actionem aliquid producit, illud est nobilius ipsa actione, vt Aristoteles docet 1. Ethicorum cap. 1. in homine autem nihil est nobilius actione immanente intellectus & voluntatis: idè enim Philosophus 1. & 10. Ethicorum constituit felicitatem humanam, tam moralem, quam speculatiuam, in operatione intellectus & voluntatis, quòd præstantissima eorum omnium, quæ nobis insunt, & ad quæ cetera ordinantur, sint eiusmodi operationes, sit ergo, vt per actionem immanentem nihil aliud producat.

Secundò, per actionem sentiendi & volendi nihil aliud producit: ergo neque per actionem intelligendi, sed ipsa est verbum mentis.

Tertio, si intellectio foret actio, qua produceretur verbum, & verbum eam terminaret, sanè contradictio sequeretur, si quis intelligeret, & verbum non proferret: haud secus atque si agens aliquid calefaceret, & calorem non produceret: consequens autem est falsum, non solum quia Filius & Spiritus sanctus in diuinis intelligunt, & non producant Verbum (aliàs generarent filium sicut Pater, quòd est hæreticum) sed etiam, quia beati intuentes diuinam essentiam & Angeli cognoscentes propriam substantiam non producant verbum: ergo intelligere non est actio, qua producat verbum, sed ipsamet est verbum mentis.

Quartò, si per actum intelligendi produceretur verbum, intelligentia, & non memoria fecunda, produceret verbum, quòd est contra Augustinum multis in locis, in quibus nomine, intelligentia, mentem intelligit, vt iam actu intelligit: nomine verò, memoria fecunda, eundem intellectum, vt prius natura, quam intelligat, est in actu primo per speciem intelligibilem, aut aliquid, quòd concurrere possit ad actum intelligendi instar speciei intelligibilis.

Quintò, si Verbum esset species expressa obiecti producta per actum intelligendi & ab eo distincta, cum sit eiusdem speciei cum specie impressa, & eiusdem obiecti, sanè duo accidentia eiusdem speciei, & de eodem obiecto, essent simul in eodem subiecto, quòd est absurdum.

Sextò, expressa obiecti species non est necessaria ad intelligendum: ergo admittenda non est, vt sit verbum. Consequentia est manifesta: antecedens verò probatur, quia si esset necessaria, certè intellectus affectus iam specie impressa obiecti esset adhuc in potentia essentiali ad intelligendum, quòd est absurdum. Sequela probatur, quia tunc aliquid dicitur esse in potentia essentiali, quando non solum est in potentia ad operationem, sed etiam ad formam ei operationi necessariam.

Septimò, si intellectio esset actio, per quam produceretur terminus, fieri non posset, vt perciperetur intellectio, quin simul perciperetur terminus illius, sicut fieri nequit, vt intelligatur calefactio, quin simul intelligatur calor, qui per eam producat: sed nullum videtur esse absurdum, quòd percipiatur intellectio, nullo interim percipito termino per eam producto: ergo intellectio non est actio, per quam verbum tamquam terminus producat.

MEMBRUM II.

Quatuor de verbo sententia, & quæ earum vera sit.

Circa hanc disputationem videnda sunt, quæ diximus quæst. 12. articulo 2. disputat. 1. Prætermissa verò opinione Aureoli asserentis, verbum esse ipsam rem intellectam, quæ existit à parte rei, vt tamen apparet in anima. Quatuor sunt de verbo, & de ipsius distinctione ab actu intelligendi sententia celeberrime.

Prima est Durandi in 1. dist. 27. quæst. 2. asserentis, verbum non esse aliud, quàm actum intelligendi. Rationes verò, quibus id probat, sunt quædam ex iis, quas paulò ante fecimus. Addit verò, mente dicere, actionem nullam, qua verbum, producat significare, sed esse ipsummet verbum, & intelligere. Dicere namque mente non est aliud, vt vult Durandus, quàm mente loqui: hoc autem idem est ac habere in se verbum mentis, atque intelligere, quæ idem profus apud eundem autorem sunt.

Secunda sententia est Scoti in 1. dist. 27. quæst. 1. quæ sequens conclusio cõtinebit. Verbum re ipsa & ratione sua formali nõ est aliud, quàm intelligere: dicere verò est actio distincta ab intellectu, per quæ intellectio ipsa, ac verbum producit. Priorem partem conclusionis, in qua cõuenit cum Durando, probat, sicut Durandus, nonnullis rationibus ex his, quas in principio disputationis huius proposuimus.

Pro intelligentia verò posterioris sciendum est, apud Scotum (vt ex 1. sententiarum dist. 3. quæst. 6. in tribus quæstionibus, quæ ad finem huius quæstionis mouet, est manifestum) intelligere, sentire, velle, & id genus alia, non esse actiones propriè loquendo: non solum si actio sumatur pro illa, quæ procedit à contrario in contrarium, & quasi opponitur actioni perficienti, quo pacto Aristoteles 2. de anima affirmat, sentire, & intelligere non esse actiones: sed etiam si sumatur actio late, vt complectitur productionem cuiuscumque rei, atque omnem actionem, qua vel solum perficitur subiectum, vel aliquid amittit. Ait namque Scotus, sentire, intelligere, & velle, esse qualitates primæ speciei, non verò actiones propriè loquendo: appellari tamen actiones

actiones immanentes propter similitudinem, quam habent cum actionibus propriè dictis: id quod explicat in hunc modum.

Tres, inquit, sunt proprietates actionis propriè dictæ. Prima, ut quamdiu est, pendat ab agente, eo modo quo lumen, quamdiu durat, dependentiam habet à corpore lucido, à quo procedit. Secunda, ut sit tamquam in subiecto in re aliqua, in qua suscipiatur. Tertia, ut sit alicuius termini, qui per eam producat, & esse accipiat. Quoniam verò actibus sentiendi, intelligendi, & volendi non convenit tertia proprietates actionis propriè dictæ, non sunt actiones propriè loquendo: dicuntur verò actiones minùs propriè, propter convenientiam, quam cum actionibus propriè dictis in duabus prioribus proprietatibus habent.

Quòd si quis obiciat Scoto, eiusmodi actiones habere terminum: quippe cum per intellectiōem & volitionem producantur multi habitus, qui sanè termini sunt eiusmodi actionum: negat antecedens. Ad probationem verò respondet, habitus, qui per intellectiōes & volitiones producuntur, non cōparari ad intellectiōes & volitiones tamquam terminos ad actiones, per quas producantur, sed tamquā effectus ad causas, principiāve efficientia, à quibus emanant per distinctam actionem: eo modo quo calor, productus ab igne in aquam, comparatur ad calorem existentem in igne tamquam ad causam, principiumve efficiens instrumentale, à quo procedit per actionem calefactionis, quæ est eisdem cum calore in aquam inducto. Deinde probat id Scotus, quia nulla actio potest esse in rerum natura sine suo termino: eiusmodi autem intellectiōes & volitiones esse possunt, quin per eas habitus producantur: ergo non sunt actiones, quibus producit habitus, sed principia efficientia, à quibus per actionem mediam aliquando emanant. Maior inde est manifesta, quòd neque diuina potentia esse potest calefactio, quin per eam producat calor. Minor verò probatur, tum quia quando habitus est perfectè generatus, actus, etiam si intensus sit, nihil habitus producit: tum etiam quia, quando actus est valde remissus, & vel adest contrarius habitus, vel is, qui erat producendus, erat iam intensior in eodem subiecto, nullus habitus generatur.

Ex dictis infert Scotus, cum intelligere & verbum non sit actio propriè dicta: & tamen intellectus, dum intelligit, mutetur, quippe cum aliter se habeat, quam se haberet antequam intelligeret, condendam esse aliquam actionem propriam, per quam mutationem subeat, & per quam intelligere & verbum accipiat esse: hæc autem, inquit, non est alia, quam elicere, seu producere intellectiōem & verbum. Cuius verò dicere mente nihil aliud sit, quam elicere, & producere verbum, sit, inquit, ut dicere non sit intelligere, sed sit elicere intellectiōem, quæ actio distinguitur ab intellectiōe: siquidem est ipsa intellectiōis verbique productio.

Inter hæc dicta Scoti primum placet, dum asserit, de ratione actionis esse, ut per eam aliquid producat, Neque enim intelligere unquam potui, quo pacto aliquid sit actio, & nullius rei productæ sit actio, & quòd aliquid agat, & nihil actione sua producat, & agat. Quare id mihi penitus cum Scoto persuadeo, per omnem actionem semper produci aliquid, quo ipsa terminetur.

Illud deinde probatur, quòd affirmat, actus potentiarum ex quibus generantur habitus, non esse ipsos habituum partus & productiones, sed principia efficientia, à quibus habitus per actionem intermediam emanant. Moueatur autem primò propter argumentum Scoti paulò ante positum. Secundò,

Molina in D. Thom.

quoniam actio est idem re cum termino, ut statumus 3. Physicorum: actus autem, qui habitum generat, ab eo re ipsa distinguitur. Id quod vel inde patet, quòd assensus conclusionis, sicut etiam quicquid alius intelligendi actus, est idem re cum verbo, quòd producit, ut statim ostendimus: & tamen inter verbum & habitum constat esse reale discrimen. Accedit tertiò, quòd Deus se solo potest inducere habitum in quamcumque potentiam, quin ipsa operetur: sed tunc actio, qua produceretur habitus, esset idem re cum habitu: ergo quando per actum potentia producit habitus, actio, quæ est ipsius productio, non est ipsamet actus potentia, cum is distinguitur re ab habitu: sed est ipsamet habitus, ut emanans à tali actu tanquam à principio efficiente instrumentòque potentia. Reliqua, quæ in opinione Scoti continentur, statim examinabuntur.

Tertia sententia, quæ in duas alias, ut videbimus, diuiditur (quæ causa fuit, cur supra dixerim, quatuor esse sententias de verbo celebriores) hæc conclusione continetur. Verbum est conceptus atque imago expressa obiecti, producta per actum intelligendi, atque ab eo distincta: dicere verò non est aliud, quam intelligere, per quòd producit verbum ac imago expressa. Conclusio hæc est D. Thomæ hoc loco illis verbis quæ in calce disputationis primæ retulimus. Idè apertius docet de potentia Dei q. 8. art. 1. ubi ait: *Conceptio intellectus & verbum distinguitur ab actu intelligendi, quia conceptio consideratur ut terminus actionis, actus autem intelligendi ut actio, quæ ad conceptionem terminatur.* &c. Idem asserit pluribus aliis in locis, quæ refert Capreolus quaest. 2. citata art. 1. Eandem conclusionem complectuntur non solum sectatores omnes D. Thomæ, sed etiam plerique alij. Quòd si D. Thomas verbis citatis solum exprimit verbum distingui ab actu intelligendi tamquam terminum ab actione, per quam producit, virtute tamen simul asserit, dicere mente, non esse aliud, quam intelligere, per quòd producit verbum: omnes namque conveniunt, dicere mente, esse actionem per quam verbum generatur.

Perfpice ergo discrimen inter tres opiniones relatas. Durandus existimans actum intelligendi non terminari ad quippiam aliud, cuius sit productio, asserit, actum intelligendi esse verbum, non verò aliquid per actum intelligendi productum. Credens præterea actum intelligendi per nullam aliam actionem, sed seipso produci, consequenter asseruerat, dicere mente, neque ab actu intelligendi: neque à verbo distingui, sed hæc tria idem profus esse. Scotus verò sibi persuadens, intellectiōem non esse actionem, sed qualitatem, affirmat, sicut Durandus, intellectiōem esse verbum. Existimans tamen non posse produci per seipsam, eò quòd sit qualitas, sed per quamdam aliam actionem propriè dictam, quæ sit de genere actionis, aut quasi (ut ait) quæ vocat elicere intellectiōem, consequenter asserit, dicere mente, esse elicere intellectiōem, distinguere ab intellectiōe & verbo. At verò D. Thom. verissimè arbitratus, intellectiōem esse actionem per quam producit conceptus, seu imago expressa rei, quæ intelligitur, nosque intelligere per intellectiōem tamquam per actionem, per conceptum verò ac imaginem expressam tamquam per terminum productum, eo pacto quo paries fit albus per albificationem tamquam per actionem aut passionem, & per candorem tamquam per terminum productum per albificationem, consequenter affirmat, conceptum seu imaginem expressam esse verbum distinctum ab actu intelligendi, actum verò intelligendi esse dicere ac proferre ipsum

Verbum creatum est imago expressa obiecti per actum intelligendi producta, ab eo quæ distincta. Opinio D. Thomæ.

Discrimen inter opiniones relatas.

D. Thomæ sententia præfertur aliis hoc membro explicata.

verbum mentis. Ac sanè opinio hæc verissima & consonantissima est rationi, colligiturque satis ex iis, quæ diximus quæst. 12. art. 2. & ex impugnatione cæterarum opinionum.

Durandi opinio refertur.

Durandi opinio sufficienter impugnatur ea ratione, quæ colligitur ex dictis Scoti. Etenim vel actus intelligendi est actio, vel non. Si est actio: ergo per eam aliquis terminus producitur, neque alius, quàm verbum & imago expressa obiecti: quo fit, ut actus intelligendi non sit verbum, sed actio ad verbum terminata. Si non est actio: ergo est quid productum, aut comproductum per aliquam actionem: quicquid enim reale incipit esse, sanè vel productum est, vel comproductum: implicat verò contradictionem aliquid esse productum aut comproductum, & tamen per nullam actionem & productionem: quare cuiusmodi actio, per quam produceretur intellectio (quæ apud Durandum est verbum) erit generatio verbi, cuius oppositum Durandus asserit.

Scoti opinio conuelliatur.

Contra opinionem verò Scoti licet argumentari in hunc modum. Intelligere est vera actio: ergo per eam producitur aliquis terminus: non alius, quàm imago expressa ac verbum: ergo verbum non est intellectio, sed quid genitum per intellectiorem: intellectio verò est ipse verbi partus: quippe cū apud Scotum, reliquosque Doctores, elicere actionem, per quæ producitur verbum, sit dicere. Primum antecedens probatur ex Aristotele 9. Metaphysicæ ac alibi sæpe, ubi expressè affirmat, intelligere esse actionem immanentem, atque ex communi omnium consensu, qui non solum idē asserunt, verum etiam addunt, vocabulo, *intelligere*, vitalem actionem significari. Neque satisfacit responsio Scoti, nempe, *intelligere*, aut *velle*, appellari ab Aristotele & à cæteris Philosophis actiones immanentes, non quod veræ actiones sint, sed quod imitentur veras actiones in dependentia ab agente quoad conseruationem, & in receptione in aliquo subiecto. Non, inquam, satisfacit hæc responsio, quia similiter lumen, & passio, in ratione passionis, cæteraque accidentia, quæ, ut conseruentur, pendunt à suis causis efficientibus, dicentur actiones: quippe cū dug illæ affectiones illis sint cum actionibus propriè dictis communes: cū ergo nullus sanæ mentis concesserit, lumen, passionem, in ratione passionis, & cætera accidentia, quæ, ut conseruentur, pendunt à suis causis efficientibus, actiones esse, sit, ut intelligere & velle non illa ratione ab Aristotele, cæterisque Philosophis actiones dicantur, sed ea potius, quod sint veræ actiones de prædicamento actionis, per quas terminus aliquis producatur. Confirmari autem id potest ex 10. Ethic. 3. ubi Philosophus: *Neque enim, inquit, operationes virtutis sunt qualitates, neque felicitas ipsa (subintellige) est qualitas.*

Caietanus & Torres Scoti opinionem quo pacto referant.

Caiet. & Torres hoc loco aliter referunt opinionem Scoti. Inquiunt enim, illum constituere in intellectu duplicem actum secundum, vnum qui sit operatio, alterum, qui sit productio verbi: intelligereque apud Scotum, esse actum secundum, qui est operatio: dicere verò esse actum secundum, qui est productio verbi. Addunt præterea, Scoti affirmare, utrumque actum emanare immediatè ab intellectu in actu primo (hoc est, affecto specie intelligibili obiecti, aut obiecto ipso cum eo concurrente in ratione speciei intelligibilis) prius tamen emanare ab eo intelligere, quàm dicere, seu producere verbum. Hanc asserunt esse opinionem Scoti, quam impugnat Caiet. argumentando ad hominem, ex quodam alio dicto eiusdem Scoti in 2. dist. 1. quæst. 1. artic. 3. Si tamen Scotus legatur attentè, certè compe-

rietur, nihilominus asseruisse de verbo, *dicere*, atque *intelligere* creato, sed id solum quo nos paulò antè retulimus. Nempe, dicere esse elicere intellectiorem, esseque prius natura intellectiorem ipsa, eo pacto, quo cæteræ actiones veræ priores sunt suis terminis, ut ex iis, quæ in dist. 3. quæst. 6. in tribus quæstionibus, quæ eo loco excitat, est manifestum. Nam ferè in vltimis verbis illius quæstionis in responsione ad tertium docet, intelligere esse terminum huius, quod dico, elicere & producere intellectiorem, elicereque intellectiorem, esse veram actionem immanentem, per quam producitur intellectio: intelligere verò non esse actionem propriè, sed dici actionem æquiuocè, esseque terminum actionis propriè. Et dist. 27. quæst. 1. ubi explicat quid sit verbum creatum, remittit lectorem ad ea quæ dist. 3. quæst. 6. docuerat.

Verum tamen est, Scotum in 1. dist. 2. quæst. vltima §. *Obicitur contra istam deductionem*, constituere duos illos actus, quos refert hoc loco Caietanus, atque eo ordine, quo eos Caiet. eo refert: tamen non loquitur de intellectu creato, neque de productione verbi creati, sed de intellectu diuino, & de productione Verbi diuini. At enim, ab intellectu Patris in actu primo (id est, concurrente ipsomet Patre, illiusve essentia in ratione obiecti, atque speciei intelligibilis) emanare duplicem actum: vnum ab intellectu Patris, quæ est intellectus Dei, qui quidem actus est intelligere commune tribus personis diuinis, & est operatio, non tamè productio: quippe cū per eum nihil producatur, quod sit reipsa distinctum à Patre: alterum ab intellectu Patris, quatenus Patris est præcisè, qui est productio & generatio Verbi diuini distincti re à Patre, à quo producitur. Atque hunc actum ait, esse dicere Patris, quia est productio Verbi: priorem verò illum alium non esse dicere, quia per eum non generatur Verbum. Cū enim commune sit tribus personis diuinis, si esset dicere, per eumque Verbum produceretur, profectò tres personæ diuinæ dicerent ac producerent Verbum, quod nulla ratione est dicendum. Opinio itaque Scoti eo loco est, ab intellectu Patris in actu primo emanare immediatè duplicem actum. Vnum, qui est intelligere essentiale, cōmunèque Patri cum reliquis personis diuinis. Atque hunc actum non esse productionem, eo quod per eum nihil prodeat reipsa distinctum à producente, ut in sequentibus erit amplius manifestum. Alterum verò proficisci, qui est generatio & productio Verbi diuini, estque à solo intellectu Patris, ut Patris, & idcirco est proprius actus Patris: appellaturque, rē dicere, tum etiā intelligere notionaliter, quia præsupponit, & quodammodo includit intelligere essentiale, & addit habitudinem producētis per intellectum ad productum per intellectum, per quam completur ratio generationis actus, atque dicētis ad Verbum æternum dictum, ut in sequentibus erit manifestum. Quia verò essentia, quæ conueniunt Deo, ut Deus est, nostro intelligendi more præcedunt notionalia, quæ sunt propria personis diuinis, ait Scotus, ab intellectu Patris prius, nostro modo intelligendi, emanare intelligere essentiale, quàm dicere & producere Verbum diuinum. Opinio hæc Scoti, de huiusmodi duplici actu intellectus Patris, vera est ac amplectenda. Reuertamur tamen ad tertiam opinionem de verbo, quam solam veram esse iudicauimus, examinemusque duas opiniones, in quas dicebamus eam diuidi.

Sciendum itaque est, inter existimantes verbum esse conceptum, atque imaginem expressam productam per actum intelligendi tamquam per actionem,

Longè alia fuisse obiectum Scoti sententia.

Intelligere essentiale Patris & dicere in quo differant.

Verum esse conceptum re ipsa productam per actum intelligendi.

ab actu intel-
ligendi.
Opinio Ferrar-
iensis affirmans.

vt defendatur
a Torre.

Verbum di-
stingui for-
maliter tan-
quam ab actu
intelligendi,
quoniam sen-
satur.

Approbat
huius senten-
tia.

Discrimen a
Ferrariensi
exceptum
vitiatur.

Torres impu-
gnatur.

actionem, esse non parvam controuersiam, vtrum
verbum re distingatur ab actu intelligendi: an ve-
rò solum ratione formali. Ferrariensis i. cōtra gen-
tes, cap. 53. cenfer, distingui re. In eadem senten-
tiam inclinant Caietanus hoc loco, & Capreolus in
1. dist. 27. quaest. 2. Torres etiam hoc loco disput. 4.
par. 1. & 2. hanc putat probabiliorē sententiam, &
D. Thomae consonantiorē. Aliter tamen eam de-
fendit ac Ferrariensis. Ait namque, solutionem huius
quaestionis pendere ex solutione huius alterius,
vtrum actio sit in agente, an in patiente tamquam
in subiecto. Ac quod ad hanc posteriorem quaestio-
nem attinet, arbitratur, in productione cuiusque
effectus dari duplicem actionem. Vnam improprie
dictam, quae sit idem re cum effectu, ab eo tamen
distincta formaliter. Hanc dicit esse in patiente tam-
quam in subiecto, de hacque locutum Aristotelem
3. Physicorum, dum docuit, actionem & passionem
esse idem re, esseque in patiente tamquam in sub-
iecto. Huiusmodi namque actio est ipsemet effe-
ctus, vt ab agente. Alteram dari arbitratur proprie
dictam, quae sit idem re cum principio efficiente
quo agens agit: vt actionem proprie dictam, per
quam ignis calefacit aquam, dicit esse idem re cum
calore ignis, à quo emanat calor in aquam.

Quod ergo ad priorem quaestionem attinet, af-
firmat, actionem proprie dictam, per quam intel-
lectus intelligit, ac producit verbum, esse idem re cum
intellectu: distingui verò re à verbo: eò quod hu-
iusmodi actio non sit aliud quam intellectus, vt ab
eo emanat verbum. Actionem autem improprie di-
ctam per qua intellectus intelligit ac producit ver-
bum, putat esse idem re cum verbo, distinguique
ab eo formaliter, eò quod non sit aliud, quam ip-
summet verbum, vt emanans ab intellectu. Hanc
sententiam non aliter probat, quam adductis
quibusdam testimoniis D. Thomae, in quibus asse-
rere videtur, actionem esse idem re cum principio
efficiente, ac proinde distingui re à termino produ-
cto. Argumenta quoque Ferrariensis non refero,
quoniam facile ex dicendis soluentur.

Alij, de quorum numero sunt Victor & Sorus,
affirmant: omnem vniuersam actionem esse in pa-
tiente tamquam in subiecto, esseque idem re cum
termino, verum ab eodè distingui formaliter. Qua-
re cum intelligere sit actio, per quam producit
verbum, verbumque sit terminus intellectiois, af-
fuerant, intelligere & verbum esse idem re: distin-
gui verò inter se formaliter: quemadmodum cale-
factio & calor per eam productus, sunt idem re, &
formali discrimine differunt. Hæc sententia est no-
bis amplectenda, quam satis credo ostendimus 3.
Physicorum, dum de motu esset sermo.

Nec satisfacit, quod Ferrariensis loco citato ait,
disparem scilicet esse rationem de motu compara-
tione termini, & de intellectu cōparatione verbi
terminantis: eò quod, vt ait: *Motus sit actus imperfecti
atque existens in potentia, ideoque inconueniens non
est, quod idem re sit cum suo termino: intellectio verò sit
actus perfecti atque existens in actu, eaque de causa
necesse non sit, vt sit idem re cum suo termino.* Non, in-
quam, satisfacit discrimen hoc Ferrariensis. Etenim
illuminatio, ceterarumque alterationes, quae fiunt in
instanti, non distinguuntur re à suis terminis, esto
non habeant adiuncta rationem motus: quare quod
actio coniungatur, vel non coniungatur cum ratio-
ne motus, impertinet est, vt sit, aut non sit idem re
cum suo termino.

Illud etiam, quod Torres affirmat, duplicem sci-
licet esse actionem in productione cuiusque effe-

A ctus, alteram propriam, & alteram impropria, com-
mentitium est sanè, & absque vlla necessitate enti-
tates multiplicat, principiumque efficiens cum actio-
ne confundit. Etenim in igne, quando calefacit a-
quam, non datur aliquid præter principium efficiens,
à quo inducitur calor in aquam: neque actio ignis
est calor ignis, qui est principium efficiens. Sanè si
calor in igne existens esset actio, per quam calefa-
ceret aquam, antequam ab eo emanaret calor in
aquam, diceretur aquam calefacere, quod est aperte
falsum. Actio ergo ignis non est aliud, quam emana-
tio caloris ab igne in aquam, quæ sanè non est ali-
quid existens in igne, sed in aqua: aliàs quando crea-
tura de nouo creatur à Deo, emanatio ipsa esset
actio in Deo, ei de nouo adueniens, quod nullo mo-
do est concedendum.

Obicit aliquis aduersus hæc dicta, si quæ-
admodum per calefactionem producit calor, ita
per actum intelligendi produceretur verbum. Sanè
sicut producto calore cessat calefactio, sic producto
verbo in primo instanti vnius horæ, in qua tota rem
aliquam intelligimus, cessaret intellectio, ac proinde
in reliquo illius horæ spatio intelligeremus rem per
verbum sine intellectu, quod esse non potest: vt
enim contradictionem implicat calefacere sine ca-
lefactione, ita contradictionem inuoluit, intelligere
sine intellectu.

Ad hoc argumentum neganda est similitudo: li-
cèt enim calor & verbum in eo conueniant, quod
vtrumque est terminus actionis, per quam produ-
citur: differunt tamen in hoc, quod calor pendet
solum vt fiat, non verò, vt conseruetur ab actione
per quam producit, eaque de causa producto ca-
lore, cessanteque actione, manet calor productus:
at verò verbum habet non modò generationem,
sed conseruationem etiam ab intellectu: pen-
dentem, eo modo, quo lumen pendet ab illumina-
tione: eaque de causa producto verbo in primo
instanti horæ, in qua tota rem aliquam intelligimus,
non cessat actus intelligendi, quo generatur, imò
perseuerat, cessanteque actione, cessat definitque
esse verbum, non secus ac cessante illuminatione
desinit esse lumen.

MEMBRUM III.

Qua sit necessitas constituendi verbum.

E S Vperest examinanda præcipua difficultas huius
disputationis, nempe, quanam sit necessitas con-
stituendi verbum mentis præter actum intelligen-
di, & speciem intelligibilem. Caietanus hoc loco,
Capreolus in 1. dist. 27. quaest. 2. Ferrariensis primo
contra gentes, cap. 53. & lib. 4. cap. 13. Torres hoc
loco disputat. 5. & disput. 3. prope finem, & quidam
alij respondent. Necessitatem constituendi verbum
ac imaginem expressam esse, quia ad cognoscendum
necessaria est presentia obiecti, vel in se, vel in ali-
qua sui imagine & similitudine, vt obiectiue ter-
minet actum cognoscendi: quare cum intellectus
& phantasia indifferenter cognoscant res presentes
& absentes, existentes aut non existentes: sit, vt in
his potentiis concedenda sit species expressa, quæ
obiectiue, tamquam quid immediatè cognitum,
terminet notitiam, sitque ratio cognoscendi obie-
ctum, cuius est imago expressa: obiectum namque
ipsum, cum sapè nō sit presens, terminare non po-
test immediatè talem cognitionem: neque verò id
potest habere species impressa, cum solum concur-
rat efficienter ad cognitionem eliciendam. Vnde,

I i 4 inquit,

Actio tran-
sient non est
in agente, sed
in passo, vt
in subiecto.

Obicitio.

Solutur.

Verbum vt ab
intellectioe
pendeat.

Caiet. & quo-
rumdam alio-
rum opinio.

inquiunt, quia sensus externi solum percipiunt res presentes, non est necesse concedere in illis speciem expressam, quae obiectivè notitià terminet: eò quòd ipsamet obiecta sint satis, vt per se ipsa sint termini immediatè. Propter hanc eandem rationem Caietanus vult, Angelos, dum cognoscunt suam propriam substantiam, nò producere verbum: eò quòd substantiam habeant intellectui suo presentem sufficienter, vt obiectivè terminet cognitionem, quam de ea eliciunt. Addunt Caietanus & Ferrarientis, quando dicitur verbum mentis immediatè terminare cognitionem tamquam quid cognitum, quòd ratio sit cognoscendi obiectum, cuius est imago, non ita esse accipiendum, quasi verbum, vt qualitas quaedam est, cognoscatur, cognitumque eo modo sit ratio vterius cognoscendi obiectum: sed quia cognitum immediatè vt imago, sit ratio obiectiva cognoscendi obiectum per illum eundem actum, quò verbum ipsum, vt imago, cognoscitur: ex Aristotele namque in libro de Memoria & Reminiscencia, cap. 1. *Idem est motus in imaginem, & in id, cuius est imago.*

Sententiam hactenus explicatam, quatenus affirmat, in intellectu & phantasia constituendam esse speciem expressam, quae tamquam quid cognitum sit ratio obiectiva cognoscendi obiectum, cuius est species expressa, aut verbum, probat Torres. Primò, quoniam experientia compertum est, quando contemplamur rem aliquam, praesertim absentem, esse intus in anima obiectum eam representans, in quo tamquam in ipsius imagine eam intuemur.

Secundò, quia verbum mentis actu representat animae rem, cuius est verbum: sed nulla res potest aliquid nobis representare, quin priùs ipsa à nobis cognoscatur (voces namque nisi priùs sint auditae ac cognitae, nò possunt nobis representare id, quòd significant: imago item Caesaris nò priùs nobis Caesarem representat, quam à nobis conspiciatur) ergo quando anima aliquid intelligit per verbum, priùs intelligit ipsum verbum, & in eo, ac per illud rem cuius est verbum.

Tertiò, Aristoteles 2. de anima textu 60. affirmat, obiectum sensuum exteriorum esse extra: obiectum verò intellectus esse in anima: quod non alia ratione affirmat, nisi quia intellectus producit verbum, in quo tamquam in obiecto cognito percipit rem cuius est verbum: sensus autem non producit imaginem expressam, in qua intueatur obiectum, quòd est extra, sed immediatè percipit obiectum ipsum.

Contraria sententia, nempe verbum ac speciem expressam non ea ratione esse constituendam, vt obiectivè & tamquam quid cognitum concurrant ad cognitionem, est nobis prorsus asserenda. Ac sane quando non esset aliud argumentum, quam experientia ipsa, qua quisvis, dum intelligit, in seipso experitur, non intelligere se imaginem obiecti, & in imagine obiectum ipsum, sed immediatè solum obiectum, id planè deberet esse sufficientissimum, vt haec nobis sententia probaretur. Vt enim probè argumentatur Durandus, nuquam latet cognoscens se cognoscere rem, quam cognoscit: quare cum nullus, dum quoduis obiectum intelligit, experiat se cognoscere verbum eius obiecti, neque vt qualitatem, neque vt imaginem: dicendum proculdubio erit, non ea ratione verbum constitui, vt sit quid cognitum, in quo obiectum, cuius est imago, cognoscatur.

Secundò, quando Socrates conspicitur in speculo, ea ratione dicitur non videri in se, sed in alio, quia conspicitur in sua imagine, ac similitudine re-

cepta intra speculum: si ergo quicquid intellectus intelligit, id in specie expressa, similitudineque obiecti cognita intelligit, sequitur intellectum nullum obiectum intelligere in se, sed omnia in alio, nempe in verbo, quòd tamquam rem cognitam, attingit priùs intellectioe sua: non secus ac oculus, dum Socratem in speculo contueretur, attingit priùs imaginem Socratis tamquam rem cognitam, & per eam Socratem ipsum: affirmare autem intellectum nullum obiectum ad extra intelligere in se, pugnat cum communi modo loquendi, etiam ipsorum sectatorum D. Thomae. Quò sit, vt verbum mentis non sit quid cognitum, in quo tamquam in sua imagine intelligatur obiectum.

Tertiò, quando in sensu externo est notitia intuitiva obiecti, etiam in sensu interno, & in intellectu est notitia intuitiva, quae non minùs pendet à praesentia obiecti, cum intuitiva sit, quam pendeat notitia sensus externi: si ergo eiusmodi praesentia obiecti in causa est, cur sensus externus, quando cognoscit, non producat speciem expressam obiecti, etiam erit in causa cur sensus internus ac intellectus, quando cognoscit per illas notitias, non producant speciem expressam aut verbum: vel ergo dicturi sunt, intellectum per notitiam intuitivam non producere verbum, quòd non concedent, vel malè negant sensum externum, propter praesentiam obiecti, producere speciem expressam.

Quartò, substantia Angeli aequè, imò plus praesens est intellectui Angelico, ac obiectum sensus externi est praesens sentivi: aequè etiam ab intellectu Angelico cognoscitur notitia intuitiva, ac sensus externi cognoscunt sua obiecta similibus notitiis: ergo si propter praesentiam obiecti sensus externus non producit speciem expressam, neque etiam Angelus dum intelligit suam substantiam producat verbum. Malè ergo Torres, & quidam alij ex sectatoribus D. Thomae (Caietanum excipio) propter praesentiam obiecti negant sensum externum producere speciem expressam, & concedunt ab Angelo, dum suam substantiam intelligit, eam produci: cum vtrobique par cernatur ratio: aut ergo negent Angelum, dum suam substantiam cognoscit, producere verbum, aut confiteantur rationem illam, propter quam negant speciem expressam in sensu externo, nullius esse momenti.

Id quòd postumus confirmare efficaciter, quia Pater aeternus intelligendo se producit Verbum: cum ergo nullum obiectum possit esse magis coniunctum, ac praesens potentiae, quam Pater aeternus sit suo intellectui: fit, vt praesentia obiecti neque in Angelo, dum intelligit propriam substantiam, neque in sensu externo impediatur productionem speciei expressae aut verbi.

Quintò, quando dicitur, ob id sensum externum non producere speciem expressam, quòd obiectum, dum sentitur externo sensu, semper est praesens, eaque de causa per seipsum immediatè potest terminare cognitionem tamquam obiectum cognitum: quando, inquam, hoc dicitur, vel intelligis semper esse praesens, hoc est, nò distans à potentia, quasi actus cognoscendi immediatè, atque realiter attingat ipsum: & hoc constat esse falsum: eò quòd saepe conspiciatur obiectum quòd distat à sensu per leucam, vniuersimque obiectum positum supra sensum non faciat sensationem: vel intelligis, semper esse praesens, hoc est, semper existere intra spheram, vnde possit producere speciem proportionatam: atque tunc sanè eadem haec praesentia necessaria est, vt idè obiectum sensu interno, aut intellectu notitia intuitiva

Art. Torres
argumentatur.
Primò.

Secundò.

Tertiò.

Verbum non
ideo esse con-
stituendum,
vt tamquam
quid cognitum
ad cognitio-
nem concurrat.

intuitiva cognoscatur, neque talis praesentia necessaria est, vt terminet cognitionem, sed vt producat speciem, quae, vt conseruetur, pendet ab ipso obiecto. Quod si dicas, necessarium etiam esse vt terminet cognitionem: eo quod notitia intuitiva requirat obiectum existentem, ad quod terminetur: idem profus cernitur in notitia intuitiva sensus interni & intellectus: quare aut dicturus es sensum internum & intellectum per notitiam intuitivam non producere verbum, vel fateri debes illam non esse sufficientem rationem, vt sensus externus non producat speciem expressam. Adde, quod cum notitia abstractiva intellectus, aut sensus interni, non requirat praesentiam obiecti, vt requirit eam intuitiva: sane obiectum non praesens poterit immediatè eam obiectivè terminare tamquam quid cognitum, quippe cum notitiam terminari immediatè ad obiectum, non sit actionem attingere realiter rem cognitam, vt ostensum est (ad id enim necessarium esset, vt res cognita, & potentia cognoscens non distarent ab invicem secundum locum) sed idem sit, atque cognosci non mediante alio obiecto prius cognito.

Sextò, si anima in verbo tamquam in obiecto cognito cognosceret obiectum principale, prius esset verbum esse productum, quam anima in eo iam existente ac cognito tale obiectum intelligeret: consequens autem est falsum: quia anima intelligendo obiectum principale, producit verbum, neque est alia actio, per quam illud producat, quam ipsummet intelligere: ergo verbum non concurret ad intellectionem tamquam quid cognitum, sed solum tamquam terminus productus per intellectionem, quatenus intelligere non est aliud, quam intelligentem vitaliter exprimere in se imaginem obiecti, quod cognoscit.

Septimò, si verbum esset res cognita per intellectionem, à qua producitur, omnis intellectio esset cognitio reflexa respectu verbi: aut certè, si hoc non sequitur, saltem sequeretur, omnem intellectionem esse cognitionem intuitivam comparatione verbi immediatè cogniti: quippe cum sit rei praesentis, vt praesens est: vnde ulterius sequeretur, nos evidenter cognitione intuitiva cognoscere in nobis esse verbum earum rerum, quas cognoscimus, quod est apertè falsum, & contra experientiam. Dicendum igitur est, non ea ratione ponendum esse verbum, vt sit res cognita, in qua intelligatur obiectum. Alias etiam rationes confestim quaest. 12. art. 2. disp. 1.

Petes, quanam ergo ratione constituendum est verbum? Respondeo, ea ratione, quam reddidimus quaest. 12. artic. 2. nempe, quod quando cognitio est vera actio, & quid distinctum à cognoscente (quod dico, vt interim excludam cognitionem diuinam, de qua aliquid dictum est quaest. 12. artic. 2. diciturque inferius suo loco) vniuersim cognoscere non est aliud, quam potentiam cognoscentem exprimere & producere in se vitaliter imaginem rei cognoscendae. Quare in omni in vniuersum potentia cognoscente, etiam in sensu externo, admittenda est species expressa rei, quae cognoscitur, producta per actum cognoscendi, vt probant argumenta, quae paulò ante confestim. Quia ergo potentia cognoscentes indifferens est de se ad producendam cognitionem, exprimendamque imaginem huius aut illius obiecti, neque in se habet, vnde sola eam exprimere valeat, indiget, vt determinetur, ac adiuvetur per speciem, & similitudinem impressam obiecti, quae cum ea efficienter tamquam pars quaedam vnius integræ causæ concurrat ad vitaliter exprimendam in se imaginem aliam eiuſdem obiecti, per quam,

Species expressa rei in omni potentia cognoscente, etiam externa, cur ponenda.

A tamquam per terminum cognitionis, illud cognoscat, aut certè indiget immediato concursu secum eiuſdem obiecti ad modum concursus speciei impressae, cum tale obiectum est sufficienter praesens & proportionatum, vt quaest. 12. artic. 2. explicatum est. Atque hæc est necessitas constituendi in potentiis cognoscentibus speciem impressam ac expressam, quae inseruiant cognitioni. Species namque impressa inseruit, vt sit principium efficiens vna cum potentia cognitionem, eo quod potentia sola, propter rationem paulò ante redditam, ad id non sufficit. Species verò expressa inseruit, vt sit terminus cognitionis, quia cognoscere non est aliud, quam vim cognoscentem in se vitaliter rei cognoscendae imaginem exprimere.

Sed obiicit aliquis aduersus hæc tenus dicta: non solum intellectus, sed etiam alia potentia cognoscentes producant speciem expressam, dum aliquid cognoscunt: ergo verbum non solum est in intellectu, sed etiam in cæteris potentiis cognoscentibus. Neganda est consequentia: neque enim omnis species expressa est verbum, sed ea tantum quae est terminus locutionis: quare cum locutio propriè solum cernatur in intellectu & non in aliis potentiis cognoscentibus, sola species expressa intellectus dicitur propriè loquendo verbum, sicut solæ voces, quae mentis conceptus nunciant, oris verba propriè loquendo dicuntur: voces namque psittacorum & picarum non sunt verba propriè loquendo, sed solum imitantur verba nostra. Hoc etenim vno vel max. me (vt Cicero 1. de Oratore rectè ait) feris praestamus, quod colloquimur inter nos, exprimerèque dicendo sensa nostra possumus.

Supereſt respondeamus, tum ad tria illa argumenta, quibus Torres probare conatus est verbum concurrere ad cognitionem tamquam quid cognitum, rationemque obiectivam cognoscendi obiectum, tum etiam ad argumenta, quae in principio disputationis proposita sunt.

Ad primum ergo argumentum, quod Torres conficit, negandum est, nos id experiri. Experimur quidem, quando cogitamus patrem absentem, nos habere cognitionem membrorum ac effigiei illius: at quod in nobis similitudinem illorum membrorum, ac effigiei habeamus, quòdque in ea similitudine tamquam in obiecto cognito cognoscamus membra & effigiem patris, id non experimur, quia imò contrarium.

Ad secundum dicendum est, verbum mentis representare tamquam signum formale, non verò tamquam signum instrumentale: sola autem signa instrumentalia, vt dialectici aiunt, indigent vt cognoscantur, ad hoc vt representent, de quorum numero sunt illa, quae Torres in exemplum adducit. Quare neganda est minor, si vniuersim intelligatur.

Ad tertium dicendum est, Aristotelem eo loco, vt latius ibidem exposuimus, solum voluisse, quando habemus scientiam habitualem, obiectum intellectus esse in anima ratione phantasmatum, quae in ea remanent, à quibus potest elicere species intelligibiles, quando voluerit, eaque de causa potest intelligere in absentia obiecti externi: at obiecta sensuum externorum non sunt hoc modo in anima: quippe cum in absentia obiectorum nihil in anima remaneat, eaque de causa sensus externi nihil possunt sentire, cum absint obiecta externa.

Obiectio.

Dissoluitur. Non quæque species expressa est verbum.

Ad primum argumentum Torres.

Ad secundum.

Ad tertium.

MEMBRUM IV.

Argumenta initio questionis proposita
solvantur.

Ad primum. Primum argumentum initio disputationis propositum non minus pugnat contra Scotum, quam contra nos. Apud Scotum; namque elicere intellectionem ac verbum, est actio immanens: & tamen per eam producitur intelligere & verbum, ut ipsemet affirmat: quare confiteri tenetur, per aliquam actionem immanentem produci aliquid terminum. Ad argumentum ergo dicendum est, discrimen illud inter actionem immanentem & transeuntem, quod Aristoteles tradit 9. Metaph. & 1. Ethicorum innuit, non ita esse intelligendum, quasi per actionem immanentem nihil omnino producat: sed ita ut nihil producat, ad quod actio ipsa ordinatur tamquam ad finem. Itaque discrimen, quod illis in locis Aristoteles constituere intendit, est, quod per actionem transeuntem producitur aliquid aliud, ad quod actio ipsa ordinatur tamquam ad finem: per actionem vero immanentem nihil producit, ad quod actio ipsa dirigatur tamquam ad finem. Estque illud legitimum discrimen, maximèque adnotandum inter utramque actionem. Per calefactionem enim non solum producitur calor, sed etiam calefactio ipsa est in rerum natura, ut sit calor, & non è contrario, idè est calor, ut sit calefactio, per quam producitur: idè quæ cernitur in cæteris actionibus transeuntibus. Quia ergo in illis actio est propter terminum productum tamquam ob finem, & non è contrario, terminus est nobilior actione: eaque de causa in actionibus transeuntibus nunquam actio ipsa est ultimum tamquam finis, ad quem cætera ordinantur. In actionibus autem immanentibus, licet semper per eas aliquid producat, ut intellectionem verbum, per cognitionem sensus species expressa, in quam non quadrat propria verbi appellatio, per actus etiam voluntatis certus terminus, ut artic. 3. ostendimus (quod idem cæteris actionibus immanentibus conuenit) nihilominus res productæ ipsas productiones tamquam fines respiciunt, nec tamen sunt earum fines. Neque enim idè intelligimus, ut producat verbum, sed idè intelligendo producit verbum, quia sine eo non possumus intelligere. Quod fit, ut verbum ordinetur à natura ad intellectionem tamquam ad finem, & non è contrario. Habitus etiam, quos actus intelligendi, volendi, &c. tamquam principia efficientia pariunt, ad ipsosmet actus tamquam ad fines diriguntur: habitus namque à natura instituti sunt, ut promptius & melius exerceamus actus ipsos: nec tamen actus dantur, ut habitus sint. De his copiosius disseruimus 2. de Anima, cap. 4. Quia ergo actus immanentes intellectus & voluntatis præstantiores sunt cæteris omnibus rebus, quas producunt, rationemque finis habent comparatione harum, merito Aristoteles 1. & 10. Ethicorum felicitatem tam moralem quam speculatiuam, in illis constituit.

Ad secundum. Ad secundum negandum est antecedens: ostendimus namque actum sentiendi speciem expressam generare, similè modo aliquo terminum actionibus voluntatis respondere, artic. 3. patebit.

Ad tertium. Ad tertium concedenda est consequentia, si tam in antecedente, quam in consequente sermo sit de intelligere, quod sit vera actio, quale est omne intelligere creatum. Ad primam probationem, qua conse-

quentis falsitas probatur, dicendum est, Filium & Spiritum sanctum non intelligere intellectione quæ sit actio, quæque ab intelligente distinguatur, & idcirco non esse opus, ut producant Verbum: id quod in sequentibus clariùs exponetur. Quod verò attinet ad secundam probationem quæst. 1. art. 2. disput. 1. ostendimus, & beatos intuentes diuinam essentiam, & Angelos, cum propriam contemplantur substantiam, verbum proferre.

Ad quartum dicendum est, intelligentiam, id est, intellectum, per intellectionem producere verbum tamquam per actionem, quæ est ipsamet verbi productio: non verò tamquam per principium efficiens: Augustinum autem dicere, verbum produci à memoria tamquam à principio efficiente, à quo tum actio, qua generatur verbum, tum etiam verbum ipsum procedit.

Ad quintum negandum est, speciem impressam & expressam de eodem obiecto esse eiusdem speciei, ut in libris de Anima explicatum est. Impressa namque inducitur à solo obiecto, aut à notitia sensus inferioris in potentiam cognoscentem superiorem: expressa verò producit, tum à specie impressa, tum etiam à potentia longè nobiliori, in qua talis species impressa residet, ex cuius potentie influxu, & actione species expressa habet maiorem perfectionem essentialiam, quam habet species impressa, etiam utraque sit imago eiusdem obiecti.

Ad sextum negandum est antecedens. Ad probationem neganda est consequentia. Ad cuius confirmationem respondebis, tunc aliquid, iuxta eam formam loquendi quorundam autorum, esse in potentia essentiali, quando est in potentia, non solum ad operationem, sed etiam ad formam, à qua elicitur operatio tamquam à principio efficiente: non verò quando est in potentia ad formam, quæ operationem ipsam terminat, quo modo se habet species expressa ad verbum, si cum actu intelligendi conferatur.

Ad septimum dicendum est, intellectionem, quæ vera sit actio, non posse distincta perfectæque notitia cognosci, quin terminus ea genitus cognoscatur: posse tamen confusè intelligi sine cognitione termini. Cuius rei causa est, quia cum huiusmodi actiones non dirigantur ad terminos, quorum sunt productiones, tamquam ad fines, sicut actiones transeuntæ ad suos terminos ordinantur: neque item earum termini obiecta sint, circa quæ versantur, sicut termini actionum transeuntium obiecta suo modo sunt transeuntium actionum, sed earum obiecta solum sint res, quæ per eas cognoscuntur, quas proinde, ut 2. de Anima, cap. 4. ostensum est, essentialiter respiciunt: fit, ut intelligi confusa cognitione possint per comparationem ad res, quæ per eas percipiuntur, id est, per comparationem ad sua subiecta, nulla interim habita consideratione termini: quemadmodum etiam calefactio intelligitur per comparationem ad calorem, ad quem per se ordinatur tamquam ad obiectum. Cætera, quæ de verbo dici poterant, commodius disputabuntur quæst. 34.

ARTICVLVS II.

Vtrum processio aliqua in diuinis possit
dici generatio.

Examinet, an processio Verbi per intellectum, quam iuxta fidem Catholicam articulo præcedente in Deo confitentem esse ostendit, verène, ac proprie sit generatio, ac proinde verum Verbum diuinum verè,

verè, ac propriè sit Dei Filius, quærît quod propo- situm est.

Conclusio.

Generatio duplex.

Definitio generatio- nis propriè viuentium.

Principium cuius coniu- nctum quid.

Vitalis ope- ratio à quo principio e- manare de- bet.

An semen sit pars viuentis à quo de- ceditur.

Hanc statuit conclusionem. Processio Verbi diuini verè ac propriè dicitur generatio. Vt eam probet duo præmittit. Primum est, generationem substantialem duobus modis sumi. Vno, latè pro productione cuiuscumque rei corruptioni obnoxia, quo pacto sumpta non est aliud, quàm mutatio de non esse ad esse. Altero præse, in qua acceptione in solis viuentibus, nec tamen in omnibus, reperitur, & propriè natiuitas vocatur. Eam definit D. Thomas, conformiter ad Aristotelem 8. Ethicor. cap. 12. 7. Metaphyl. cap. 8. textu 28. in problematis sect. 4. problemate 14. in hunc modum: *Est processio viuentis à principio vite coniunctio, secundum rationem similitudinis, saltem in specie infima.* Consonat cum hac definitione illa Damasceni lib. 1. fidei orthodoxæ, cap. 8. *Generatio est ex substantia gignentis proferrî, quod gignitur, simile secundum substantiam.* Per particulam; *viuentis*, excluditur à ratione generationis hoc modo sumptæ, omnis processio, seu productio non viuentis: sequens conditio, *à principio vite*, reiecit processionem viuentis à non viuente, vt muris à sole.

Vt autem innotescat, quid significetur conditione illa, *coniunctio*, & quid per eam à ratione generationis, de qua loquimur, reiciendum sit, sciendum est D. Thomam, nomine principij vite coniuncti (vt 4. contra gentes, cap. 11. explicat) intelligere illud, quod non solum non distat à re, quæ producitur: sed etiam ita illi coniungitur, vt res producenda sit quodammodo interna, manensque in ipsomet producete, saltem in productionis principio: quo pacto nutrimentum, ex quo viuens nutriti, aut semen generari debet, intra arborem, aut animal includitur, quamdiu ipso nutritur, aut vim ac feminis rationem accipit, atque eo ipso, quod dicitur, aut formam induit feminalem, cum viuente vnitur, illique tamquam vera pars, vel certè partis instar, adhæret. Etenim ad rationem vitalium operationum, in quibus nutritio, & ea generatio, quam explicamus, numerantur (licet vt animalibus cum plantis sunt communes, sic gradum infimum inter vitales teneant functiones) non satis est, si à vite principio, vt à causa efficiente procedant: sic enim rerum creatio, confectioque artefactorum omnium, à principio vite oriuntur, nec tamè sunt vitales operationes: sed præterea necessarium est, vt à principio vite, sicut declarauimus, coniuncto emanent. Quod fit, vt omnis operatio vitalis, aut omnino, aut aliqua ex parte, maneat in ipso operatè. Quæ namque perfectum gradum operationum vitalium tenent, quales sunt cognitiones, & appetitiones, omnes in operante manent: quæ verò imperfectum, atque infimum gradum possident, manent aliquo modo in operante. Certè nutritio, quoad dispositionem alimenti, est actio in alimentum intra viuens ipsum receptum: licet nondum illi sit vnitum: quando verò requisitus est affectum dispositionibus, nutritioque per adgenerationem substantialem perficitur, vnitur alimentum viuenti, veraque pars illius rediditur: vnde fit, vt nutritio actio sit in ipso viuente manens. In generatione autem substantiali à principio quidem agit vis generatiua in alimentum intra viuens inclusum, atque per vim digestiuam defecatum, illique iam preparato vim ac rationem feminis imprimit, viuentique, aut veluti partem veram vel saltem ad modum partis coniungit. Quod dico, quoniam in magnam vocatur controuersiam, an semen, antequam à viuente decidatur, sit vera

A pars substantialis illius: an potius non sit, sed solum quasi gluten illi adhæreat. Et quidem in plantis negari non potest, semina verè nutriti & accrescere: atque adeo viuentia esse antequam vel arefiant, vel decidantur. Vtrum verò tunc sint viuentia distincta specie à planta, cuius sunt semina, ac proinde illi solum contigua: an verò sint eiusdem speciei cum illa, & tamquam partes eam componant, solumque dum moriuntur, propter diuersam complexionem, quam habent, formam induant specie diuersam ab ea, quam habet residuum plantæ, dum moritur, controuersia esse potest. De semine etiam animalis inuere videtur Aristoteles 8. Ethicorum, cap. 12. ac alibi, antequam decidatur, esse partem eius viuentis, à quo deciditur. Ait namque, *parentes diligere natos, vt aliquid sui, esseque ei, ex quo est ortum, proprium, id ex quo est ortum: eosque, qui ex parentibus sunt orti, esse quasi ipsosmet parentes, alios ab illis separatione, id est, decisione.* Idem innuit Damascenus in illa sua definitione generationis, dum inquit: *Generatio esse, ex substantia gignentis proferrî, quod gignitur, &c.* Nisi enim semen, antequam decideretur, vera pars esset substantie gignentis, non diceretur gignens eiusmodi generatione producere genitum de sua substantia. Sunt verò pro contraria sententia, nec pauci auctores, nec leuia argumenta, quæ commodius proponuntur tertia parte, dum de conceptione Filij Dei in utero Virginis erit sermo, qui locus hæc sibi vendicat disputationem. Itaque generatio viuentium à principio, dum semen conficitur, ex quo viuens generari debet, est interna, in ipsomet viuente modo explicato manens: cum verò iam deciditur, ab interiori ad exteriora progreditur, mediantique virtute intra causam generantem impressa, res à generante distincta producitur.

Per particulam ergo, *à principio vite coniuncto*, excluduntur à ratione generationis, de qua loquimur, emanationes Angelorum, cæterorumque viuentium à Deo, in quibus enumerantur, productio Adami de limo terræ, & productio Euxæ de costa Adami. Etenim licet emanationes illæ fuerint à principio vite, nempe à diuina potentia: non tamè fuerunt à principio vite coniuncto modo explicato. Adamus etiam solum passiuè concurret ad productionem Euxæ, cum de illius costa à solo Deo efficiente r producta est. Per particulam, *secundum rationem similitudinis saltem in specie infima*, excludit D. Thomas productiones pilorum, & capillorum, qui viuentia quædam sunt, carnî affixa, non secus atque herbe terræ adhærescunt: producuntur verò à vi digestiua ex alimenti superfluo. Reiecitur etiã acarus, qui concurrente calore natiuo, propter qualitatem ac dispositionem aliquam peregrinam videtur intra cutem generari: hæc enim omnia distincta sunt specie à viuente, à quo proficiuntur. Etiam potuissent reici, quia non procedunt à principio vite coniuncto, iuxta modum paulò ante explicatum.

Secundum, quod D. Thomas præmittit, sequenti propositione continebitur. In viuentibus quidem, quæ de potentia in actum vite educuntur, qualia sunt corpora, quæ viuunt, generatio includit vtramque rationem generationis: eò quod ea, & viuentia sunt, & corruptioni exposita. Verùm si deceditur viuens, quod ab alio procedat, nec tamen de potentia ad actum educatur, eius planè processio primam rationem generationis excludet: habere tamen secundam rationem rectè poterit, quæ solis conuenit viuentibus.

Hoc loco notarim primò, generationem latè sumptam,

Generatio cuius viuentibus propria non semper generatio nem non viuentibus communem includit.

Generatio an sit quid uniuocum.

sumptam, vt mutationem de non esse ad esse significat, esse quid uniuocum, si comparatur cum mutatione, quae procedit à non esse ad esse, fitque à principio vitae coniuncto secundum rationem similitudinis in eadem specie (quam sola sibi viuientia corruptioni obnoxia vendicant) & cum caeteris mutationibus, quae sunt via à non esse ad esse caeterarum rerum corruptibilium. Quò fit, vt eiusmodi viuientia, non duplicem, sed vnam tantum generationem sibi propriam efflagitent, in qua nimirum intrinsecè, & essentialiter prior generalis ratio generationis includatur, & addat esse viuientis à principio vitae coniuncto secundum rationem similitudinis in eadem specie.

Quae sit analogum.

Secundò notariū, rationem generationis, quae propria est viuentibus, communis tamen tam iis, quae corruptioni obnoxia sunt, quam incorruptibilibus, quamque D. Thomas hoc loco definiuit, processionem viuientis à principio vitae, &c. analogū quoddam esse ad processionem viuientis corporis, & ad processionem viuientis, quae non est mutatio, qualis est generatio Verbi diuini: praecipue verò quadrare in generationem Verbi diuini, & minùs praecipue in generationem eorum viuentium, quae corruptioni subiiciuntur: quemadmodum paternitas analogum quoddam est, ad paternitatem increatam & creatam: principalitèrque dicitur de paternitate Patris aeterni, à quo generatio Filij aeterna emanat, quam de alijs paternitatibus, iuxta illud Pauli ad Ephes. 3.

A quo omnis paternitas in caelo, & in terra nominatur. Quamuis verti poterat, à quo omnis familia (tamquam videlicet à communi principio, à quo originem ducit & existit, atque adeò à communi per adoptionem & creationem Patre) in caelo, & in terra nominatur. Interpres tamen, vt allusionem quamdam nominum, quae in Graeco his verbis πατὴρ τῶν πατέρων, & ἵς ἡ πρώτη ἀδελφία habetur, seruaret, maluit ita vertere. Ex illa tamen alia versione nostrum etiam institutum concluditur. Generatio ergo, quae in viuentibus corruptibilibus cernitur, vna tantum est: in ea tamen includitur duplex ratio generationis: scilicet nimirum, quae communis est substantiis omnibus, quae corrumpi possunt, & ea quam ita propriam viuentibus esse diximus, vt ad viuientia, quae ab omni sunt interitu segregata, se extendat. Cum eo tamen discrimine vtramque rationem includit, quòd prior generationis ratio includitur tamquam quid uniuocum in uniuocato sub se contento: posterior verò velut aliquid analogum in analogato suo.

Tertiò aduertim, generationem viuentibus propriam adhuc esse duplicem. Quaedam est communis viuentibus cognoscitiuis cum iis, quae cognitione carent. Hancque definitiōne videtur Damascenus. Saltem tam eius definitio, quam ea D. Thomae, quam ponit hoc loco, nisi aliquid addatur, etiā generationi plantarum ex alijs plantis conuenit. Alia verò est, quae propria est viuentium, quae praedita sunt cognitione ac amore, quo se inuicem possunt diligere. Atque haec est, quae propriissime appellatur natiuitas: generantque eiusmodi generatione dicitur pater: genitus verò dicitur Filius. Dicitur enim filius *Dei uir & filius*, id est, ab amore: ideoque solus iis viuentibus, quae cognoscere possunt, ratio, noménque filij conuenit. Vt ergo definitio D. Thomae generationis praesè sumpta sit, dicendum est: *Est processio viuientis cognitione praedita à principio vitae, &c.* Vt utraque ratio generationis proximè explicata, quemadmodum communis esse po-

Quae generatio dicatur proprie natiuitas.

test generationi Verbi diuini cum generatione aliorum viuentium, ita analogum quoddam est ad generationem Verbi diuini, & ad generationes creatas.

His ita constitutis, in hunc modum probat D. Thomas conclusionem propositam. *Processio à principio vitae coniuncto secundum rationem similitudinis in eadem natura saltem specifica, est generatio, imò & propriissima generatio, quae dicitur natiuitas: talis est processio Verbi diuini: ergo est propriissima generatio, & Verbum procedens est propriissime filius.* Maior ex dictis est manifesta. Minorem probat, ac in primis quòd sit à principio vitae coniuncto, quia *Verbum diuinum procedit per modum intelligibilis actionis, quae est operatio vitae, ac proinde est à principio vitae coniuncto.* Deinde verò, quòd procedat secundum rationem similitudinis, probat, quia *Verbum est similitudo rei intellectae: cum ergo Pater producat Verbum concipiendo seipsum, atque suam naturam, vtrique Verbum procedet vt imago & similitudo Patris producentis.* Quòd autem in eadem natura, non solum specie, sed etiam numero, probat, quia *in Deo (vt in superioribus est habitum) idem est intelligere & esse, atque adeò & essentia, quippe cum in Deo essentia, & esse sint idem.*

Hac vltima probatio, quae primo aspectu subobscura est, & multos torquet, vixque apud sectatores D. Thomae explanationem habet, quae omnino intellectum expleat, hoc modo facile illustratur. Verbum diuinum, cum sit sapientia genita, procedatque per intellectum, includit intelligere essentialè, tamquam absolutum, & addit esse genitum ac productum à Patre, vt ex dictis articulo praecedente facile intelligi potest, docetque apertè Augustinus 7. de Trinitate, cap. 2. deinde in absoluto conuenit cum Patre, in respectiuo verò, nempe in hoc, quòd est, esse productum, esse genitum, esse Filium, ab eo distinguitur: similitudòque inter Patrem & Filium est ratione respectiui: quae omnia loco citato docet Augustinus, patenterque apertè ex dictis articulo praecedente, dilucidioraque sient in sequentibus. *Quia ergo, inquit D. Thomas, intelligere essentialè & esse, atque adeò essentia, in Deo sunt idem: fit, vt Verbum, quoad absolutum, quòd includit, & ratione cuius habet quòd sit imago & similitudo Patris, procedat vt simile in eadem numero natura & essentia cum Patre.*

Quae dicta sunt de Verbi diuini generatione, his, quae sequuntur, sient clariora. Cum ex obiecto (concurrente videlicet per se, aut per suam speciem) & potentia generetur notitia, vt scribit D. Augustinus 9. de Trinitate, capite vltimo: sanè species obiecti, aut obiectum ipsum, quando sine specie immediatè concurrat ad productionem notitiae, habet se ad potentiam cognoscentem instar seminis intra vterum suscepti, quo potentia fecunda redditur ad notitiae productionem. Id quòd manifestum est, praesertim quando obiectum non per se, sed per suam speciem in potentiam inductam ad cognitionem concurrat. Vt enim vir in generatione semen infundit in vterum foeminae, quòd pro se substituit, eoque mediante foeminam fecundam reddit, vt concipiat, ac generetur proles, sequaturque partus: sic obiectum, quando non est praesens ac proportionatum, vt immediatè cum potentia cognoscente ad generandam sui notitiam insuat, communicat potentiae imaginem, qua representatur, veluti semen quoddam, quo potentia ad generandam & pariendam notitiam fecundatur. Hac ratione intellectus, suscepta specie intelligibili, aut praesente,

Conclusio confirmata.

Attentiōne hi diuini generationis esse placentiam.

MOL
IN
D.

presente, coniunctioque obiecto proportionato, vt cum ipso concurrat ad intelligendum, ab Augustino & aliis appellatur *memoria secunda*, ad concipiendam videlicet in se, generandamque notitiam, ac verbum obiecti. Imò notitia ipsa (etiam in nobis, in quibus est accidens, & non substantia eiusdem rationis nobiscum) appellari consuevit conceptus mentis, partisque intellectus. Hinc intelliges metaphoram illam, quam Pater aeternus Psal. 109. usurpat, dum intellectum, per quem Verbum aeternum Filium suum vnigenitum generat, vterum appellat dicens: *Ex viro ante luciferum*, id est, ex intellectu meo secundo ad tui productionem, presente concurrenteque essentia, ac substantia mea ad eandem productionem, *genus is*. Quia ergo productio Verbi in Deo per intellectum vera est generatio substantialis, qua Filius Patri consubstantialis, vt explicatum est, producit: quia item generatio illa imperfectio omnem excludit, quae in rerum creaturarum propriissima generatione spectatur, nempe transmutationem ac progressum illum ab imperfecto ad perfectum, dum prius homo, aliaque animalia concipiuntur, nutriuntur, ac fouentur in vtero donec ad certam perfectionem perducantur, posteaque sequitur partus, &c. Quia denique vni soli Patri omnia conueniunt, quae ad Filij perfectissimam generationem necessaria sunt, neque in eo, sicut in generatione animalium, inter patrem & matrem diuiduntur: (vnde iure optimo Mercurius ille Trimegistus de diuina verbi aeterni generatione locutus in haec verba erupit: *Intelligentia illa Deus, cum maris ac femina vim haberet, & vita & lumen esset, genuit Verbum, alteram scilicet mentem opificem, &c.* vt testatur Augustinus Eugubinus lib. 1. de perenni philosophia cap. 23.) Quia, inquam, haec omnia ita se habent, merito Verbum ipsum aeternum, ac sapientia genita de se ipsa Prouerborum 8. sic

Trimegisti
sententia.

loquitur: *Nondum erant abissi, & ego iam concepta eram, à Patre videlicet aeterno per intellectum.* Et quia conceptio illa semper perfectissima atque integra fuit, vt pote indiuisibilis ac tota simul, paucis interiectis addit: *Ante omnes colles ego parturiebar.* Quoniam verò partus ille intellectus paterni non fuit extra ipsum Patrem, eiusve intellectum (quem vterum sacra pagina vocant) vt in rebus creatis fieri natiuitas conuenit, Ioannes cap. 1. non solum dixit, *Verbum à Patre aeterno genitum, esse apud Deum, & Deum esse ipsum Verbum*, sed etiam addidit: *Vnigenitus, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.* Quo in loco intellectum paternum metaphoricè sinum (in quo Dei Filius Verbum aeternum permanet) appellauit: quemadmodum regius Propheta Psal. 109. translatione vteri eundem intellectum exposuerat.

Conclusio haecenus explicata est fidei documentum, vt constat ex testimoniis proximè citatis, & ex multis aliis articulo praecedente disputatione 2. & 3. adductis. In quibus, vel Deum genuisse Filium, vel habere Filium, Christumve esse Dei Filium, affirmatur. Solet etiam confirmari ex illo Isaia ultimo: *Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariam, dicit Dominus? Si ego, qui generationem caeteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Eoque testimonio vtitur Concilium prouinciale Hispalense secundum, canone 13. Verum, quia ex antecedentibus & sequentibus alium sentum habet locus ille, mentem contextumque Prophetae consonantiorum, de industria illum aduersus Iudaeos praetermissi articulo praecedente disputatione secunda. Eaderh conclusio definita est ferè in omnibus Conciliis articulo praecedente disputatione 3. citatis, & in tri-*

Molina in D. Thom.

A bus symbolis quibus Ecclesia vtitur.

Remanent aliqua dubia circa haecenus explicata. Primum, aduersus definitionem illam generationis viuientium: *Est processio viuientis à principio vite coniuncto, secundum rationem similitudinis in eadem natura saltem specifica.* Nam processio muli ex equo & asina est generatio, mulusque dicitur filius equi: ergo ad generationem, de qua est sermo, necessarium non est, vt, qui procedit, sit eiusdem speciei cum suo generante.

Dubium primum circa praedicta.

Postea aliquis negare antecedens, dicensque non esse illam propriissimam generationem, qualis est sola vniuoeca, de qua est hoc loco sermo, neque mulum esse propriissimè filium. Melius tamen, congruentiusque ad doctrinam Aristotelis 7. Metaph. textu 28. dicere possumus: Illam esse generationem, de qua est hoc loco sermo, mulumque propriissimè esse filium equi, tamen propter commixtionem, qua femina animalium specie differentium sese miscent, & mutuo impediunt, ita degenerat ab vtraque specie, vt nihilominus cum illis quam maximè, citra identitatem specificam, conueniat, vt eo loco Aristoteles ait, ex effigieque ipsa & affectionibus aliis muli est manifestum. Definitio ergo Diui Thomae intelligenda est, genitum procedere debere secundum rationem similitudinis in eadem specie, saltem quantum est ex intentione generantis, esto ex superueniente impedimento aliquando oriatur alia species: equus autem & asina intendebant vnumquodque producere sibi simile in specie: mutuo verò sese impediuntur feminibus, orta est tertia species.

Solutio.

Secundum est aduersus probationem, qua Diuus Thomas probauit, processionem Verbi diuini esse generationem. Si enim sit legitima, sequitur processionem quoque Spiritus sancti esse generationem, quod est haereticum. Consecutio probatur, quia est processio viuientis à principio vite coniuncto (procedit enim vitaliter per voluntatem) secundum rationem similitudinis in eadem natura, quippe cum Spiritus sanctus consubstantialis sit Patri & Filio. Haec tamen difficultas art. 4. cum Diuo Thoma erit discutienda.

Dubium 2.

Illud hoc loco animaduertendum est, cum processio Verbi diuini, qua processio Verbi diuini, sit generatio, vt ostensum est: generatio verò in diuinis terminetur ad Filium, qua Filius est vtrique Verbum diuinum, qua Verbum diuinum est, & Filius, qua Filius est, idem prorsus sunt. Vnde August. 7. de Trin. cap. 2. *Filius, inquit, eo Filius, quo Verbum, & eo Verbum, quo Filius.* Quia tamen in rebus creatis filius & verbum distinguuntur, nosque rationem Verbi diuini & Filij concepimus in Deo, non sicut est in se, sed per comparationem, atque ad similitudinem rationis filij & verbi creati: efficitur, vt de Verbo diuino atque Filio Dei distinctos conceptus efformemus, eo modo, quo sapientia & bonitas diuina diuersis in hac vita notitiis percipiuntur: eo quòd ea attributa concepimus ducti sapientia & bonitate creati, quae duo inter se distinguuntur.

Verbum diuini & Dei filium, cum de fructu conceptions.

In responsione ad tertium argumentum Diui Thomae nota, non idem esse, habere esse acceptum ab aliquo, & habere esse receptum, si intelligatur, in aliquo tanquam in subiecto: Filius quippe Dei habet totum suum esse acceptum à Patre per generationem: & tamen non habet illud receptum in aliquo tanquam in subiecto: Angelus etiam habet totam suam substantiam acceptam à Deo per creationem; nec tamen habet illam receptam in aliquo tanquam in subiecto.

ARTICVLVS III.

Utrum in diuinis sit alia processio a generatione uerbi.

DISPUTATIO I.

Conclusio D. Thomae.



CONCLUSIO est. Prater generationem Verbi datur in diuinis alia processio Spiritus sancti. Est de fide. Ioannis namque 15. asseritur, Spiritum sanctum procedere a Patre: cum ergo Spiritus sanctus sit alius a Filio, ut constat ex illo Ioa. 14. Rogabo Patrem, & alium paraclitum dabit uobis: consequens est, ut prater generationem Verbi eadem sit in Deo processio alia, qua procedat Spiritus sanctus. In simbolo Missae habetur, qui a Patre Filioque procedit: cum ergo generatio Verbi sit a solo Patre: efficitur, ut processio Spiritus sancti sit alia a generatione uerbi. In simbolo Athanasij habetur, Spiritus sanctus a Patre, & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Eandem ueritatem definiunt Concilium Constantinopolitanum 1. cap. 7. & fere reliqua Concilia, definitione quae Ecclesiae artic. 1. disputatione 3. citata.

Eandem conclusionem in hunc modum explicat, ac deducit D. Tho. Processio in diuinis attenditur secundum actionem immanentem: quae actio, in natura, quae intellectu pollet, est actio intellectus & uoluntatis: cum ergo processio Verbi attendatur secundum actionem intellectus: sit, ut quemadmodum in nobis datur quadam alia processio amoris per operationem uoluntatis, secundum quam res amata est in amantem: ita quoque in Deo, prater processionem Verbi per intellectum, danda sit alia per uoluntatem, quae sit processio amoris. Cui rationi si adiungas, in Deo nullum esse accidens: colliges in Deo, prater processionem substantialem Verbi, dari aliam processionem substantialem Spiritus sancti.

DISPUTATIO II.

Utrum in nobis per operationem uoluntatis aliquis terminus producat.

Durandus & quorundam aliorum sententia.

Primum, quae negat, tueritur quidam ex sectatoribus D. Thomae: in eademque est Durandus, qui, ut negat per actum intellectus produci aliquem terminum, ita etiam negat per actum uoluntatis produci aliquid, quod sit terminus uolitionis.

Scoti opinio.

Scotus uero, eum asserit uolitionem non esse actionem proprie dictam, sed qualitatem, produci tamen per actionem proprie dictam, quam uocat elicere uolitionem, ut art. 1. disp. ult. dictum est, consequenter dicit, per actionem uoluntatis improprie dictam, quae est uolitio, nihil produci: per actionem uero proprie dictam, quae est elicere uolitionem, produci aliquid, nempe uolitionem ipsam, quae sit terminus actus elicendi eandem uolitionem.

Refellitur.

Sententia haec Scoti eodem modo dissidet a sententia, quam subiucimus, quo sententia de Verbo, dicere, & actu intelligendi, quam art. 1. disp. ultim. ex Scoto tenuimus, dissidebat a sententia D. Thomae: eodemque modo est impugnanda. Quare non est quod in ea amplius immoremur.

Caiet. sententia.

Est ergo tertia sententia Caietani hoc loco, Capreoli in 1. d. 10. q. 1. Ferrariensis 4. contra gentes cap. 19. Bartholomaei Torres art. 1. huius quaestiois disputatione 5. dubio 5. asserentium, sicut per intellectionem producit uerbum, quod est ter-

A minus intellectionis, ita per actum uoluntatis produci in nobis qualitatem quandam, quae uolitionem terminat. Hac sententia nobis probatur, uideaturque ea D. Thomae hoc loco, & absque ulla dubitatione infra q. 37. art. 1. Quomodo autem intelligendus sit q. 4. de ueritate art. 2. ubi contrarium uidetur innuere, legito apud Doctores proxime citatos. De distinctione huiusmodi qualitatis ab actu, per quem producit, idem dicendum est, quod de distinctione uerbi ab actu intelligendi articulo 1. disput. ultima diximus.

Notant doctores citati, conformiter ad mentem D. Tho. q. 37. art. 1. hoc esse discrimen inter uerbum, quod producit per actum intelligendi, & qualitatem eam, quam per actum uoluntatis asserimus produci, quod uerbum esse imaginem expressam rei, quam intelligimus: qualitas autem illa non est imago rei, quam uolumus, sed propensio & inclinatio ad illam, producta per actum uoluntatis. Notant praeterea cum Diuo Thoma loco citato, quamuis habeamus distincta nomina, quibus significemus, & actum intellectus, & terminum illius (actum quippe appellamus intellectionem: terminum uero Verbum ac conceptum) non dari tamen uocem propriam, qua terminus uolitionis significetur, eo quod is terminus nos magis lateat, quam is, qui intellectione generatur: ideoque cogi ad eam rem Theologos, ut eodem nomine positum uolitionis terminum, quo uoluntatis actus exprimitur. Sicut enim actum appellamus, cum amorem, tum propensionem, ac inclinationem in rem uolitam: ita terminum appellamus amorem, propensionem, & inclinationem uoluntatis in rem uolitam. Quod sit, ut & amor, & propensio, ac inclinatio uoluntatis in rem uolitam, aequiuocum sit ad uolitionem, & ad terminum per eam productum.

Petes, quamquam sit necessitas constituendi qualitatem explicatam, ad quam uolitiones terminantur? Doctores citati, qui ea ratione uerbum constituendum esse censebant, ut in eo tamquam in obiecto cognito principale obiectum agnosceretur, uix assignant rationem, ob quam eiusmodi terminus constitui debeat. Fatetur namque non concurrere tamquam obiectum, sed solum tamquam terminum. At cum per actus sensuum exteriorum negent produci terminum, nescio cum quanta probabilitatis specie asserere possint, produci per uolitionem: neque enim ulla uidetur esse maior ratio de actu uoluntatis, quam de actibus sensuum exteriorum.

Dicendum itaque rationem, cur admittatur, eam esse, quia implicat contradictionem esse actionem, quin producat aliquem terminum, ut cum Scoto art. 1. disputatione ultima dicebamus: quare eum uolitio sit actio & non qualitas (alioquin produceretur per aliam actionem, ut ibidem argumentabamur) sane dicendum est, per eam aliquem terminum produci: & cum nullus alius fingi possit, quam res de praedicamento qualitatis, dicendum erit illum esse qualitatem explicatam.

In hac sententia partim conuenimus cum Scoto, & partim ab eo dissidemus. Conuenimus quidem, quatenus Scoto concedit, quando aliquid uolumus, produci in uoluntate qualitatem quandam, darique distinctam aliam actionem uoluntatis, per quam producat, & cuius ea qualitas sit terminus. Dissidemus uero, quia ipse existimat, uolitionis nomen significare qualitatem illam, & non actionem per quam ea producat, sed actionem esse ipsam elicere uolitionem: nos uero dicimus, actionem, per quam producat, qualitas, esse uolitionem ipsam: qualitatem uero productam, esse terminum uolitionis.

DISPV.

Per alium uoluntatis producit terminum.

Qualitas, quae actum uoluntatis terminat, est imago, sed propensio in obiectum.

Necessitas potest uolitionis terminum.

Legitima ratio.

MOL
IN
ID

lurum, nempe rationem sapientiae communem tribus personis, & cum ea essentiam, ac attributa cetera, nostroque intelligendi more cum fundamento in re, addit esse genitum dictum, & productum à Patre, quod est relatio realis ad Patrem: ita Spiritum sanctum includere quid absolutum, nempe amorem essentialem, & cum eo essentiam, ac reliqua attributa, nostroque similiter intelligendi more cum fundamento in re, addere esse spiratum, ac productum à Patre & Filio per voluntatem, quod est relatio realis spirationis passivae ad Patrem & Filium sub ratione unius spiratoris activi.

Secundum est. Cum Filius in divinis procedat per intellectum, sitque sapientia genita, & ideo circa vi suae productionis includat rationem sapientiae communem tribus personis, hoc est, intelligere essentiale, quod secundum suam rationem formalem est velut imago vitalis essentiae divinae, ut explicatur, est, addaturque esse genitum seu productum à Patre per intellectum, à ratione quidem sapientiae, quam includit, habet, ut sit similis Patri quoad substantiam & essentiam Patris quae est obiectum primarium à Patre per suum intellectum cognitum: à relatione vero habet, non quod similis sit Patri, quia ut D. Thomas q. 35. art. 2. affirmat, secundum relationes non attenditur similitudo in divinis, sed quod sit quid realiter distinctum ac productum à Patre. Quod fit, ut à relatione habeat completivè, ut sit Verbum, hoc est, imago vitalis à Patre per intellectum producta, ab eoque distincta, in quo posita est ratio Verbi. Filium autem Dei esse hoc modo Verbum Patris, docuit Ioannes dicens: *In principio erat Verbum, &c.* Per consequens fit, ut ab eadem relatione completivè similiter habeat, ut sit imago Patris, ab eo proinde distincta, & figura substantiae eius, hoc est, Patri similis quoad suam substantiam. Atque id est, quod docuit Paulus ad Hebraeos 1. dicens: *Locutus est nobis in Filio, qui cum sit splendor gloria, & figura substantiae eius, &c.* Et ad Colossenses 1. dicens: *Qui est imago Dei invisibilis.* Et quod docuit Sapiens Sapientiae 7. eius verbis: *Candor est lucis aeternae, & speculum sine macula Dei inaequalis, & imago bonitatis illius.* Spiritus sanctus vero, quia procedit per voluntatem, estque amor spiratus ac productus, vi suae productionis includit rationem amoris essentialis, qui secundum suam propriam rationem formalem, non est velut imago vitalis essentiae, sed tamquam inclinatio ac tendentia vitalis in essentiam, ut in rem amantem: eaque ratione de Spiritu sancto, nec dicitur quod sit Verbum, nec quod sit imago Patris & Filij, sed quod sit amor, nexusque virtutis; ab utroque productus.

Tertium est. Patrem aeternum in eo sensu intelligendo producere Filium seu Verbum, quasi intelligere absolutum sit ipsamet productio Filij ac Verbi: sicut in nobis intelligere est actio, qua Verbum generatur. Etenim in nobis species expressa producta per actum intelligendi est verbum: habet verò ut sit verbum, quia producta & dicta passivè per intellectum: esse autem dictam & productam passivè non est aliud, quam ipsummet intelligere, ut passivo est. Idem verò intelligere sumptum activè, est actio per quam verbum activè producitur. In Deo autem ipsummet intelligere essentialia, seu sapientia communis tribus personis (qua, ut questione sequenti demonstrabimus, includit essentiam & cetera attributa) per relationem producti per intellectum, per quam Filius constituitur in esse Filij & geniti, completur in esse Filij ac Verbi: sapientia namque genita ac producta est, quae habet rationem Filij ac Verbi in divinis. Quare licet Pater, intelli-

gendo seipsum, suamve essentiam, producat Filium ac Verbum, ipsum tamen intelligere, quod & à Patre communicatur Filio, dum ipsum generat, & manet in ipsomet Patre, & non est productio activa filij: sed productio activa Filij est, Patrem intelligendo dicere Verbum. Eiusmodi autem dicere Patris per suum intellectum, licet praesupponat intelligere Patris essentialia, in eoque quasi fundetur illudque quodammodo includat, non est tamen ipsum intelligere: sed est relatio dicentis ac producentis per intellectum existens in Patre, ad rem per intellectum dictam & productam. Dicere itaque Patris praesupponit & quodammodo includit intelligere essentialia, & completur per relationem producentis, sic intelligendo, quae respicit productum. Eiusmodi verò relatio per modum actionis significata, praesupponitque intelligere essentialia, imò illud in se ratione in obliquo dicens, est productio activa, quae Pater dicitur intelligendo producere ac generare Verbum. Relatio autem opposita dicti ac producti per intellectum, quae est in Filio, est productio passiva Filij ac Verbi, per quae Filius in esse Filij & Verbi nostro intelligendi more constituitur. Productio ergo activa Patris & passiva Filij non sunt aliud, quam relatio & habitudo eius, à quo alius per intellectum, & eius, qui ab alio per intellectum, quae intelligere essentialia praesupponit, ut emanat ab essentia, seu à Deo, quae Deus est, prius quam nostro intelligendi more in eo persona intelligatur. Etenim licet essentia divina suapte natura, ex suaque fecunditate personam si personam Patris, Patrisque, & non essentia, sit, qui per intellectum producit ac generat: nihilominus, ut id dilucidius intelligatur, meditanda est essentia divina tanquam radix relationum, proprietatibus omnium personarum, virtute in se eas continens. Ea verò in illo priori, per intellectum seipsum intelligente, quasi resulat à parte essentiae relatio eius, à quo alius per intellectum, ex qua & essentia (quae intelligere ipsum, ceteraque omnia attributa includit) constituitur Pater, qui eo ipso, & est id, quod eadem essentia, ut sua, nec non intellectum tamquam principium intelligit, ut quod, se ipsum, suamque substantiam, & reliquas personas, nostro intelligendi modo virtute adhuc contentas in se, suaque essentia, & est id quod producit, ut quod, Filium: sua verò essentia & intellectum producit illum tamquam principium quoque. Etenim id, quod per intellectum producit, & cui intelligere seu sapientia, & cum ea & in ea, essentia, ceteraque attributa intelligendo communicantur, non ab essentia, sed à Patre realiter distinguitur, ad quem solum habet oppositionem relationis: & ideo, non ab essentia, sed à Patre per essentiam & intellectum tamquam principium producitur: inter productum namque, & productum realiter distinctio esse debet. Rursum eadem essentia seu Deo, quae Deus est, intelligente se ipsum, sicut à parte essentiae quasi resulare intelligitur relatio eius, à quo alius per intellectum, ex qua & essentia nostro intelligendi more constituitur suppositum Patris, quod intelligendo communicat Filio ipsum suum intelligere, ac sapientiam, & cum ea essentia & cetera attributa: ita à parte intelligere, sapientiaeve essentialis ac essentiae, quae ita communicatur, Patris in fluxu, activaeque productione Verbi, resulare intelligitur relatio eius, qui ab alio per intellectum, ex qua, & ex intelligere, seu sapientia essentiali, ac essentia ita communicatis, constituitur Filius, qui est id quod producit à Patre, & quod coparatione Patris habet oppositionem relationis, non verò intelligere, essentia, & alia attributa, quae per generationem illi communicantur. Atque in hunc modum Filius, seu Verbum, procedit à Patre per intellectum.

Filius unde assimilatur Patri & ab eo vnde distinguitur.

Spiritus sanctus cur nec verbum, nec imago sed amor & nexus Patris Filijque dicitur.

Intelligere Patris non est productio verbi, sed relatio dicentis qua intelligere praesupponit.

Dicere Patris aeterni quid.

Productio activa in re, & passiva in se, quae quid sit.

Essentia divina in se sit radix relationum.

Causa

Inter essen-
tiam & rela-
tionem nul-
la est realis
distinctio sed
virtualis.

Cautè vñs sum verbo, quasi resultat, dum bis paulò antea dixi, *essentia seu Deo, qua Deus est, in illo priori per intellectum se ipsum intelligente quasi resultare à parte essentie relationem eius, à quo alius per intellectum ex qua & essentia constituitur Pater*: quoniam ibi nulla est productio, neque processio, qua paternitas, relatione eius, à quo alius per intellectum procedat, aut producatur ab essentia, neque resultantia propriè: hæc enim omnia distinctionem exigunt inter producens & productum, inter procedentem, & id à quo procedit, & inter resultantem propriè & id à quo resultat: quæ tamen distinctio nulla ratione esse potest inter essentiam & paternitatem, inter quæ solum est virtualis distinctio, coniuncta cum omnimoda eandem identitate ex natura rei. Nihilominus quia essentia virtute continet in se personas diuinas, proprietatè, ac relationes, quibus personæ constituuntur, & ab inuicem distinguuntur, ex fecunditateque per intellectum & voluntatem, ac infinita & illimitata illius perfectione prouenit, quòd in Deo sit gloriosissima Trinitas personarum: inde est, quòd, nostro intelligendi modo cum fundamento in re, ab essentia, ad se ipsam respiciente seque ipsam intelligente, quasi resultare intelligatur paternitas in ipsa essentia, vñ cum essentia constituens suppositum relatiuum Patris, quod per eandem essentiam & intellectum, eo ipso illi propria à nulloque alio sibi comunicata, se ipsum suamque essentiam intendo, modo explicato producit Verbum æternum Filium suum vnigenitum. Exempla huius quasi resultantia paternitatis ab essentia se ipsam intente habemus in essentialibus, inter quæ nulla similiter est productio, neque processio vnus ab alio, eò quòd similiter nulla sit inter ea distinctio ex natura rei, nisi tantum virtute. Nostro namque modo intelligendi cum fundamento in re, concipimus intellectum diuinum & voluntatem quasi resultare ex essentia, & non è contrario: & velle in diuinis quasi subsequi ex natura rei intelligere, illudque præsupponere, & ab eo quasi emanare, & non è contrario: eaque de causa dicimus, generationem Filij ex natura rei antecedere spirationem Spiritus sancti, dicimus etiam Deum, quia Deum, esse intelligentem & volentem, & non è contrario, quia volentem & intelligentem, esse Deum: dicimus præterea, Deum, quia intelligentem, esse volentem, & non è contrario, quia volentem, esse intelligentem: item dicimus, Patrem essentiam, tanquam principio quo remotiori, & intellectu, tanquam principio proximo, generare Filium, & non è contrario: similiæque alia ex eadem radice affirmamus. Non secus autem ac modo prædicto concedimus quasi emanationem vnus ex alio in essentialibus absque vlla productione aut processione: concedimus etiam ac affirmamus, paternitatem quasi resultare in essentia, constituereque cum ea suppositum Patris, dum essentia, quæ personis præintelligitur, proprietatèque earum virtute in se continet, se ipsam intuetur ac intelligit. Hæc de processione filij à Patre per intellectum.

Quod verò ad processionem Spiritus sancti attinet, simili modo, licet Pater & Filius diligendo producant per voluntatem Spiritum sanctum, diligere tamen absolutum, & essentialè non est productio actiua Spiritus sancti, sed spirare est producere Spiritum sanctum. Spirare autem Patris & Filij, licet præsupponat dilectionem essentialè virtutè, & in ea quasi fundetur, imò illam quodammodo includat, non est tamen diligere, sed est diligendo producere: quòd fit, vt compleatur per relationem producentis diligendo ad rem eo modo productam. Ea autem relatio per modum actionis significata, in Patre & Filio existens, est quæ dicitur productio actiua Spiritus sancti, & ab ea Pater & Filius dicuntur formaliter Spiritum sanctum producere, vt de relatione Patris ad Filium dictum est: Opposita autem relatio producti, iuxta modum explicatum, ad Patrem & Filium in ratione vnus producentis, est productio passiva Spiritus sancti, per quam ipsius ratio absoluitur. Neque verò apud D. Thomam inuenies, processiones diuinas esse actiones, aut operationes immanentes, quæ sunt intelligere & velle: sed esse secundum operationes aut actiones immanentes, aut accipi secundum actiones immanentes, quæ sunt intelligere & velle, vt patet in hoc articulo, & in artic. 5. ac sæpe aliàs.

Præterea, quia diligere essentialè, nostro intelligendi more cum fundamento in re, præsupponit intelligere: eò quòd neque in nobis, neque in Deo, aliquid sit volitum, quin præcognoscatur. Paterque æternus prius, nostro intelligendi more cum fundamento in re, quam diligit, intelligendo se ipsum, suamque essentiam, generat Filium, eique essentialia omnia communicat: inde est, vt Filius ante volitionem Patris sit vnus principium cum eo, producens diligendo Spiritum sanctum. Vt ergo paulò antè dicebamus, intente essentia diuina, ac intelligente se ipsam, antequàm in ea intelligatur proprietates personales, quasi resultare à parte essentie relationem dicentis, producentisve per intellectum ad productum, ex qua & essentia constituitur Pater in esse Patris producentis, ac communicantis Filio suam sapientiam, & in ea cætera attributa quæ includit: similiter dicendum est nunc, Patre & Filio se mutuo, suamque essentiam diligentibus, quasi resultare in ipsis relationem producentis per voluntatem suamque amorem, atque in eo attributa omnia diligendo communicantis, ad Spiritum sanctum productum, cui amor & reliqua omnia continentur: per relationem autem actiue spirantis ac producentis diligendo, constituitur Patrem & Filium in ratione vnus actiue spirantis: per relationem verò spiranti passiuè (licet ita loqui) constituitur Spiritum sanctum in esse Spiritus sancti, qui tertia est persona sanctissima Trinitatis.

Ex his omnib. patet, quando dicimus Filium esse sapientiam genitam, aut Spiritum sanctum esse amorem spiranti, ac productum, nos non ita intelligere, quasi sapientia absoluta communis trib. personis sit genita in filio, aut quasi amor absolutus eisdem communis sit spiranti, & productus in Spiritu sancto. Nam sicut essentia diuina non generatur aut spiratur, vt est de fide, videbimusque inferius, sed per generationem comunicatur filio, & per spirationem Spiritui sancto: ita quoque sapientia absoluta nõ generatur, sed comunicatur filio per generationem, & amor absolutus nõ spiratur, neque producitur, sed Spiritui sancto per spirationem comunicatur. Esse itaque genitum & productum per intellectum, eo nuncit supposito Filij, & nõ Deitati, aut attributis, quæ Filio comunicantur per generationem; in eòque, quòd genitus sit per intellectum, ratio filiationis consistit: quare additum nostro intelligendi more deitati, nostro quoque more intelligendi cõplet rationem filij, in esse filij, & in esse Verbi; eaque ratione Filius dicitur Deus genitus de Deo generate. Quia verò producitur à Patre intelligendo, vi suæ productionis speciali quodam modo comunicatam habet sapientiam cõmunem tribus personis, & cum ea essentiam cæterasque perfectiones, quæ in essentia includuntur; eaque de causa vi suæ productionis

A tionem producentis diligendo ad rem eo modo productam. Ea autem relatio per modum actionis significata, in Patre & Filio existens, est quæ dicitur productio actiua Spiritus sancti, & ab ea Pater & Filius dicuntur formaliter Spiritum sanctum producere, vt de relatione Patris ad Filium dictum est: Opposita autem relatio producti, iuxta modum explicatum, ad Patrem & Filium in ratione vnus producentis, est productio passiva Spiritus sancti, per quam ipsius ratio absoluitur. Neque verò apud D. Thomam inuenies, processiones diuinas esse actiones, aut operationes immanentes, quæ sunt intelligere & velle: sed esse secundum operationes aut actiones immanentes, aut accipi secundum actiones immanentes, quæ sunt intelligere & velle, vt patet in hoc articulo, & in artic. 5. ac sæpe aliàs.

B Præterea, quia diligere essentialè, nostro intelligendi more cum fundamento in re, præsupponit intelligere: eò quòd neque in nobis, neque in Deo, aliquid sit volitum, quin præcognoscatur. Paterque æternus prius, nostro intelligendi more cum fundamento in re, quam diligit, intelligendo se ipsum, suamque essentiam, generat Filium, eique essentialia omnia communicat: inde est, vt Filius ante volitionem Patris sit vnus principium cum eo, producens diligendo Spiritum sanctum. Vt ergo paulò antè dicebamus, intente essentia diuina, ac intelligente se ipsam, antequàm in ea intelligatur proprietates personales, quasi resultare à parte essentie relationem dicentis, producentisve per intellectum ad productum, ex qua & essentia constituitur Pater in esse Patris producentis, ac communicantis Filio suam sapientiam, & in ea cætera attributa quæ includit: similiter dicendum est nunc, Patre & Filio se mutuo, suamque essentiam diligentibus, quasi resultare in ipsis relationem producentis per voluntatem suamque amorem, atque in eo attributa omnia diligendo communicantis, ad Spiritum sanctum productum, cui amor & reliqua omnia continentur: per relationem autem actiue spirantis ac producentis diligendo, constituitur Patrem & Filium in ratione vnus actiue spirantis: per relationem verò spiranti passiuè (licet ita loqui) constituitur Spiritum sanctum in esse Spiritus sancti, qui tertia est persona sanctissima Trinitatis.

C Ex his omnib. patet, quando dicimus Filium esse sapientiam genitam, aut Spiritum sanctum esse amorem spiranti, ac productum, nos non ita intelligere, quasi sapientia absoluta communis trib. personis sit genita in filio, aut quasi amor absolutus eisdem communis sit spiranti, & productus in Spiritu sancto. Nam sicut essentia diuina non generatur aut spiratur, vt est de fide, videbimusque inferius, sed per generationem comunicatur filio, & per spirationem Spiritui sancto: ita quoque sapientia absoluta nõ generatur, sed comunicatur filio per generationem, & amor absolutus nõ spiratur, neque producitur, sed Spiritui sancto per spirationem comunicatur. Esse itaque genitum & productum per intellectum, eo nuncit supposito Filij, & nõ Deitati, aut attributis, quæ Filio comunicantur per generationem; in eòque, quòd genitus sit per intellectum, ratio filiationis consistit: quare additum nostro intelligendi more deitati, nostro quoque more intelligendi cõplet rationem filij, in esse filij, & in esse Verbi; eaque ratione Filius dicitur Deus genitus de Deo generate. Quia verò producitur à Patre intelligendo, vi suæ productionis speciali quodam modo comunicatam habet sapientiam cõmunem tribus personis, & cum ea essentiam cæterasque perfectiones, quæ in essentia includuntur; eaque de causa vi suæ productionis

Filius est principium Spiritus sancti vñ cum Patre.

si essentia... de causa... in ratione vnus...

Filius est sapientia genita dicitur, esto essentialis sapientia non generatur.

Spiritus sancti producit.

Molina in D. Thom.

nis dicitur in Scripturis sapientia genita, & figura A substantia Patris, imago, & Verbum Patris.

Haud secus, esse spiritum, seu productum per voluntatem conuenit supposito Spiritu sancti, & non Deitati, aut attributis, quæ Spiritui sancto per spirationem actiuam communicantur: in eoque, quod spiratus sit, productiue per voluntatem, posita est ratio spirationis passiuæ. Quare si addatur nostro intelligendi more Deitati nostro quoque intelligendi more complet rationem Spiritus sancti, vt tertia persona est: propterea que similiter vocari potest Deus spiratus de Deo spirante. Quia verò producitur diligendo, visua productionis speciali B quodam modo recipit communicatum sibi amorem sublimissimam Trinitati communem, & cum eo Deitatem, cæteraque in ea inclusa attributa. Atque inde est, vt vi sua productionis non dicatur procedere, vt figura substantiæ Patris, sed vt propensio & inclinatio, appelleturque amor productus.

Ex dictis præterea intelliges, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum in reliquis conuenire, solùmque distingui relationibus eius, qui ab alio per intellectum, & à quo alius per intellectum, & eius qui ab alio, aut aliis per voluntatem, & eius, aut eorum à quibus alius per voluntatem.

Postremò ex hæcenus dictis, facile colliges, ad explicandam productionem Verbi diuini, generationemve Filij Dei per intellectum parum admodum referre, quod Verbum in nobis sit terminus intellectiois, atque adeò quid ab ea ex natura rei distinctum, aut potius quod ipsa intellectio dici verbum debeat. Quod idè admonuerim, quia multi affirmant, ideo potissimum reiiciendam esse sententiam Scoti, qui verbum in nobis non distinguit ab intellectu, quia non consonat cum iis, quæ de generatione Filij Dei ac productione Verbi diuini docet fides, neque iuxta opinionem Scoti aequè bene explicetur generatio Filij in diuinis, ac iuxta opinionem D. Thomæ. Ego sanè, nisi vrgentem naturalem rationem haberem ad constituendum verbum terminum intellectiois, nunquam propter ea, quæ docet fides de generatione Filij Dei, à sententia Scoti discederem. Etenim fides non docet, Verbum diuinum distinctum esse ab intellectu Patris, sed à productione actiuâ, quæ à Patre intelligendo producitur, quæ non est ipsum intelligere, sed est relatio in Patre, quæ cum intelligere complet rationem dicentis per intellectum, ac producentis Verbum, vt dictum est. Præterea in Verbo intelligere essenziale includitur, & ratione illius habet, quod similis sit Patri, & quod sit figura substantiæ Patris; completur verò in esse Verbi per relationem producti per intellectum, vt à qua habet quod sit quid distinctum à Patre, vt dictum est. Adde, quod intelligere in nobis est quid distinctum ab intelligente, atque adeò quid verè productum: quare si in se esset imago expressa, & non actiue per quam exprimeretur imago, profectò quam maxime similis esset sapientiæ genitæ, Verboque diuino, iuxta ea quæ explicata sunt.

In responsione ad secundum argumentum Diti Thomæ, notat Caietanus, omnem naturam finitam vno tantum modo communicari, at infinitam, qualis est diuina, duobus modis communicari. Ratio, quam reddit D. Thomas, est, quia propter diuinam simplicitatem, & infinitatem, quicquid ad intra est à Deo, est ipsemet Deus, quare cum ad intra dentur duæ processiones in Deo, vna secundum intellectum, quæ est generatio, & altera secundum voluntatem, quæ est spiratio: fit, vt natura diuina duobus modis communicetur. Si maui, dic natu-

ram, quæ communicatur per actionem ad extra, communicari vno tantum modo: at verò eam quæ communicatur per operationem ad intra, quæque propter suam infinitatem, illimitationem in perfectione, & simplicitatem reddit idem secum omnia, quæ sunt ad intra, communicari duobus modis, iuxta duo genera operationum ad intra, quæ sunt in eadem natura, nempe intelligere, & velle.

In responsione ad tertium nota: distinctionem virtuales, quæ inter intellectum, voluntatem, intelligere, & velle cernitur in Deo, esse satis, vt processiones, quæ sunt in Deo secundum operationes intellectus & voluntatis realiter distinguantur inter se. Aduerte tamen, esse sermonem de processione passiuè sumpta, quæ proprie dicitur processio, qualis est generatio passiuæ Filij, & spiratio passiuæ Spiritus sancti: processiones namque actiuæ sumptæ, cum non sint ab alio, sed, vt explicatum est, sint respectus eius, à quo alius, nempe generatio actiuæ in Patre, & spiratio actiuæ in Patre & Filio, non dicuntur proprie processiones, suntque idem re & ratione formaliter inter se. Ratio autem quare existentia sola distinctione virtuali illorum quatuor, esse possit distinctio realis inter processiones, quæ sunt secundum operationes intellectus & voluntatis, est: quia processio realiter distinguitur ab eo, à quo est, propter relatiuam oppositionem, quam habet cum eo, à quo talis processio emanauit, vt processio passiuæ Verbi realiter distinguitur à Patre: quare cum processio amoris supponat processionem Verbi, eò quod nihil possit voluntate amari, quin sit intellectu conceptum: fit, vt processio amoris realiter distinguitur à processione Verbi, ratione relationis spirantis ad spiratum, quæ aduenit Filio iam producto, efficitur deinde, vt processio amoris & processio Verbi sint duæ processiones realiter inter se distinctæ: sed de hac re latius inferius. Postremò adiciam, has duas processiones se ipsis, & secundum suas rationes formales inuicem distingui: radicaliter verò id habere, eò quod vna sit secundum operationem intellectus, & alia secundum operationem voluntatis. Inde enim est, quod vna suapte natura supponat aliam, & quod sit ordo originis, ac proinde distinctio vnus ab alia.

Hoc loco disputant nonnulli, vtrū cognitio obiecti efficienter concurrat ad actum voluntatis. Caietanus & plerique alij affirmant. Torres & alij negant. Nos quæstionem fusè disputauius 1. 2. q. 9. art. 1. partemque affirmantem fuimus complexi.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in diuinis processio amoris, Spiritus sancti, sit generatio.

HE fide est processionem Spiritus sancti non esse generationem. Probat, quia cum Spiritus sanctus procedat à Patre, vt est de fide, si processio etiam Spiritus sancti esset generatio, sequeretur Christum non esse vnigenitum à Patre, contra apertissima Scripturæ testimonia. Ioann. enim 1. de Christo dicitur: *Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à patre. Et, vnigenitum, qui est in sinu Patris, ipse emansit.* Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum vnigenitum daret.* In symbolo etiam Apotolico dicitur: *Et in Iesum Christum Filium eius vnicum.* Et in symbolo Millæ: *Et in vnium Dominum Iesum Christum, Filium Dei vnigenitum.* Idem etiam probatur ex illis

Verbum in nobis ab intellectu parum distinctum ad diuini Verbi productionem explicanda.

Natura finita vno tantum modo, in finis duobus communicatur.

Processio passiuè sumpta dicitur proprie processio, non ita actiuæ est. Ratio est processio realiter inter se distinguatur.

Spiritus sancti non est generatio.

illis verbis symboli Athanasij: Spiritus sanctus, à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. In Concilio Toletano I. in confessione fidei ita habetur: Non genitus paracletus, sed à Patre Filioque procedens. Et in Concilio Toletano II. scribitur: Spiritus sanctus unum, atque aequalem cum Deo Patre & Filio, esse Deum, non genitum vel creatum, sed ab utroque procedentem. Et infra: Hic etiam Spiritus sanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur: ne aut si ingenitum dixerimus, duos patres dicamus: aut si genitum, duos filios predicare demonstremus.

Argumentum affertur.

Tota rei difficultatem facit argumentum illud, quod artic. 2. proposuimus, cuiusque solutionem in hunc locum distulimus. Nempe, processio Spiritus sancti est processio viuentis, cum Spiritus sanctus viuens sit, & à principio vitæ coniuncto, quandoquidem procedit per operationem voluntatis, quemadmodum Verbum per operationem intellectus: & insuper secundum rationem similitudinis in eadem numero natura, eò quod Pater & Filius spirando producant Spiritum sanctum vi productionis sibi consubstantialem: quod fit, vt processio Spiritus sancti non minus generatio sit, quam processio Verbi diuini: aut certe definitio illa generationis, quam propriam viuentis affirmauimus, & ex qua artic. 2. probatum est processionem Verbi diuini esse generationem, nulla erit.

Tanta est difficultas in hoc argumento, vt Magister in 1. dist. 13. dixerit: Inter generationem Filij, & processionem Spiritus sancti, dum hic viuimus, distinguere non sufficimus. Et Augustinus lib. 3. contra Maximum, cap. 13. Quid, inquit, inter nasci & procedere interfit, de illa excellentissima natura loquens explicare quis potest? non omne, quod procedit, nascitur: quamuis omne procedat, quod nascitur. Hac scio, distinguere autem inter illam generationem & hanc processionem nescio, non valeo, non sufficio: ac per hoc quia & illa & ista est ineffabilis, sicut Propheta de Filio loquens ait: Generationem eius quis enarrabit? Hæc Augustinus. Et 15. de Trinitate, cap. 27. Difficillimum, inquit, est generationem à processione distinguere. Et infra: Amborum, ait, Spiritus, non amborum, quod abfit, dicitur est Filius. Sed ad hoc dilucide perspicueque tenendum non potes ibi aciem figere. Scio, quia non potes, verum dico, mihi dico, quod non possim scio. Et Damascenus lib. 1. fidei Orthodoxæ, cap. 10. Spiritus sanctus, inquit, & ipse quidem à Patre, non nascibiliter, sed processibiliter est. Et generationis & processionis differentiam esse diximus, at quis differentie modum nequaquam. Idem prius dixerat Basilus 3. lib. contra Eunomium ad finem, & Athanasius libro de Spiritu sancto ad Serapionem circa medium. Marsilius quoque in 1. q. 16. §. Quantum ad secundum articulum, Magistrum sequitur, & Gregorius Ariminensis eadem illa distinctione 13. existimat, non posse in hac vita reddi sufficientem rationem, quare processio Filij sit generatio, non item processio Spiritus sancti: eò quod, inquit, processio Spiritus sancti non minus ineffabilis sit, quam generatio Filij, de qua Isaias 53. cap. ait: Generationem eius quis enarrabit? Quapropter vt insufficientem reiecit definitionem generationis propria viuentibus, ex qua D. Thomas artic. 2. processionem Filij generationem esse probauit.

Augustinus, & cum eo alij quædam rationes reddunt, quare processio Verbi sit generatio, processio vero Spiritus sancti non item. Primam reddit 15. de Trinitate, cap. 27. & eadem innuit lib. 3. contra Maximum, cap. 14. Quia, inquit, Verbum procedit ab uno tantum: Spiritus sanctus vero à duobus, nempe à Patre & Filio: nullus autem dicitur Filius duorum nisi

A vnus sit tamquam Patris, alterius vero tamquam matris, quod de Spiritu sancto comparatione Patris & Filij dici nequit.

Secunda colligitur ex Augustino 5. de Trinitate, cap. 14. Videlicet, quoniam cum Spiritus sanctus procedat per voluntatem, magis procedit vt datus, quam vt natus. Id est, procedit magis vt donum, quam vt filius: vnde donum dicitur. Hanc rationem exponunt quidam ex illo pronunciatio Aristotelis 2. de Anima, cap. 4. Maxime naturale est omnibus viuentibus generare sibi simile, vnde & à nascendo natura nomen desumptum est: cum ergo, inquit, generatio in viuentibus sit quid maxime naturale, & intellectus sit potentia magis naturalis, quam voluntas, eò quod voluntas sit ea potentia, in qua formaliter est primò libertas, fit, vt processio Verbi, quæ est per intellectum, potius habeat rationem generationis, quam processio Spiritus sancti, quæ est per voluntatem. Vnde Hilarius in libro de Synodis: Omnibus, inquit, rebus creatis substantiam voluntas Dei contulit: Filio vero natura dedit.

Tertia, quam amplectitur D. Thomas, & latius explicat 4. contra gentes, cap. 19. colligitur ex Augustino 15. de Trinitate, cap. 27. ad finem, & ex Anselmo Monolog. 53. estque huiusmodi. Cum Verbum diuinum vi suæ productionis oriatur, vt figura substantiæ eius, à quo procedit, vt articulo precedente fusi à nobis est explicatum, eique sit consubstantialia, eò quod quicquid ad intra procedit ex Deo sit ipsemet Deus: Spiritus vero sanctus, licet propter eandem rationem procedat consubstantialis Patri & Filio, attamen vi suæ productionis non procedit, vt similis substantiæ Patris & Filij, sed potius, vt inclinatio & propensio in eandem substantiam: fit, vt processio Verbi diuini sit generatio, & processio Spiritus sancti minime: generantis namque est, vi suæ productionis sibi simile producere.

Pro solutione argumenti propositi sciendū est. Duobus modis procedere aliquid consubstantialia (hoc est, eiusdem substantiæ, siue numero, siue specie) cum eo, à quo procedit, atque adeo illi in substantia simile. Vno, quia modus ipse productionis est communicatio substantiæ. Altero, quia cum modus productionis alioqui non sit substantiæ communicatio, in aliquo tamen, in quo, propter illimitatam perfectionem, quæcumque nullam inuoluunt imperfectionem, neque relatiuè opponuntur, sese mutuò includunt, suntque vnū & idem prorsus, quemadmodum quicquid ibi cernitur est substantia, ita productio est substantiæ communicatio. Priori modo substantiales omnes generationes create vniuoce, sunt quædam substantiæ communicationes, quibus generantis substantia genito comunicatur, neque enim modus eiusmodi productionum est alius, quam substantiæ producentis communicatio: posteriori vero modo processionis diuinæ per intellectum & voluntatem sunt communicationes substantiæ personarum productum personis productis communicatæ. Et eam quod Pater æternus, dum, intelligendo se, producit Verbum ac imaginem sui, illi communicet substantiam suam, non habet id productio illa ex modo productionis, quia scilicet est productio Verbi per intellectum: quippe cum verbum mente genitum accidit, quoddam esse solet: sed id habet ex Deo ipso, in quo productio est rei consubstantialis, propter infinitam illimitatamque ipsius perfectionem. Quod item Pater & Filius, dum se inuicem, suamque essentiam diligendo Spiritum sanctum spirant, ei tribuant suam

Duobus modis procedit aliquid consubstantialia cum eo à quo procedit.

substantiam, non habet id illa Spiritus sancti pro-
ductio ex modo suo, nempe quia est per volunta-
tem, quippe cum amor productus esse solet quod-
dam accidens, sed id similiter habet ex infinita illi-
mitataque perfectione Dei. Hinc est, quod produ-
cere aliquid consubstantiale in diuinis, non sit satis
ad generationem, eò quod procedes, ex modo pro-
cessionis, non habet ut sit producenti consubstan-
tiale, atque adeò in natura simile, sed est illimitata,
infinitaque perfectione diuina. Atque hoc est, quod
supponit, innuitque D. Thomas hoc loco in respon-
sione ad primum, dum ait: *Ad primum dicendum,*
quod quicquid est in diuinis, est vnum cum diuina na-
tura. Vnde ex parte huius unitatis non potest accipi
propria ratio huius processionis, vel illius. Et in fine so-
lutionis ait: Et inde est, quod procedens in diuinis per
modum amoris & diuina naturam accipit, & tamen
non dicitur naturam. Quare aperte affirmat, procedere
aliquid consubstantiale, non vi modi processio-
nis in sensu explicato, sed ea generali ratione, qua
quicquid est in Deo, est vnum cum diuina natura
non sufficere ad generationis rationem, si id, quod
ex modo productionis in creaturis futurum esset
accidens, in Deo sit substantia, ac ipsemet Deus: si
tamen iuxta formam explicatam procedat eiusdem
naturae, & vi eiusmodi, quem habet productio, pro-
cedat simul vt imago substantiae eius, à quo pro-
ducitur (quo pacto procedit Verbum in diuinis,
iuxta illud ad Coloss. 1. *Qui est imago Dei inuisibilis*)
habeat rationem Filij, quia vi sui peculiaris ac pro-
priae productionis procedit simul vt substantia si-
milis ei, à quo procedit, licet habeat quòd sit sub-
stantia, quia processio ipsius est in diuinis, quòd ve-
rò sit similis producenti, habeat vi suae propriae, &
peculiaris productionis. Verbum itaque creatum,
quo homo, aut Angelus seipsum intelligit, licet pro-
cedat vt simile substantiae eius, à quo elicitur, quia
tamen neque viuens est, neque substantia, sed acci-
dens, non est filius eius, à quo procedit. At Spiritus
sanctus, licet viuens sit, & substantia, & ea generali
ratione consubstantialis Patri ac Filio prodeat, quòd
quicquid est in diuinis est ipsemet Deus: quia tamè
vi modi procedendi non spiratur vt similis Patri &
Filio, sed vt inclinatio & propensio: inde est, vt ne-
que habeat quòd sit Filius, neque eius processio
quòd sit generatio.

Verbum crea-
tum cur non
sit Filius.

Soluitur ar-
gumentum.

Duo alia ar-
gumenta ex
dictis solu-
tur.
Primum.

His ita constitutis, ad argumentum propositum
dicendum est. Definitionem generationis propriae
viuentium esse optimam, nec processioni Spiritus
sancti conuenire. Vltima namque particula intelli-
genda est, quod procedat secundum rationem simi-
litudinis in eadem natura, ex modo suae propriae
productionis: id autem habet, tum omnis generatio
creata propria viuentium, tum etiam processio Ver-
bi in diuinis, vt patet ex dictis: non verò processio
Spiritus sancti, quia licet procedat consubstantialis,
id tamen non habet ex modo suae productionis, sed
ex illa generali ratione, quia quicquid est in Deo,
est ipse Deus, neque ex modo suae productionis
habet, quòd procedat vt similis substantiae produ-
centis, sed vt propensio, & inclinatio in eandem
substantiam.

Ex his facile solues haec duo argumenta, quae
eandem ferè vim habent. Primum est, ex eo pro-
ductio Filij à Patre in humanis est vera generatio
substantialis, quia per eam pater filio impertit eam-
dem speciem naturam: eum, tuas, sed Pater, & Filius vi
diuinae productionis, qua producant Spiritum san-
ctum, ei communicant illam numero naturam sub-
stantialem, quam habent, ipsaque productio ex se

est illius diuinitatis communicatio: ergo productio
Spiritus sancti non minus est generatio, quam pro-
ductio Filij à Patre homine.

Secundò, vi spirationis, qua Pater & Filius spi-
rant Spiritum sanctum, producitur Spiritus sanctus:
sed Spiritus sanctus est Deus: ergo vi productionis
producitur Deus de Deo: ergo non minus proces-
sio Spiritus sancti est generatio, quam vnus homi-
nis ex alio homine.

Ad maiorem primi argumenti dicendum est, nò
ideo productionem filij in corporibus esse proprie
generationem, quia per eam pater quocumque mo-
do communicat eandem filio naturam: sed quia
productio illa ex modo productionis habet, vt sit
communicatio naturae substantialis, quam habet pa-
ter, vt explicatum est: Pater autem & Filius, licet vi
productionis, qua Spiritum sanctum producant,
communicent illi naturam, quam habent: non ta-
men id habet productio illa ex modo ipsius, nempe
quia per voluntatem, vt explicatum est: sed pro-
pterea quòd est productio ad intra in Deo.

Ad secundum, concessa maiori & minori, distin-
guendum est consequens primae consequentiae. Si
enim intelligatur, quasi vi productionis producatur
Deus de Deo, ea generali ratione, qua quicquid ad
intra est à Deo, est ipsemet Deus, ac proinde quòd
vi illius productionis, non quia illo modo est per
voluntatem, sed praecise, quia est diuina, produca-
tur Deus, concedenda est consequentia. Verum id
non est satis ad generationem, sed vltèrius requiri-
tur, vt id, quod producitur, ex modo productionis
producatur tanquam simile producenti, quòd non
habet productio Spiritus sancti, vt ex dictis mani-
festum est. Vnde neganda est secunda consequen-
tia. Si verò consequens primae consequentiae intel-
ligatur, quòd vi illius productionis ita producatur
Deus de Deo, vt vi peculiaris modi illius, nempe
quia est per voluntatem, producatur consubstantia-
lis, aut similis Patri, neganda est consequentia: neque
enim ea productio habet, vt attingat quicquam sub-
stantiale, quia productio est per voluntatem, sed
quia est productio ad intra in Deo.

In responsione ad tertium animaduerte, inten-
tionem D. Thomae eam esse, vt velit, ex processio-
nibus diuinis solam eam, qua Verbum oritur, habe-
re nomen proprium desumptum ex modo, quo na-
tura creata per processionem vnus ex alio commu-
nicatur, appellarique generationem: processioem
verò Spiritus sancti nò habere nomen desumptum
ex modo, quo natura creata communicetur, appel-
lari tamen peculiari nomine spirationem, hoc est,
processionem Spiritus: quo nomine, vt in corpore
articuli ait D. Thomas, quaedam vitalis motio & im-
pulsio innuitur, qua aliquis ex amore moueri, vel
impelli ad aliquid dicitur.

ARTICVLVS V.

Vtrum sint plures processionis in
diuinis, quam duae.

DISPUTATIO I.

CONCLVSIO est. In Deo tantum sunt
duae processionis. Quam probat, tum
quia in Deo sunt tantum duae personae
procedentes, nempe Filius & Spiritus
sanctus: ergo duae tantum processionis. Tum etiam,
quia diuinae processionis accipiuntur secundum
actiones

Secundum.

Solutio pri-
ma.

Serui.

Spirationis
nomen vlti-
mè motum
ac impulsio
innuit.

actiones immanentes: in natura autem merè intel-
lectuali, qualis est diuina. duæ tantum sunt imma-
nentes functiones, intelligere videlicet & velle: er-
go duæ tantum processiones. Animaduertendum
est, conclusionem esse de fide: concessis namque
pluribus, aut paucioribus processibus, confiren-
dum quoque esset, in Deo esse plures, aut pauciores
personas, quam tres, quod est contrarium fidei, vt
artic. 1. fusè ostensum est.

DISPUTATIO II

De processione diuina sint per intellectum,
& voluntatem.

Durandus in 1. dist. 6. q. 2. affirmat processio-
nes diuinas non esse per intellectum & volun-
tatem, sed ex fecunditate essentia diuina: quam fec-
cunditatem, inquit, habet natura diuina in Patre ad
producendum Filium, non quia intelligens est, quasi
Pater intelligendo producat Filium: & in Patre &
Filio ad producendum Spiritum sanctum, non quia
vix habet ad diligendum, quasi Pater & Filius dili-
gendo producant Spiritum sanctum: sed eam habet,
quia infinita est. *Quare quemadmodum, inquit, si ca-
lor in igne esset intelligens, nec produceret calorem in-
telligendo, nec fecunditas esset ad eum producendum, quia
intelligens, sed alia via produceret, & alia ratione esset
fecundus, puta, quia in se est calor, cui suapte natura
conuenit communicare calorem: ita Pater æternus, non
quia intelligens, nec intelligendo producat Filium, sed
quia habet fecunditatem ad illam naturam communi-
candam per generationem, quam proinde eodem modo
illi communicasset, esto per impossibile non esset intelli-
gens.* Simili modo vult, vt Pater & Filius non quia
diligunt, neque diligendo producant Spiritum
sanctum, sed quia habent naturæ fecunditatem ad
ipsam communicandam: quam tamen eodem modo
Spiritu sancto communicasset, esto per impossi-
bile suapte natura non diligerent. *Quare, inquit, se-
cliusi à Deo per cogitationem intellectu & voluntate, ac
intelligere & velle, adhuc in Deo esset generatio Filij
& spiratio Spiritus sancti.*

Id verò, quod omnes Doctores affirmant, Filium
videlicet procedere per intellectum, & Spiritum
sanctum per voluntatem, ait, intelligendum esse,
non proprie, sed per similitudinem & accommoda-
tionem quandam ad imaginem sanctissime Trinita-
tis, que in creatura mente prædita per intellectum
& voluntatem cernitur: ita scilicet, vt quia in eius-
modi creatura prima emanatio est per intellectum,
& secunda per voluntatem, eò quod nihil sit voli-
tum, quin præcognitum; generatio diuina dicatur
esse per intellectum, non quod re vera per intelle-
ctum sit, sed quod sit prima: processio verò Spiritus
sancti dicatur esse per voluntatem, non quod
per voluntatem sit, sed quod sit secunda, Filijque
generationem supponat.

Probat verò Durandus suam sententiam primò.
Quia, si Filius à Patre produceretur per intellectu,
& Spiritus sanctus à Patre & Filio per volun-
tatem, vel intelligere & velle essent ipsamet produ-
ctiones Filij & Spiritus sancti, eo modo quo cale-
factio est productio caloris; vel essent principia
producentia, sicut calor in igne est principium in-
ducens calorem in aquam: neutrum dici potest: er-
go Filius & Spiritus sanctus non producuntur per
intellectum & voluntatem.

Quòd nulla ratione dici possit, intelligere &
velle esse ipsamet productiones Filij & Spiritus

sancti, probat primò. Quia productiones personarum
sunt actus notionales, qui si sumantur actiue
sunt solùm in personis producentibus, & non in
productis: si verò sumantur passiuè, sunt solùm in
personis productis, & non in producentibus: sed in-
telligere & velle non sunt actus notionales, sed ef-
fentiales communes omnibus tribus personis, vt
omnes consentunt: ergo intelligere & velle non
sunt ipsamet productiones Filij & Spiritus sancti.
Secundò, quia, cui conuenit actus, per quem pro-
ducitur aliqua persona, conuenit producere eam-
dem personam, vt cui conuenit generare, conuenit
producere Filium: sed intelligere & velle conue-
niunt omnibus personis: ergo si fuit ipsamet pro-
ductiones personarum, quælibet persona diuina
produceret Filium & Spiritum sanctum, quod est
hæreticum. Tertio, productiones personarum di-
stinguuntur realiter: intelligere & velle non di-
stinguuntur realiter: ergo non sunt productiones
personarum.

Quòd nulla etiam ratione dici possit, intelli-
gere & velle esse principia producentia Filium & Spi-
ritum sanctum probat. Quia id, cui conuenit condi-
ditio pugnans cum fecunditate, non potest esse
principium actus, per quem aliquid producitur vt
de se est manifestum, quippe cum esse principium
actus, per quem aliquid producitur sit esse fecun-
dum ad illud producendum: sed intelligere & vel-
le, cum sint actiones immanentes, conuenit vt ex il-
lis nihil ulterius sequatur, vt Arist. 9. Metaph. textu
16. affirmat, id quod est conditio cum fecunditate
pugnans, quippe cum fecunditas in eo sit posita: vt
inde natum sit aliud sequi: ergo intelligere & velle
esse nequeunt principia, quibus Filius & Spiritus
sanctus producantur.

Secundò probat Durandus principale institu-
tum, quia secundum idem proportionem quam co-
uenit Deo & creaturis fecunditas ad aliquid pro-
ducendum: sed creaturis non conuenit, quia intelli-
gentes, aut volentes sunt, sed ratione alicuius prio-
ris quod ad plura, quam ad intelligentia se exten-
dat, nempe ratione naturæ, vt pater, quia fecundi-
tas ad generandum conuenit etiam rebus cogni-
tione carentibus, & licet reperiat in creaturis in-
tellectu præditis, neque per intellectum & volun-
tatem, neque per aliquid, quod ad has potentias
pertineat, generant, sed per aliquid aliud: ergo eo-
dem modo, licet Deus intelligens sit & volens, vis-
tamen & fecunditas ad generandum & producen-
dum aliquid, non ei conueniet per intellectum &
voluntatem, sed per naturam, eo modo quo, esto ca-
lor ignis esset intelligens, non produceret alium ca-
lorem per intellectum, sed per fecunditatem suæ
naturæ, vt eum de facto producit.

Tertio, quia, qualis est ordo secundum rem inter
ea, que re ipsa distinguuntur, talis est ordo secun-
dum rationem, inter ea, que distinguuntur ratione
solùm: sed in homine, in quo natura, intellectus, &
voluntas distinguuntur re, productio re ipsa est
à natura, & non ab intellectu & voluntate: ergo in
Deo, in quo hæc tria solùm distinguuntur ratione,
productio erit immediatè à natura, & non ab intel-
lectu & voluntate.

Sententia hæc Durandi non immeritò iudicatur
non solùm falsa & temeraria, sed etiam periculosa
in fide, imò & erronea. In primis enim contra com-
munem sententiam, non solùm scholasticorum,
sed etiam sanctorum Patrum, Augustini, Hilarij,
Hieronymi, Anselmi, ac cæterorum, qui de hac re
loquuntur: in re autem adeò graui discedere à com-
muni

durandus in 1. dist. 6. q. 2.

*durandus argu-
mentum.*

*Quòd nulla etiam ratione dici possit, intelli-
gere & velle esse principia producentia Filium & Spi-
ritum sanctum probat.*

*Secundum
argumentum.*

Tertium.

*Responsum
Durand.
Processiones
in diuina ef-
fentiales sunt
& voluntatem.*

Ad unum sententia Doctorum, temerarium est & periculosum. Deinde verò argumentor contra eum. Primò: Quia si Filius Dei non procederet per intellectum, non esset propriè Verbum, inò nec vi deo rationem, quare ea appellatio in ipsum quaderet: asserere autem filium Dei non esse Verbum Patris æterni, error est in fide, contra illud: *In principio erat Verbum.*

Secundò, si Filius non procederet à Patre per intellectum, & Spiritus sanctus ab utroque per voluntatem, non magis procederet Filius vt sapientia, figura, & imago inuisibilis substantiæ Patris, quam Spiritus sanctus: contrarium autem apertè docent Scripturæ. Ecclesiastici namque 24. & alibi, appellatur *sapientia genita*, ad Hebræos 1. dicitur *figura substantiæ Patris*, & ad Coloss. 1. *imago Dei inuisibilis*. Præterea inde vterius sequeretur, non magis processionem Filij esse generationem, quam processionem Spiritus sancti, quod est hæreticum. Ac sanè iuxta sententiam Durandi asserentis, tam Filium à Patre, quam Spiritum sanctum ab utroque, procedere per naturam, & non per intellectum & voluntatem, non video, quæ apparet ratio reddi possit; quare processio Spiritus sancti non sit generatio, sicut est processio Filij, & quare Spiritus sanctus non sit Filius Patris æterni.

Tertiò, concessa Durandi opinione, nulla est ratio quare, vt fides Catholica docet, filius procedat à solo Patre, & Spiritus sanctus ab utroque, & quare processio Spiritus sancti ordine originis supponat processionem Filij: eum tamen, si, vt Scripturæ apertè sonant, affirmatque communis Patrum & Scholasticorum sententia, filius procedat per intellectum, & Spiritus sanctus per voluntatē, in promptu sit ratio. Etenim cum operatio voluntatis supponat operationem intellectus, eò quòd nihil sit volitum, quin præcognitum: & operatio, conceptio-ve intellectus concurrat ad actum voluntatis, in primis sit, vt ordine originis processio Spiritus sancti, quæ est per voluntatem, supponat processionem Filij, quæ est per intellectum, atque adeò vt Filius sit à solo Patre. Deinde etiam fit, vt Spiritus sanctus sit à Filio, qui est Verbum & cõceptio Patris: idque non solum quia conceptio intellectus concurrat ad actum voluntatis, sed etiam, quia Pater per generationem, quam processio Spiritus sancti supponit, communicat Filio quicquid in se habet & Filio nõ opponitur, ac proinde communicat ei vim ad spirandum Spiritum sanctum.

Quartò, data opinione Durandi, nulla potest reddi ratio, quare à Patre procedant duæ tantum personæ, & non plures, aut pauciores, ac proinde quare in Deo sint tantum tres personæ, quemadmodum redditur iuxta Catholicam, veramque sententiam, videlicet, cum processionem sint per operationes immanentes, quæ sunt in Deo: in Deo autem eæ operationes sint duæ tantum, nempe intelligere & velle, necessarium omnino esse, vt à Patre duæ tantum sint processionem, & duæ personæ procedentes.

Quintò, si Filius & Spiritus sanctus non producerentur per intellectum & voluntatem, eorū processionem nõ essent vitales, quippe cum in Deo nulla sint vitales functiones: præter intelligere & velle: vnde vterius sequeretur, generationem Filij nõ esse generationem propriam viuentibus: Filiumque in diuinis non esse propriè Filium, cum in communi vsu loquentium, quod non producit per generationem propriam viuentibus, non dicatur filius.

Sextò, in rebus creatis nulla generatio, nullusque actus emanat immediatè à natura, substantiæque rei

create, sed omnes oriuntur à natura mediante alia qua potentia: ergo in Deo generatio & spiratio nõ erant immediatè à natura diuina, sed interuentu potentie: cum ergo ad intra nulla alia sit potentia in Deo, quam intellectus & voluntas, fit, vt in diuinis Filius à Patre, & Spiritus sanctus ab utroque procedant, non immediatè per naturam, sed per intellectum & voluntatem.

Vt ad argumenta Durandi deueniamus, meo iudicio tres illæ rationes, quibus priorem partem minoris primi argumenti ostendit, sufficienter probat, intelligere & velle essentialiter non esse in Patre & Filio ipsafinet productionem actiua, quibus Pater producit Filium, & Pater & Filius producant Spiritum sanctum, quod iam nos artic. 3. disput. 4. affirmauimus ac explicauimus. Inde tamen non sequitur, Patrem non producere Filium per intellectum, Patremque & Filium nõ producere Spiritum sanctum per voluntatem. Etenim, vt ibidem explicatum est, in hoc sensu dicitur Filius produci à Patre per intellectum; quia Pater intelligendo dicit Filium Verbum suum æternum: dicere autem est in Patre, & non in Filio, estque generare actiue. Et quamuis in obliquo includatur intelligere, eò quòd dicere sit intelligendo producere, addit tamen relationem producentis per intellectum ad productum, quam dicit in recto, & in qua posita est ratio generationis actiue. Licet autem relatio illa re & ratione formali sit idem cum intelligere, eò quòd respectu omnia in diuinis secundum esse & rationem formalem sint idem cum absolutis, distinguitur tamen ab illo virtute, intelligereque est quid absolutum existens in omnibus tribus personis: at relatio illa est in solo Patre, neque ex natura rei distinguitur vllò modo à paternitate, vt in frequentibus erit manifestum. Eodem modo, vt ibidem explicauimus, in eo sensu dicitur Spiritus sanctus produci à Patre & Filio per voluntatem, quia Pater & Filius diligendo spirant Spiritum sanctum, spirare autem est in Patre & Filio, & non in Spiritu sancto. Et quamuis in obliquo includatur diligere, eò quòd spirare sit diligendo producere, addit tamen relationem producentis per voluntatem ad productum, quam dicit in recto, & in qua posita est ratio spirationis actiue. Licet autem illa relatio re, & ratione formali sit idem cum diligere essentiali, ab eo tamen distinguitur virtute: diligereque est quid absolutum commune tribus personis, relatio verò illa est in solo Patre & Filio, neque distinguitur vllò modo ex natura rei à relatione, per quam Pater & Filius constituuntur in ratione spiratoris actiue. Ex his patet aliud esse in diuinis operationem vitalem, aliud productionem vitalem. Intelligere namque & velle, quæ in diuinis absoluta quædã sunt communia tribus personis, nulliusque rei ad intra sunt productiua, neque productiones ipsæ Filij & Spiritus sancti dici debent, sunt operationes vitales: dicere verò seu generare, & spirare, quæ supponunt, atque in obliquo includunt ipsas operationes vitales, eò quòd vnum eorū sit intelligendo producere Filium, & aliud diligendo producere Spiritum sanctum, in recto tamen dicit solas relationes eius, à quo alius per intellectum & eius à quo alius per voluntatem: sunt propterea, non quidem operationes vitales, sed productiones vitales, operationes ipsas vitales supponentes, eaque in obliquo includentes. Consonat quàm maximè D. Thomas in 1. dist. 32. q. 1. artic. 1. & 2. quibus in locis affirmat, intelligere notionale, quod non est aliud quam intelligendo producere Filium, esse respectum patris

Ad primam argumentum Durandi. Intelligere & velle nõ sunt in Patre & Filio ipsafinet productionem actiua, quibus Pater producit Filium, & Pater & Filius producant Spiritum sanctum, quod iam nos artic. 3. disput. 4. affirmauimus ac explicauimus. Et quid in obliquo includatur.

Spirare quod includatur, & in quo sit spiratio, & rationis actiue.

Operatio vitalis, & productiua vitalem, sunt in diuinis.

Spiritus sanctus cur sit à Patre & Filio.

MOL
INDIA
D

ad Filium, & diligere notionale, quod simili modo non est aliud, quam diligendo producere Spiritum sanctum, esse respectum in Patre & Filio comparatione Spiritus sancti. Idemque videtur docere Scotus in 1. distin. 2. quaest. 7. in eo loco, quem artic. 1. huius quaestionis disputatione vltima citauimus & expendimus.

Opinio Bar. Terres. Torres hoc loco affirmat, intelligere & velle esse ipsas productiones Filij & Spiritus sancti, difficileque satisfacit argumentis Durandi. Præterea cum intelligere & velle sint ab intellectu & voluntate rãquam à principio quo, & ab essentia tamquam ab eo, in quo est intellectus & voluntas, sanè si intelligere & velle sint ipsamet productiones Filij & Spiritus sancti, consequens esse videtur, intellectum & essentiam generare, & voluntatem & essentiam spirare, eo modo quo ferram dicimus secare, tamquam id, quo artifex secat, imò eo modo quo dicimus, Deum intellectu intelligere, & voluntate velle tamquam principio: id tamen nullo modo est concedendum. Etenim cap. *Damianus*, de summa Trinitate, & fide Catholica definitur, *essentiam nec generare nec generari, neque spirare, neque spirari*: quod tamen non absolutè definiretur, si contrarium in aliquo sensu esset verum.

Responsio Terres. Torres ad hoc argumentum negat consecutionem, rationemque reddit, *quoniam nõ semper inquit, actio tribuitur instrumento: dicimus namque, nos dentibus comedere, nec tamen concedimus dentes comedere, dicimus etiam hominem arundine inferre iniuriam proximo, nec proinde concedimus arundinem inferre eam iniuriam.* Addit præterea, verbum produci à Patre per actum intelligendi, non quatenus est intelligere, sed quatenus est dicere, subiungitque, dicere & intelligere sola ratione distingui inter se, quatenus dicere importat respectum ad verbum, intelligere verò ad res cognititas, simili modo ait: *Spiritum sanctum produci à Patre & Filio per actum diligendi, non quatenus diligere est, sed quatenus est spirare, quo patris ratione distinguitur à diligere, sicut dicere & intelligere sola ratione differunt. Quare, inquit, generatio & spiratio non sunt intelligere & velle absolute, sed quatenus intelligere & velle sunt dicere & spirare in qua consideratione non sunt actus essentielles, sed notionales.*

Annulatio. In his verò non satis sibi constat Torres. Intelligere namque, quatenus intelligere, quid absolutum est, ac essenziale habens annexum respectum rationis ad res intellectas: dicere verò, quia dicere est quid respectuum reale in Patre ad Verbum dictum, ut ipsamet hoc loco concedit, affirmaueratque articulo primo huius quaestionis: quare dicere ita distinguitur ratione ab intelligere, ut nihilominus ex natura rei virtute etiam distinguatur ab eo formaliter: respectuum namque reale in Deo ab absoluto virtute distinguitur ex natura rei formaliter: non est igitur concedendum, intelligere esse ipsamet productionem Filij, quandoquidem non intelligere, quod est absolutum, sed dicere, quod est respectuum, & quid virtute ab intelligere distinctum, est ipsa productio Filij. Nec verò imponit D. Thomas, quasi afferuerit hoc loco, intelligere & velle esse ipsas productiones Filij & Spiritus sancti. D. Thomas namque solum afferuit, processiones accipi secundum actiones immanentes, quæ sunt intelligere & velle, quod non est esse ipsamet actiones, sed eas supponere, in eisque quasi fundari, easdemque in obliquo includere, quatenus Patrem dicere est intelligendo producere Filium, Patremque, & Filium spirare, est diligendo producere Spiritum sanctum. Quia ergo generare & spirare non signi-

A ficiant intelligere & velle, quæ sunt ab essentia & intellectu, ac voluntate, sed significant intelligendo, aut diligendo producere: producere autem intelligendo, aut diligendo neque sunt essentia, neque intellectus, aut voluntatis, sed suppositorum Patris & Filij, inde est, quòd neque essentia, neque intellectus, aut voluntas dicantur generare, aut spirare, sed suppositum Patris dicatur generare Filium, & supposita Patris & Filij dicantur spirare Spiritum sanctum. Eatenus verò dicitur Pater generare intellectum, quatenus intelligendo dicit, ipsumque dicere supponit, ac in obliquo includit intelligere, in quo quasi fundatur, quòdque peculiari quadam ratione communicat Filio, dum illum per intellectum dicit. Eatenus etiam Pater & Filius dicuntur spirare voluntate, quatenus spirare est diligendo producere: spirareque supponit, includitque in obliquo diligere, in quo quasi fundatur, quòdque peculiari quadam ratione Pater & Filius communicant Spiritui sancto dum eum spirant.

B Hac ergo regula vtendum est ad discernendum, an actio conueniat instrumenti principiove quo, tamquam ei per quod suppositum operatur. Quando significatur actio solum, quo ad id, quod per ea instrumentum, aut principium exercetur, ita nimirum, vt nihil aliud inuoluatur in significato, tunc actio tribuitur instrumento, aut principio quo. Quando verò non solum significatur actio quo ad id, quod exercetur per instrumentum, aut principium, sed aliquid aliud includitur, aut inuoluatur in significato, tunc non est necesse, vt actio tribuatur instrumento, aut principio quo. Vnde quia calefacere & intelligere significatur solum quoad illud quod exercetur per calorem, & formam substantialem ignis, & quo ad id quod exercetur per intellectum, & animam intellectualem, concedimus calorem & formam substantialem ignis calefacere, vt id, quo ignis calefacit, intellectumque & animam mente præditam intelligere, vt id, quo homo intelligit, eodemque modo concedimus, intellectum diuinum & essentiam diuinam intelligere. Quia verò comedere non solum dicit scindere & terere cibum, quod fit dentibus, sed simul ac præcipue includit, sumere cibum quod non dentibus, sed supposito per fauces aliæque instrumenta conuenit, fit, vt licet dicamus, nos dentibus comedere, quatenus illis scindimus & terimus cibum, non tamen dicamus dentes comedere. Quia etiam quemadmodum peccare, ita etiam inferre iniuriam, solum est agentis liberè, fit, vt licet arundine peccemus, ac inferamus iniuriam, quando ea percutimus proximum, verèque dicamus arundinem percussisse, vt instrumentum, non tamen concedamus, vel arundinem peccasse, vel intulisse iniuriam, sed id supposito, quod liberè eam mouit, ac voluntati tribuamus. Eodem modo, quia generare, in diuinis non est intelligere, quod est ab intellectu & essentia, sed est dicere intelligendo, quod est à supposito, & non ab essentia aut intellectu, non dicimus essentiam, aut intellectum generare, sed suppositum patris.

E Ad primum ergo Durandi argumentum neganda est maior: neutrum enim illorum est necessarium, vt Filius produci dicatur à Patre per intellectum & Spiritus sanctus à Patre & Filio per voluntatem, vt explicatum est.

F Ad secundum in primis neganda est maior: productio namque creaturarum est per communicationem distincta numero naturæ ab ea, quæ est in producente: productio verò in diuinis non item. Præterea, productio creaturarum, est per actionem

Regula ad cognoscendum an conueniat actio alicui principio quo.

Ad primum.

Ad secundum.

Generatio nec intelligitur, sed per se supposito conueniat.

ad extra: productio verò in diuinis est per emanationem ad intra, quæ licet non sit ipsamet operatio ad intra, quæ est intelligere & velle, eò quòd in diuinis productio non sit vera actio, sed respectus eius, à quo alius, est tamen coniuncta cum operatione ad intra, eamque supponit, & quodam modo includit, vt explicatum est: quare non est necesse, vt quemadmodum productiones, quibus quædam substantiæ creatæ producuntur ab aliis, non sunt per intellectum & voluntatem, ita etiam productiones, quibus quædam personæ diuinæ producuntur ab aliis, per eas potentias non sint. Ad minorem etiam dicendum est, productiones, quibus quædam res creatæ res alias producunt, non esse immediatè à natura, hoc est, à substantia rei agentis, sed esse mediantibus potentiis variis pro diuersitate productionum, ac effectuum. Quòd si nomine naturæ intelligat Durandus principium non liberum, dicendum est processiones diuinæ non esse per intellectum & voluntatè, quatenus sunt facultates liberæ, sed quatenus sunt naturales: neque enim per eiusmodi processiones vllam libertatem habet Deus.

Ad tertium.

Eodem modo respondendum est ad tertium argumentum, in primis maiorem esse falsam, quando productiones non emanant per eandem, sed per diuersas facultates: quæ autem ab hominibus producuntur per generationem, non proficiuntur ab intellectu & voluntate, sed à vi generatrice, quæ est in homine facultas distincta: emanationes verò personarum diuinarum sunt per intellectum & voluntatem, sicut ostensum est. Quòd ad minorem verò attinet, dicendum est, in homine productionem substantiarum, licet non sit ab intellectu & voluntate, non tamen esse immediatè à natura, hoc est, à substantiâ, sed mediante vi generandi, aliæ verò productiones procedunt ab homine per varias potentias, & quædam per intellectum & voluntatem, etiâ vt facultates liberæ sunt: personæ verò diuinæ, licet producantur per intellectum & voluntatem, non tamen vt sunt in Deo facultates liberæ, sed vt sunt naturales.

QVÆSTIO XXVIII.

De relationibus diuinis.

ARTICVLVS I.

Virum in Deo sint aliqua relationes reales.

*Relationes
originis in
Deo esse
reales.*

PROCESSIONES disputat secundo loco D. Thomas de relationibus diuinis. Conclusio affirmat, estque de fide. Probatur quoniam in Deo sunt tres personæ realiter distinctæ: & distinguuntur per relationes: ergo relationes illæ sunt reales. Consequentia est euidens, quoniam si essent relationes rationis, sanè personæ non distinguerentur per eas realiter. Maior multis testimoniis ostensa est esse de fide artic. i. quæst. præced. Minor verò probatur, ex Concilio Lateranensi, cap. *Firmiter*, de summa Trinitate & fide Catholica, vbi dicitur: *Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta*: per personales autem proprietates relationes intelligit Concilium. Pater namque & Filius in reliquis conueniunt, præterquam in relationibus paternitatis & filiationis, quæ sunt proprietates earum personales. Secundo, ex Concilio Toletano II. in confessione

A fidei, vbi ita habetur: *In rebus personarum nominibus, Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque referitur: quæ cum relatiuè tres personæ dicantur, vna tamen naturalis substantia creditur. Et infra: In relatione personarum numerus cernitur: in diuinitatis verò substantiâ, quid numeratum sit non comprehenditur.* Sophronius quoque in epistola eruditissima, quæ habetur in 6. Synodo actione 11. & à toto Concilio tamquam orthodoxa approbatur actione 13. latè docet, tres personas diuinas esse vnum in essentia: distinguuntur verò inter se realiter proprietatibus personalibus, quibus ad inuicem se respiciunt. In Concilio etiam Florentino sess. 8. post medium, etiam docetur, proprietates personales relatiuas esse, & per eas personas inter se realiter distinguuntur.

Secundo probatur eadem conclusio ratione D. Thomæ in argumento, sed contra. Deus realiter est Pater, & realiter est Filius: sed est Pater à paternitate, & filius à filiatione: ergo paternitas & filiatio relationes reales sunt in diuinis.

Quòd si quis aduersus hanc rationem obiicit, Eodem modo posse probari relationem dominij, quæ est in Deo comparatione creaturarum, esse respectum realem, quod tamen constat esse falsum, conficiatque hoc simile argumentum. Deus realiter est Dominus creaturarum: est autem Dominus à relatione dominij: ergo relatio dominij est in Deo relatio realis. Dicendum est, vt quæst. 13. artic. 7. dicebamus, Deum dici realiter dominum, tam quoad fundamentum, quàm quoad rationem fundandi eam relationem, quæ quidem ratio fundandi est vera actio realis, quia Deus realiter attingit creaturas non verò quoad relationem ipsam, quæ in Deo est rationis: at verò dici realiter Patrem, quoad relationem ipsam paternitatis, per quam constituitur in esse Patris, & non quoad aliquid aliud: quòd fit, vt in re proposita optimè sequatur, relationem paternitatis esse relationem realem.

Tertio argumentatur D. Thomas in corpore articuli in hunc modum. Relationes, quæ sunt inter res eiusdem naturæ: quarum vna procedit ab aliâ, non sunt rationis, sed reales: atqui diuinæ relationes, vt paternitas & filiatio, sunt inter personas eiusdem numero naturæ, quarum vna procedit ab aliâ: ergo sunt relationes reales.

Circa id, quod ait D. Thomas, in solis relatis reperiri aliqua secundum rationem, & non in aliis generibus, aduertendum est, non intendere in genere prædicamentali relatorum reperiri relata aliqua rationis: constat namque genus illud esse ens reale: sed eius eam esse mentem, vt vclij, modum proprium generis illius prædicamenti, in quo à cæteris prædicamentis distinguitur, & qui in eo consistit, vt eius esse sit aliud, esse communem relatis realibus & rationis: non tamen vniocè, sed analogicè: quippe cum idem modus communis in relatis realibus sit essentialiter ens reale, verumque accidens reale, in relatis verò rationis ens rationis: ens autem reale & rationis conuenit nequeunt in aliquo vniocè vtrique essentiali. Quod itaque vult Diuus Thomas, est, modum proprium relatiuorum, nempe esse ad aliud, si sumatur, non vniocè ac presè, vt est quid reale, sed analogicè & latè, completi sinu suo relatiua realia & rationis: modum verò aliorum prædicamentorum, neque eo modo comparati fecum entia rationis: eò quòd eiusmodi modis subire rationem entis rationis repugnet. Fortè tamen doctrina hæc D. Thomæ non est vniuersim vera. Numerus namque Angelorum non est quantitas realis, sed rationis: numerus etiam

conorum,

onorum, quoniam eodem numero tono ab arte musica considerantur, non est quantitas realis. Haec tamen & alia, quae hoc loco à Caietano, & aliis disputantur, breuitatis gratia, & quia eorum examen ad dialecticum, philosophum, aut metaphysicum potius, quam ad Theologum spectat, omitto.

ARTICVLVS II.

Virum relatio in Deo sit idem, quod sua essentia.

DISPVATIO I.

Gilberti error.

PRIMO loco refert D. Thomas errorem Gilberti Pictaenensis Episcopi, quem retractauit postea in Concilio Rhemensis, non quidem illo, quod fuit sub Leone tertio celebratum, contineturque in secundo tomo Conciliorum, sed in alio temporibus Bernardi sub Eugenio tertio, cuius idem Bernardus sermone 80. super Cantica meminit. Error Gilberti fuit, quod asseruerit relationes diuinas esse assistentes, & quasi extrinsecus affixas essentiae, sic nimirum, ut non essent idem cum ea, sed ab ea distinctae, eidem assistentes, & coniunctae. Radicem huius erroris, ait Diuus Thomas, fuisse, quod Gilbertus in relationibus creatis praedicamenti relationis considerauit proprium dumtaxat eorum modum, in quo à ceteris praedicamentis distinguuntur, nempe esse ad aliud, non uero considerauit id, quod commune est omnibus praedicamentis accidentium, esse uidelicet in subiecto, quod quidem coniunctum, intrinsecumque est modo proprio relationum. Ita enim relatio ad praedicamentum spectans habitudo est unius ad aliud, ut cum accidens sit, de intrinseca ratione illius sit, inesse ei, cuius est habitudo. Solum ergo attendens Gilbertus ad modum proprium relationum asseruit, nullam, siue increatam relationem, ita esse in eo, quod formaliter referre faciat ad aliud, quasi illi inlit, aut cum eo idem sit: sed dumtaxat illi assistere.

Prima conclusio D. Th. Relatio in Deo est idem cum diuina essentia.

Relato hoc errore, duas statuit D. Thomas conclusiones. Prima est, Relationes diuinae sunt re ipsa idem cum diuina essentia. Est de fide: ut constat, non solum ex Concilio Rhemensis, in quo error Gilberti damnatus est, sed etiam ex Concilio Lateranensi 2. sub Innocentio 3. cap. *Firmiter*, & capite *Damnatus*, de summa Trinitate & fide Catholica. Si namque in Deo relationes essent realiter ab essentia diuersae, foret, utique quaternitas rerum in Deo, trium uidelicet relationum, inter quas reperiretur discrimen reale, & essentiae simili discrimine à relationibus diuersae: contra id quod capite *Damnatus*, definitur. Item, essentia diuina non esset simplex omnino: iam enim compositionem cum relationibus efficeret in constituendis personis diuinis, contra decretum cap. *Firmiter* citati. Probat Diuus Thomas conclusionem in argumento *sed contra*, quoniam res omnis, quae non est diuina essentia, est creatura: quare si relationes, quae re ipsa sunt in Deo, non essent diuina essentia, essent creaturae, ac proinde tribuendus eis non esset cultus laetiae, contra id, quod in praefatio Trinitatis canitur, *et in personis proprietatis, & in maiestate adoretur aequalitas*. In corpore uero articuli eam probat, quia quod in rebus creatis habet esse accidentis, translatum ad Deum habet esse substantiae: eo quod in Deo, propter omnimodam simplicitatem, nullum sit accidens: quare relationes diuinae non sunt accidentia,

Molina in D. Thom.

A sed habent esse substantiale diuinae essentiae, suntque idem cum ea.

Secunda conclusio, Relatio in Deo ratione distinguitur ab essentia. Hanc probat D. Thomas, quoniam in relatione diuina importatur respectus ad terminum, non uero in diuina essentia.

Secunda concl.

DISPVATIO II.

Virum attributa diuina ex naturae uici distinguantur inter se, & à diuina essentia.

B

Licet Diuus Thomas in hoc articulo solum de modo distinctionis, accidentitatis relationum diuinarum cum diuina essentia disputet, oportet tamen erit, examinemus quanta sit identitas, distinctioque rationum omnium realium, quae sunt formaliter in Deo. Ut uero ab absolutis incipiamus, ex dictis q. 4. art. 2. disp. 2. si iungas eas, quae ad calcem art. ultimi quaestionis 2. diximus, est manifestum, eiusmodi rationes reales absolutas, quae formaliter sunt in Deo, non esse aliud, quam perfectiones simpliciter, de quibus locis citatis dictum est, quaeque attributa diuina dici consueuerunt. Quia uero, sicut ad finem articuli ultimi citati, ostendimus, de perfectionibus eiusmodi formare non possumus in hac uita conceptum absolutum incomplezum, qui sit ipsarum proprius, sed eum tantum, qui communis etiam sit similibus perfectionibus creatis, inde est, ut nomina, quibus illas sine admixtione alterius conceptus connotatiui alicuius negationis, aut cuiusuis alterius significare consueuimus, esse soleant analogae, Deo & creaturis communia: sic habent scientia, intellectus, uoluntas, &c.

C

Dixi, esse soleant analogae, communia Deo, & creaturis: quia, ut q. 13. art. 1. disp. 2. ostensum est, ea, quae concipere non possumus conceptu illis proprio, quin sit complexus, admiscens conceptum connotatiuum, significare possumus nomine proprio, quod significet rem illam, quoad id, quod est in se, quin aliud quippiam misceatur, iuxta modum, quo ostendimus uocabulum *Deus*, & *Deitas*, significare naturam ipsam diuinam, quoad rationem absolutam singularem, quam in se habet, & quam esse scimus, licet nesciamus, in hac uita quid, & quae in se ipsa sit. Haud secus si uox, *aeternitas*, imposita sit ad significandam durationem diuinam singularem, quam nos concipimus & explicamus per hanc orationem, duratio utrimque infinita ac indiuisibilis, erit nomen significans sine admixtione alterius rei perfectionem simpliciter singularem, quam Deus habet. Idem dic de uocabulo, *omnipotentia*, si nomen sit compositae figurae incomplexae significans potentiam diuinam in singulari, sine admixtione aliqua. Quod sit, ut perfectiones simpliciter, quae sunt in Deo, licet à nobis concipi non possint in hac uita conceptu incomplezo absoluto ipsi proprio, significari tamen possint, tum nomine analogo, cuius ambitu, & ipsa, & similes perfectiones creatae comprehendantur, tum etiam nomine singulari proprio.

F

Ut ad calcem articuli ultimi citati dictum est, quamuis unaquaque perfectio simpliciter appellari possit attributum diuinum, interdum tamen attributum diuinum sumitur pressius, pro solis illis perfectionibus simpliciter, quae tamquam affectioes substantiae & essentiae diuinae à nobis concipiuntur, tales sunt intellectus, uoluntas, scientia, potentia, &c. id quod innuit Damascenus 1. lib.

Attributa quibus conceptibus & nominibus concipiuntur à nobis, & significentur in hac uita.

Attributum diuini bifa-ria sumitur.

fidei orthodoxæ capite 12. Iuxta hanc verò acceptionem, neque Deus, neque Deitas; neque substantia, & ens, computabuntur inter diuina attributa, eò quòd concipiuntur à nobis tamquam ipsa Dei natura & essentia, aut tamquam prædicata de intrinseca ratione essentia, & non tamquam affectiones naturæ diuinæ. Sumpto ergo attributo diuino hoc modo, proposuimus quæstionem, Vtrum attributa diuina inter se, & à diuina essentia ex natura rei distinguantur.

Attributa diuina præ se ac propria quæ.

Ex hæcenus dictis est manifestum, quamuis sumpto vocabulo attributi diuini latissime, quicquid de Deo verè prædicatur, appellari possit Dei attributum: tamen de attributis diuinis modò loquimur, loquunturque communiter Doctores, solum id dici diuinum attributum, quod est ratio realis absoluta existens formaliter in Deo, ac proinde quod est perfectio simpliciter. Imò interdum sumitur præsius, pro ea sola perfectione simpliciter, quæ tamquam affectio essentia & naturæ diuinæ à nobis concipitur. Hinc est, vt nihil rationis, quod de Deo verè affirmatur, siue illud negatio sit, siue relatio, inter attributa diuina sit computandum, vt esse Dominum creaturarum, esse vnitum naturæ humanæ, esse immutabile, &c. Fit etiam, vt nihil, quod prædicatione extrinseca dicitur de Deo, in diuinis attributis debeat numerari: qualia sunt, esse cognitum, creare, gubernare, sanctificare res, & similia. Fit demum, vt si perfectio aliqua simpliciter significetur cum admixtione alicuius alterius, quoad id quod admiscetur, non sit attributum.

Prædestinare, prouidere & scire libera sciencia an sint in diuinis attributis numeranda.

Quare, quia licet cognitio, & volitio diuina perfectiones sint simpliciter, vt tamen terminantur ad creaturas, addunt supra se ipsas respectum rationis, vt quæst. 14. & 19. ostendimus, sit, vt neque Deum velle, aut scire hoc vel illud creatum, & per consequens, neque prouidere, & prædestinare, quoad id quod eiusmodi actus addunt supra velle & scire diuinum, locum habeant inter attributa diuina: aliàs si nihil horum voluisset Deus ex æternitate, vt potuit, attributo aliquo perfectione quæ cauisset, quod nulla via est concedendum.

Scoti opinio de diuinis attributorum distinctione.

His ita constitutis, Scotus in 1. dist. 8. q. 4. affirmat, attributa diuina inter se, & à diuina essentia distingui ex natura rei formaliter, ita scilicet, vt quamuis intelligere, velle, diuina essentia, sint vna & eadem res: ratio tamen formalis vnus nō sit ratio formalis alterius, sed ex natura rei seclusa intellectus operatione diuersa sint, seu potius nō idē formaliter. Quod si Scoto obiicias, ea opinione data, tolli diuinā simplicitatem: id negat, rationemque reddit. Quoniam, inquit, attributa diuina non sunt forma, quæ aduent, informantur diuinam essentiam, rationemque subeant parvis eo modo, quo forma create partes sunt, compositionemque efficiunt cum rebus, quarum sunt forma: sed solius sunt rationes formales, à quibus essentia formaliter est realis, puta intelligens, volens, aut aliquid simile: cum verò idem sint re cum essentia, ait, neque vllam cum ea efficiere compositionem, neque etiam tollere Dei simplicitatem.

Suadetur primò.

Potest verò hæc sententia suaderi primò, quoniam filius in diuinis producitur per intellectum, & non per voluntatem: Spiritus sanctus verò producitur per voluntatem, & non per intellectum: ergo intellectus & voluntas ex natura rei seclusa operatione intellectus distinguuntur in Deo, ac proinde distinguuntur formaliter. Consequentia est manifesta, quia si intellectus & voluntas in Deo modis omnibus essent idem ex natura rei, non magis intellectus esset principium producendi filium, quam

voluntas: voluntasque non magis esset principium producendi Spiritum sanctum, quam intellectus, ac proinde non magis filius produceretur per intellectum, quam Spiritus sanctus: nec Spiritus sanctus produceretur magis per voluntatem, quam filius.

Secundò, operatio voluntatis in Deo, nempe velle, supponit ex natura rei operationem intellectus: eò quòd, etiam in Deo nihil sit volitum, quin præcognitum, indeque est, vt processio Spiritus sancti per voluntatem supponat processionem Verbi per intellectum, sique ex natura rei ordo originis inter Filium & Spiritum sanctum, vt quæstione præcedente explicatum est: ergo intelligere & velle, intellectusque & voluntas in Deo ex natura rei distinguuntur.

Tercio, filius distinguitur ab Spiritu sancto, quia Spiritus sanctus procedit per voluntatem, filius vero per intellectum: ergo intellectus & voluntas, quæ sunt radix eius distinctionis, cum minimùm ex natura rei ac proinde formaliter distinguuntur.

Quartò, intellectus & voluntas in Deo habent obiecta diuersa à parte rei, nempe verum & bonum: habent præterea distinctas definitiones: intellectus quippe diuinus est id, quo Deus intelligit: & voluntas id, quo Deus vult, cum ergo distinctæ definitiones explicant distinctas rerum naturas: sit, vt intellectus & voluntas in Deo ex natura rei distinguantur.

Confirmatur hæc ratio, quoniam Deus vult voluntate, & non intellectu: intelligit verò intellectu, & non voluntate: ergo intellectus & voluntas in Deo diuersitatem habent ex parte rei: si namque essent idem prorsus, non diceretur Deus potius intelligere intellectu, quam voluntate: nec diceretur velle potius voluntate, quam intellectu: quod pugnat cum veritate, & communi vsu loquentium.

Quintò, intelligere & velle in Deo sunt duæ actiones immanentes: ergo ex natura rei distinguuntur: alioquin non essent duæ, sed vna: Item Deus intelligit mala culpe: nec tamen vult ea, vt est de fide: ergo inter velle & intelligere diuinum reperitur distinctio ex natura rei.

Sextò, de duobus attributis diuinis verè enunciatur duo contradicentia: ergo attributa non sunt à parte rei prorsus idem. Consequentia est manifesta, quippe cum contradicentia nequeunt simul eidem conuenire. Antecedens verò probatur, quoniam verè dixeris, iustitiam esse rationem, per quam Deus est iustus, & æternitatem non esse rationem, per quam Deus est iustus.

Septimò, intelligere in commune non est formaliter velle in commune: vt constat, quia in rebus creatis hæc non sunt idē: ergo neque intelligere infinitum, quale est diuinum, est formaliter velle infinitum. Consequentia ex eo est manifesta, quòd esse infinitum non destruit rationem eius, cui additur.

Octauò, maior est distinctio inter intelligere & velle in Deo, quam inter Deitatem & Deum: sed Deus & deitas distinguuntur ratione: ergo intelligere & velle in Deo distinguuntur maiori quadam distinctione, quam sit distinctio rationis, ac proinde ex natura rei formaliter differunt.

Sit verò prima conclusio. Omnia attributa diuina secundum suas rationes formales sunt formaliter in Deo. Vt in Deo est formaliter ratio sapientia, potentia, intellectus, &c. Si demas Rabbi Moylen, & quosdā alios, quos suppresso nomine refert, impugnatque D. Thomas, quæst. 13. art. 2. omnes conueniunt in hac cōclusionem. Hoc namque est discrimen inter perfectiones simpliciter, quales sunt attributa,

Prima cōclusio. Attributa diuina sunt formaliter in Deo, nisi formaliter.

tributa, & perfectiones, non simpliciter: quod perfectiones simpliciter sunt in Deo formaliter, perfectiones, vero non simpliciter solum sunt in Deo eminenter, vt quaest. 4. art. 2. ostensum est.

Secunda cōcl.
Neque inter se, neque à diuina essentia distinguuntur formaliter attributa.

Secunda conclusio. Attributa diuina, neque inter se, neque à diuina essentia distinguuntur ex natura rei, atque adeo neque formaliter. Hæc est contra Scotum, est tamen communis Theologorum. Eam affirmat Diuus Thomas supra q. 1. 3. art. 4. & 5. In 1. dist. 2. quaest. 1. art. 2. & dist. 22. quaest. 1. art. 3. & q. 7. de potentia, art. 5. & 6. & opusculo 72. Henricus quodlib. 5. q. 1. Durandus in 1. dist. 2. q. 2. Richardus ibidem art. 1. q. 3. Aureolus in 1. dist. 8. q. 3. Othomas & Gabriel dist. 2. quaest. 1. Gregorius dist. 8. quaest. 2. Marsilius in 1. quaest. 12. Capreolus dist. 8. q. 4. Caietanus de ente & essentia cap. 6. quaest. 12. Ferrariensis 1. contra gentes cap. 32. & ceteri, præter paucos Scoti sectatores.

Est præterea communis Sanctorum, Bernardus sermone 80. super Canticam refert, In Concilio Rheimense ab Eugenio Pontifice congregato, displicuisse valde Patribus, quod Gilbertus Pictauiensis Episcopus inter alia, quæ in eo Concilio iussu Patrum retractauit, assererit, attributa diuina non predicari de Deo in abstracto, sed in concreto, quasi Deus non esset veritas, sed verus, neque esset sapientia, aut æternitas, sed sapiens, & æternus: quod tamen in sensu formali ac simpliciter tenetur is concedere, qui assererit attributa diuina inter se, & à diuina essentia distinguuntur formaliter: non secus ac simpliciter & absolute concedendum est, actionem non esse passionem, & candorem non esse similitudinem quam fundat.

Præter testimonia Dionysij, Augustini, Hilarij, Anselmi, & Fulgentij, quæ supra quaest. 3. art. 3. citauimus, quibus manifestè docent, attributa, neque inter se, neque à diuina essentia vlllo pacto ex natura rei distinguuntur, sed in Deo hæc omnia esse vnum quid simplicissimum. præter testimonia etiam Augustini, Gregorij, Anselmi & Bernardi, quæ citauimus quaestione 10. articulo 1. disputatione 2. conclusione secunda, quibus idem affirmant de æternitate, imò de cæteris etiam attributis collatis cum essentia diuina, Dionysius ad initium quinti capitis de diuinis nominibus, Non aliud, inquit, ipsum bonum dicimus, aliud id, quod est, aliud vitam, aut sapientiam, &c. Fulgentius de fide ad Petrum tom. 1. opusculum Augustini. In Dei substantia non est aliud, quod non sit substantia, quasi aliud sit ibi substantia, aliud quod accidit substantia, quicquid ibi intelligi potest, substantia est. Verum hæc dici possunt facile, & credi, videri autem, nisi puro corde, omnino non possunt. Hæc Fulgentius. Diuus Augustinus in libro de cognitione vera vite capite 7. Deus, inquit, spiritus est, totam vitam, totam sapientiam, totam æternitatem simul essentialiter possidens, idem ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens. Legito quæ in eo capite sequuntur, & 6. de Trinitate capite 7. & 15. de Trinitate capite 6. quibus in locis affirmat, in Deo non esse aliud, esse beatum, & aliud magnum, aut sapientem, &c. Bernardus 5. de Consideratione, Non est in Deo nisi Deus, Quid? inquit, Negas Deum habere diuinitatem? Non, sed quod habet, hoc est. Et inferius: Multa dicuntur esse in Deo, sed multa vnum: alioqui si diuersa putemus, non quæternitatem habueris, sed cententiam. Verbi causa dicimus magnum, bonum, iustum, & innumera talia, sed nisi omnia vnum in Deo, & cum Deo consideres, habebis multiplicem Deum. Hieronymus lib. 1. de summo bono, sententia Molina in D. Thom.

A tia 5. Non vsu, inquit nostro aliud Deum putare, aliud pulchritudinem eius, atque aliud magnitudinem ipsius debemus. Pulchritudo, & magnitudo Dei ipse Deus est. Et sententia 6. Ideo Deus simplex dicitur, quia aliud non est ipse, & aliud quod in ipso est. Anselmus Monolog. 16. de attributis sic loquitur. Idem est quodlibet vnum illorum, quod omnia sunt simul, siue singula: vt cum dicitur iustitia vel essentia idem significat, quod alia, vel omnia simul, vel singula.

Eadem sententia fuit Aristotelis 12. Metaphys. textu 37. quo in loco docet, Deum esse simplicem substantiam, subiungitque: Simplex autem qualiter habens ipsum, id est, in quo id, quod habet, & quod habetur sunt idem. Et textu 39. ait, Deum habere vitam æternam, & esse ipsam vitam æternam. Verba Aristotelis sunt: Quære vita & duratio continua & æterna existit in Deo, hoc enim Deus. Et textu 51. affirmat Deum esse suum intelligere. Potest etiam ex doctrina illius confirmari, quoniam asseruerat Deum esse actum purum, esseque omnino immutabilem: ergo credidit attributa diuina, neque inter se, neque à diuina essentia distinguuntur ex natura rei: ægrè namque intelligi potest, quod distinguantur ex natura rei ab essentia, & diuina essentia ad ea non comparatur, vt potentia ad actum. Eadem sententia fuit Commentatoris, Auicennæ, atque Algazelis, quorum testimonia, si placent, lege apud Capreolum in prima distinctione 8. quaestione 4. articulo 1. conclusione 1. Inferamus etiam hoc loco mirabilem illam sententiam Alcinoi Philosophi Platonici, quam ex eo transcriptit Ludouicus Viues super Augustinum 8. de Ciuitate Dei capit. 6. habetque in hunc modum: Deus ipse supremus, æternus, ineffabilis, seipso perfectus, nullius rei indigus, diuinitas, essentia ratio, veritas, harmonia, bonum existit: neque verò hæc ita diuimero, vt inter seipsa disjungam, imò vt vnum potius quæta considero. Hæc Alcinous.

C Deinde rationibus potest eadem sententia probari, quoniam si attributa diuina ex natura rei distinguerentur inter se, & à diuina essentia, Deus diuina essentia, non esset omnino simplex: at c. Firmiter, & c. Damianus, de summa Trinitate & fide Catholica contrarium his verbis definitur: Vnus est Deus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres persone, sed vna essentia, substantia, seu natura simplex omnino. Conclusio verò probatur ex eo, quoniam, si attributa rei distinguerentur, sanè in diuina essentia esset multitudo quædam rationum formalium realium, quarum vna non esset alia, quod aperte pugnat cum optimo simplicitate. Etenim simplicius quid erit, in Deo vnaqueque earum, quam collectio omnium, esto reipsa inter se sint idem. Quate non satis tutam indico sententiam Scoti.

D Secundò, non plus distinguuntur attributa diuina inter se, & ab essentia, quam relationes distinguuntur ab essentia, vt etiam Scotus ipse cōfiteretur: sed in Concilio Florentino sess. 18. & 19. sæpe asseritur relationes sola ratione distinguuntur ab essentia: quod licet non sit definitio Ecclesiæ, eò quod non habeatur in definitionibus, sed in disputationibus circa processionem Spiritus sancti in eo Concilio inter Latinos & Græcos habitis, doctissimo illo Ioanne agente partes Latinorum, & Marco Ephesino partes Græcorum: est tamen maxime cuiusdam auctoritatis, non solum propter viri eruditionem, sed etiam quia Concilium annuere, approbareque videtur disputationem: neque ea de re vlla fuit concertatio, sed consensus vnanimis inter Græcos & Latinos: sic ergo, vt attributa diuina, neque inter se, neque à diuina essentia distinguantur ex natura rei.

Confirmatur rationibus proposita sententia.

Scoti sententiam non ita tutam esse.

E F Tertio, non plus distinguuntur attributa diuina inter se, & ab essentia, quam relationes distinguuntur ab essentia, vt etiam Scotus ipse cōfiteretur: sed in Concilio Florentino sess. 18. & 19. sæpe asseritur relationes sola ratione distinguuntur ab essentia: quod licet non sit definitio Ecclesiæ, eò quod non habeatur in definitionibus, sed in disputationibus circa processionem Spiritus sancti in eo Concilio inter Latinos & Græcos habitis, doctissimo illo Ioanne agente partes Latinorum, & Marco Ephesino partes Græcorum: est tamen maxime cuiusdam auctoritatis, non solum propter viri eruditionem, sed etiam quia Concilium annuere, approbareque videtur disputationem: neque ea de re vlla fuit concertatio, sed consensus vnanimis inter Græcos & Latinos: sic ergo, vt attributa diuina, neque inter se, neque à diuina essentia distinguantur ex natura rei.



Tertio, si sapientia, verbigratia, ex natura rei esset à Deitate distincta, ita nimirum, ut ratio vna formalis ex natura rei non esset alia, sequeretur Deitatem, consideratam præcisè à sapientia non esse se ipsa sapientem, sed aliquo alio ex natura rei ex se distincto: unde iam multa absurda sequuntur. In primis enim Deitas, comparatione sapientiae habebit instar potentiae ad suum actum. Deinde dabitur aliquid in Deo, quod seipso non sit omni ex parte perfectum, sed indigeat, ut aliquo alio perfectiatur, nempe Deitas, sapientia, cæterisque attributis. Præterea aliquid erit formaliter in Deo, quod neque sit formaliter Deus, neque Deitas, nempe sapientia & cætera attributa, quæ Scotus asserit formaliter à Deitate distinguui, ac proinde non esse formaliter, sed re dumtaxat Deitatem. Cum ergo hæc omnia absurdissima sint, dicendum erit attributa diuina, nec inter se, nec à diuina essentia distinguui ex natura rei.

Tertia conclusio. Attributa diuina tum inter se, tum à diuina essentia, virtute & eminenter distinguuntur formaliter. Conclusio in hac modum exponitur. Attributa sunt formaliter in Deo secundum suas proprias rationes formales, ut habet prima conclusio, nullaque profus est formaliter inter ea distinctio ex natura rei, quin potius omnibus modis sunt idem, ut habet secunda conclusio, nihilominus virtute & eminenter datur inter ea formalis distinctio. Sic enim Deus est formaliter singula attributa, sic habet aliquid secundum vnum attributum, & non secundum alia: sic attributum vnum in Deo est ratio alterius, aut aliud supponit, sic velle supponit intelligere, ac si illa essent distincta. Itaque distinctio formalis attributorum inter se, & ab essentia, non est formaliter in Deo, sed virtute & eminenter: perinde atque calor in sole non formaliter, sed virtute & eminenter reperitur. Quod sit, ut quemadmodum sol, licet non sit formaliter calidus, calefacit tamè ac si formaliter esset calidus: eodè quod eminenter calorem continet: ita diuina attributa perinde quoad aliquam in Deo sese habeant, ac si formaliter inter se distinguerentur: cum tamen formalis eorum distinctio non sit inter ipsa formaliter, sed virtute solum & eminenter. Conclusio hæc licet, quod recorder, non sit expressa in Diuo Thoma, est tamen quorundam, quos Scotus refert in i. dicit. 2. quaest. 7. prope finem, paulò ante solutionem argumentorum. Eandem non improbat, quin potius approbare videtur ibidem Scotus: tamen si ea non contentus, vltimus distinctionem formalem in Deo constituit. Eadem est expressa sententia Caietani inferius quaest. 39. art. 1. Quomuis autem hi autores solum loquantur de distinctione relationum diuinarum ab essentia: idem tamen dicerent de distinctione attributorum inter se, & ab essentia, ut aperte Caietanus de ente & essentia cap. 6. quaest. 12. affirmat.

Hanc conclusionem probant argumenta, quibus opinionem Scoti confirmauimus. Cum enim ostensum sit, in Deo propter omnimodam simplicitatem, aequalitatem, infinitatem, ac illuminationem cuiusque attributi, omnia esse profus idem ex natura rei: argumenta verò illa probent, aliqua conuenire Deo per rationem formalem vnius attributi, quæ eadem non conueniunt per rationem formalem alterius: eò quod præterea probent rationem formalem vnius attributi supponi à ratione formali alterius, quo modo velle supponit intelligere: sit, ut attributa & essentia perinde se habeant in Deo, ac si inter se ex natura rei distinguerentur, & quod inde

A sequitur, ut virtute ac eminenter inter se distinguantur. Quare cum nullum absurdum sit, ut ab eo, quod virtute & eminenter est tale, id proueniat, quod ab eodem proueniret, si formaliter tale esset: efficitur, ut nullum absurdum sit, id, quod in rebus creatis propter distinctionem & ex natura rei cernitur, reperiri in Deo propter eandem distinctionem, non formaliter, sed virtute & eminenter in ipso inuentam: id quod Caietanus quaest. 39. art. 1. citato ad secundum Diui Thomæ egregiè notauit, tamen si verba illius non nihil à nostris differant.

B Illud est animaduertendum, perfectiones, quæ in Deo sunt solum eminenter, quales sunt perfectiones non simpliciter rerum creaturarum, non esse in Deo virtute distinctas, quasi in eo reperiantur multa virtute distincta. Etenim cum in Deo non sint propriæ rationes formales eiusmodi perfectionum, sed solum virtute, & eminenter contineantur in vna superiori, à qua proximè vel remotè profluunt, ea virtualis ipsarum distinctio in Deo non est. Perfectiones verò simpliciter, quia secundum suas proprias rationes formales analogicas, Deo & rebus creatis communes, reperiantur in Deo, ita propter Dei infinitatem, actualitatem, illimitationem, ac omnimodam simplicitatem, vniuntur in eo in vnicam rationem formalem, ut illa virtute, ac eminenter sit plures, eaque ratione in Deo non solum sint formaliter singula perfectiones simpliciter, quæ in rebus creatis diuiduntur, sed etiam earum distinctio, quæ formaliter cernitur in creaturis, sit virtute & eminenter inter ipsasmet rationes formales, secundum esse, quod habent in Deo.

C Ad primum ergo argumentum, quo opinionem Scoti confirmabamus, concessio antecedente, neganda est consequentia: ut enim filius procedat per intellectum, & non per voluntatem, & Spiritus sanctus per voluntatem, & non per intellectum, satis est, si intellectus & voluntas in Deo virtute distinguantur ex natura rei, neque est necesse, ut formaliter contineant distinctionem ex natura rei: quippe cum, ut dictum est, à distinctione ex natura rei reperiatur virtute & eminenter inter aliqua, id prouenire possit, quod à distinctione ex natura rei, si inter illa formaliter daretur, eueniret. Ad probationem verò consequentiæ dicendum videtur, si intellectus & voluntas ita ex natura rei essent idem modis omnibus, ut neque virtute continerent formalem diuersitatem, sequelam fore optimam: ac cum ita sint idem ex natura rei omnibus modis, ut nihilominus virtute complectantur distinctionem formalem, nullam esse vim in sequela.

D Ad secundum, concessio etiam antecedente, neganda est consequentia: eò quod ad id quoque distinctio virtualis inter illa sufficiat. Quo eodem modo ad tertium respondebis.

E Ad primam partem quarti argumenti, concessio antecedente de obiecto quoad rationem sub qua, non verò de obiecto primario, quod à Deo intelligitur & amat (hoc enim vnum est & idem, nempe diuina essentia) negandum est inde fieri, ut intellectus & voluntas in Deo distinguantur ex natura rei: satis namque est, si propter omnimodam simplicitatem, ac illimitationem diuinam, virtute solum inter se distinguantur.

F Ad secundam partem negandum est, intellectum & voluntatem diuinam, quicquamve eorum, quæ in Deo sunt formaliter, posse propter sui simplicitatem, illimitationem, ac omnimodam infinitatem definiti: explicationes autem illæ, & aliæ similes, quas fingimus, consueuntur instar definitionum, quibus

MOL
IN
D

Tertia cõcl.
Attributa
diuina
inter se &
à diuina essen-
tia, virtute
& eminenter
distinguuntur
formaliter.

Perfectiones
non simpliciter
rerum creaturarum
in Deo, non
distinguuntur
in Deo
virtute.

Ad primum
arg. pro Scoti
sententia.

Ad secundum
Ad tertium

Prima pars
quarta arg.
pro Scoti
sententia.

quibus definire consuevit perfectiones, quae in rebus creatis diuinae sunt, ac limitatae. Quod si perfectio aliqua diuina explicari posset, ut est in Deo, simul explicarentur omnes: quemadmodum fieri etiam nequit, ut una cognoscatur, ut est in se, quin caetera cognoscantur.

Ad confirmationem. Ad confirmationem, admissio antecedente, neganda est consequentia: quia ad id distinctio virtualis satis est.

Ad quintum arg. Ad primam partem quinti argumenti respondeo, intelligere & velle esse duas actiones immanentes, ratione tantum, virtuteque distinctas: esse tamen vnum quid simpliciter, & non plura ex natura rei. Ad secundam partem dico, ad id quoque sufficientem esse distinctionem ex natura rei virtute repositam inter intelligere & velle diuinum. Aduerte tamen, velle, aut non velle aliquid extra Deum, solum addere in Deo respectum rationis, aut negationem talis respectus, supra velle diuinum, quo Deus seipsum vult: quoad huiusmodi vero respectum, aut negationem, esse poterit distinctio ex natura rei, qualis esse potest inter respectus rationis, aut negationis.

Ad sextum. Ad sextum, concessio antecedente, neganda est consequentia: quia ad id sufficit diuersitas, pluralitasque virtualis: imò saepe satis est sola distinctio rationis.

Ad septimum. Ad septimum, concessio antecedente, si intelligatur ratione intellectuum & volitionum creaturarum, neganda est consequentia: quia intelligere diuinum non quouis modo est infinitum, sed ita, ut sit illimitatum ad omnem perfectionem simpliciter, ratione cuius illimitationis habet, ut formaliter sit omnis perfectio simpliciter, ac proinde, ut sit formaliter velle, &c.

Ad octauum. Ad octauum, concessio maiori, & minori, neganda est consequentia: intra limites namque distinctionis rationis maior est distinctio inter intelligere & velle, quam inter Deum & Deitatem; eod quod, cum intelligere & velle distinguantur virtute ex natura rei, longè maius habeant fundamentum distinctionis rationis: quam Deus & Deitas: quae de causa de Deo & Deitate solum formamus duos conceptus formales, qui distinguuntur abinuicem tamquam conceptus concreti & abstracti: de attributis vero diuinis formamus conceptus formales prorsus diuersos.

DISPUTATIO III.

Virum attributa diuina inter se & à diuina essentia ratione distinguantur.

Aureoli & nominalium sententia. Aureolus in 1. dist. 8. quaest. 3. Othomas, & Gabriel d. 2. q. 2. Gregorius d. 8. q. 2. Marsilius in 1. q. 12. & quidam alij affirmant, attributa diuina inter se & à diuina essentia, non in eo sensu distincti ratione, quasi etiam quando apprehenduntur distinctis conceptibus, detur distinctio aliqua rationis, in ipsis perfectionibus, quae sunt in Deo sed distinctio, in quantum est in ipsis conceptibus, quibus apprehenduntur, qui diuersi sunt inter se, non vero in perfectionibus apprehensis. Unde nonnulli ex his Doctoribus concedunt, Deum voluntate intelligere, & intellectu velle eod quod, ut dicunt, intellectus & voluntas in Deo sunt idem prorsus. Superuacaneum vero duxi referre argumenta, quibus ad haec asserenda ducuntur.

Prima conclusio. Sic ergo prima conclusio: Attributa diuina comparatione intellectus viatoris, qui ea apprehendit, ita distinguuntur ratione, ut distinctio non solum sit in conceptibus formalibus, quibus apprehenduntur. Molina in D. Thom.

A tur, sed etiam in rationibus ipsis formalibus apprehensis, seu in conceptibus obiectiuis, per comparationem tamen ad formales, per quos percipiuntur. Probatur conclusio, quoniam, ut q. 1. artic. 4. cum D. Thomas rationem reddit quare nomina diuinorum attributorum synonyma non sunt, explicatum est, viatores tam homines, quam Angeli, de perfectionibus simpliciter, quas Deus vnitas in se complectitur, formant distinctos conceptus, idque propterea quod concipiunt eas ex his, quae sunt in rebus creatis, ut sapientiam diuinam ex creatis, voluntate diuinam ex creatis, & ita de reliquis: quare sicut diuersae perfectiones creaturarum sunt vnitate in Deo, tamquam in causa, nullaque earum adaequatè, ac plenè imitatur perfectionem diuinam: ita diuersi conceptus perfectionibus creaturarum proportionati, quos viatores de diuinis perfectionibus formant, significat quidem in Deo vnica simplicissimam rationem formalem, in se formaliter ac vnitate habentem rationes omnes formales perfectionum simpliciter, quae in rebus creatis sunt diuinae, nullus tamen eorum ea adaequatè, quoad perfectiones omnes, quas formaliter, ac vnitate in se habet, repraesentat: eod quod non sit conceptus illius, ut est in se: viatores ergo propter rationem redditam, de eadem simplicissima ratione formali multos eliciunt conceptus formales, quibus, quoad ea, quae in seipsa formaliter comprehendit, inadaquatè repraesentatur, & licet illa in se vnitate simul sit sapientia, iustitia, misericordia, &c. conceptus tamen & nomen sapientiae solum illa significant, quia est sapientia, & quoad huius rationem, & non quia est iustitia, aut misericordia, nec secundum iustitiam & misericordiam rationem: quod idem de conceptibus, ac nominibus iustitiae, & misericordiae, caeterorumque attributorum dicendum est.

B Quamobrem efficitur, ut in illa simplicissima ratione formali distincti sint conceptus obiectiui, conceptibus illis formalibus respondentes, ita scilicet, ut distinctus conceptus obiectiuus sit Deus, ut habet rationem sapientiae, per comparationem ad conceptum, quem diuina sapientia format viator, à seipso, ut habet rationem iustitiae, misericordiae, &c. distinctus, inquam, non re, neque ratione formali, quasi in Deo alia res, aut alia ratio formalis sit sapientia à iustitia, misericordia, aut à quouis alio attributo, sed ratione facta collatione ad distinctos formales conceptus, quos viator effingit, effingere potest de sapientia, iustitia, misericordia, & reliquis attributis. Non ergo distinctio rationis attributorum diuinorum est solum in conceptibus formalibus diuersis, qui de illis à viatoribus efformantur, ut Aureolus, & Doctores Nominales arbitrantur, sed etiam in ipsis rationibus attributorum conceptibus formalibus inadaquatè significatis, atque ad eod in conceptibus ipsis obiectiuis per comparationem ad conceptus formales. Imò vero quia origo huius distinctionis rationis est formalis distinctio, quam rationes ipsae attributorum ex natura rei, ut ostensum est, virtute, ac eminenter inter se habent: in Deo que est fundamentum, ut intellectus viatoris illos omnes inadaquatè conceptus formeret, quatenus ea omnia, quae ita diuisim ob sui in perfectionem ac debile lumen concipit, in Deo sunt formaliter & vnitate, quae de causa multiplicitas illa conceptuum neque est distinctio, nec geminatio synonymae apprehensionis eiusdem rei, vel vera conceptio per partes eorum, quae in Deo sunt formaliter ac vnitate, inquam, haec ita se habent, merito diuus Thomas in prima dist. 2. quaestione 1. articulo 9. & latius artic. 3. & dist. 22.

C *Atributa distincti sunt conceptus obiectiui comparatione distinctorum formalium, quos de eis format viator.* Quamobrem efficitur, ut in illa simplicissima ratione formali distincti sint conceptus obiectiui, conceptibus illis formalibus respondentes, ita scilicet, ut distinctus conceptus obiectiuus sit Deus, ut habet rationem sapientiae, per comparationem ad conceptum, quem diuina sapientia format viator, à seipso, ut habet rationem iustitiae, misericordiae, &c. distinctus, inquam, non re, neque ratione formali, quasi in Deo alia res, aut alia ratio formalis sit sapientia à iustitia, misericordia, aut à quouis alio attributo, sed ratione facta collatione ad distinctos formales conceptus, quos viator effingit, effingere potest de sapientia, iustitia, misericordia, & reliquis attributis. Non ergo distinctio rationis attributorum diuinorum est solum in conceptibus formalibus diuersis, qui de illis à viatoribus efformantur, ut Aureolus, & Doctores Nominales arbitrantur, sed etiam in ipsis rationibus attributorum conceptibus formalibus inadaquatè significatis, atque ad eod in conceptibus ipsis obiectiuis per comparationem ad conceptus formales. Imò vero quia origo huius distinctionis rationis est formalis distinctio, quam rationes ipsae attributorum ex natura rei, ut ostensum est, virtute, ac eminenter inter se habent: in Deo que est fundamentum, ut intellectus viatoris illos omnes inadaquatè conceptus formeret, quatenus ea omnia, quae ita diuisim ob sui in perfectionem ac debile lumen concipit, in Deo sunt formaliter & vnitate, quae de causa multiplicitas illa conceptuum neque est distinctio, nec geminatio synonymae apprehensionis eiusdem rei, vel vera conceptio per partes eorum, quae in Deo sunt formaliter ac vnitate, inquam, haec ita se habent, merito diuus Thomas in prima dist. 2. quaestione 1. articulo 9. & latius artic. 3. & dist. 22.

D *Atributa distincti sunt conceptus obiectiui comparatione distinctorum formalium, quos de eis format viator.* Quamobrem efficitur, ut in illa simplicissima ratione formali distincti sint conceptus obiectiui, conceptibus illis formalibus respondentes, ita scilicet, ut distinctus conceptus obiectiuus sit Deus, ut habet rationem sapientiae, per comparationem ad conceptum, quem diuina sapientia format viator, à seipso, ut habet rationem iustitiae, misericordiae, &c. distinctus, inquam, non re, neque ratione formali, quasi in Deo alia res, aut alia ratio formalis sit sapientia à iustitia, misericordia, aut à quouis alio attributo, sed ratione facta collatione ad distinctos formales conceptus, quos viator effingit, effingere potest de sapientia, iustitia, misericordia, & reliquis attributis. Non ergo distinctio rationis attributorum diuinorum est solum in conceptibus formalibus diuersis, qui de illis à viatoribus efformantur, ut Aureolus, & Doctores Nominales arbitrantur, sed etiam in ipsis rationibus attributorum conceptibus formalibus inadaquatè significatis, atque ad eod in conceptibus ipsis obiectiuis per comparationem ad conceptus formales. Imò vero quia origo huius distinctionis rationis est formalis distinctio, quam rationes ipsae attributorum ex natura rei, ut ostensum est, virtute, ac eminenter inter se habent: in Deo que est fundamentum, ut intellectus viatoris illos omnes inadaquatè conceptus formeret, quatenus ea omnia, quae ita diuisim ob sui in perfectionem ac debile lumen concipit, in Deo sunt formaliter & vnitate, quae de causa multiplicitas illa conceptuum neque est distinctio, nec geminatio synonymae apprehensionis eiusdem rei, vel vera conceptio per partes eorum, quae in Deo sunt formaliter ac vnitate, inquam, haec ita se habent, merito diuus Thomas in prima dist. 2. quaestione 1. articulo 9. & latius artic. 3. & dist. 22.

E *Atributa distincti sunt conceptus obiectiui comparatione distinctorum formalium, quos de eis format viator.* Quamobrem efficitur, ut in illa simplicissima ratione formali distincti sint conceptus obiectiui, conceptibus illis formalibus respondentes, ita scilicet, ut distinctus conceptus obiectiuus sit Deus, ut habet rationem sapientiae, per comparationem ad conceptum, quem diuina sapientia format viator, à seipso, ut habet rationem iustitiae, misericordiae, &c. distinctus, inquam, non re, neque ratione formali, quasi in Deo alia res, aut alia ratio formalis sit sapientia à iustitia, misericordia, aut à quouis alio attributo, sed ratione facta collatione ad distinctos formales conceptus, quos viator effingit, effingere potest de sapientia, iustitia, misericordia, & reliquis attributis. Non ergo distinctio rationis attributorum diuinorum est solum in conceptibus formalibus diuersis, qui de illis à viatoribus efformantur, ut Aureolus, & Doctores Nominales arbitrantur, sed etiam in ipsis rationibus attributorum conceptibus formalibus inadaquatè significatis, atque ad eod in conceptibus ipsis obiectiuis per comparationem ad conceptus formales. Imò vero quia origo huius distinctionis rationis est formalis distinctio, quam rationes ipsae attributorum ex natura rei, ut ostensum est, virtute, ac eminenter inter se habent: in Deo que est fundamentum, ut intellectus viatoris illos omnes inadaquatè conceptus formeret, quatenus ea omnia, quae ita diuisim ob sui in perfectionem ac debile lumen concipit, in Deo sunt formaliter & vnitate, quae de causa multiplicitas illa conceptuum neque est distinctio, nec geminatio synonymae apprehensionis eiusdem rei, vel vera conceptio per partes eorum, quae in Deo sunt formaliter ac vnitate, inquam, haec ita se habent, merito diuus Thomas in prima dist. 2. quaestione 1. articulo 9. & latius artic. 3. & dist. 22.

F *Atributa distincti sunt conceptus obiectiui comparatione distinctorum formalium, quos de eis format viator.* Quamobrem efficitur, ut in illa simplicissima ratione formali distincti sint conceptus obiectiui, conceptibus illis formalibus respondentes, ita scilicet, ut distinctus conceptus obiectiuus sit Deus, ut habet rationem sapientiae, per comparationem ad conceptum, quem diuina sapientia format viator, à seipso, ut habet rationem iustitiae, misericordiae, &c. distinctus, inquam, non re, neque ratione formali, quasi in Deo alia res, aut alia ratio formalis sit sapientia à iustitia, misericordia, aut à quouis alio attributo, sed ratione facta collatione ad distinctos formales conceptus, quos viator effingit, effingere potest de sapientia, iustitia, misericordia, & reliquis attributis. Non ergo distinctio rationis attributorum diuinorum est solum in conceptibus formalibus diuersis, qui de illis à viatoribus efformantur, ut Aureolus, & Doctores Nominales arbitrantur, sed etiam in ipsis rationibus attributorum conceptibus formalibus inadaquatè significatis, atque ad eod in conceptibus ipsis obiectiuis per comparationem ad conceptus formales. Imò vero quia origo huius distinctionis rationis est formalis distinctio, quam rationes ipsae attributorum ex natura rei, ut ostensum est, virtute, ac eminenter inter se habent: in Deo que est fundamentum, ut intellectus viatoris illos omnes inadaquatè conceptus formeret, quatenus ea omnia, quae ita diuisim ob sui in perfectionem ac debile lumen concipit, in Deo sunt formaliter & vnitate, quae de causa multiplicitas illa conceptuum neque est distinctio, nec geminatio synonymae apprehensionis eiusdem rei, vel vera conceptio per partes eorum, quae in Deo sunt formaliter ac vnitate, inquam, haec ita se habent, merito diuus Thomas in prima dist. 2. quaestione 1. articulo 9. & latius artic. 3. & dist. 22.



Qua sit distinctio rationis ratiocinantis.

Beati visione beatifica non formans distinctos conceptus de diuinis attributis.

quaest. 1. art. 3. & dist. 3. quaest. 1. art. 1. ad tertium & de potentia quaest. 7. art. 6. aliisque in locis, distinctio hanc appellat rationis ratiocinantis, & eam distinguit ab altera rationis differentia, quae, quia caret fundamento in re, solum uocatur distinctio rationis ratiocinantis: exercetur autem quando idem, apprehensum ut duo extrema, sibi ipsi dicitur idem, aut quando una & eadem res modo concipitur unico conceptu, & modo per partes pluribus conceptibus, quo pacto definitum, & integra definitio essentialis, sola ratione ratiocinante distinguuntur.

Consulto etiam in conclusione proposita dictum est, attributa diuina distingui ratione iuxta modum explicatum coparatione intellectus uiatoris. Quoniam, ut quaest. 1. 3. artic. 4. ostendimus, & ex dictis quaestione 12. arti. 8. disput. 3. est etiam manifestum, non solum Deos, sed nec ullus beatorum, potest uisione beatifica intuitiue formare distinctos conceptus de diuinis attributis, aut intreri unum sine alio. Ea que de causa Zacha. 14. dicitur, In die illa erit Dominus unus, & erit nomen eius unum. Tamen, ut loco citato dictum est, alij ea ratione intelligant futurum tunc nomen Domini unum quia cessabunt idola, omnesque unum, ac uerum Deum agnoscent, & colent. Quare distinctio rationis iuxta propositam explicationem haec est, per habitudinem ad distinctos conceptus, esse nequit per comparisonem ad comprehensorem, quae comprehensor est. Dixi, quae comprehensor est, quia, ut art. 4. citato ostendimus, beati cognitione ea, quam uocant in proprio genere, formare possunt distinctos conceptus abstractiuos diuersorum attributorum ex similibus perfectionibus creaturarum: non secus ac in uia eos formare solebant. Quod si praedicta distinctio esse nequit per coparationem ad intellectum diuinum, aut cuiusuis alterius comprehensoris, quae comprehensor est, non proinde tamen negamus Deum, & beatos uisione beatifica agnoscere eam rationis distinctionem, quam attributa habent, habere possunt per comparisonem ad eam mentem, quae diuersos potest conceptus de illis formare. Verum an per comparisonem ad intellectum diuinum, uisionemque beatificam, attributa diuina aliis modis ratione distinguantur, paulo post explicabitur.

Confirmari potest conclusio proposita primo, quia natura communis, quae in re, in suisue indiuiduis est multa, apprehensa per unam notitiam est unum unitate rationis, quam habet coparata cum notitia: ergo, quae concipiuntur multis notitiis non synonymis, licet propter infinitam, illimitatamque perfectionem singulorum, sint in re unum & idem prorsus, erunt tamen multa, distincta uero ratione, facta comparisonem ad notitias, quibus concipiuntur, & quibus illud unum uariis modis inaequatè representatur. Secundo, Christus Ioan. 17. appellat multa ea, quae accepit à Patre, Omnia, inquit, quae dedisti mihi, abs te sunt, & tua mea sunt omnia. sed accepit essentiam & attributa: ergo sunt multa: non ex natura rei, ut disputatione precedente dictum est: ergo ratione. Tertio, in Concilio Florentino sess. 18. & 19. asseritur, relationem & essentiam distingui in Deo solum ratione: sed eadem est ratio de attributis inter se, & comparisonem essentiae: ergo concedenda est distinctio rationis inter attributa ipsa diuina inter se, & non solum inter conceptus quibus apprehenduntur. Postremo, Aug. 3. lib. contra Maximum cap. 10. & alibi saepe, ceterique Patres, de attributis diuinis loquuntur, ut de multis, non quidem ex natura rei distinctis, sed ratione.

Secunda conclusio. Licet concedendum non sit in Deo esse multas rationes formales reales, ac absolutas, sed unam tantum, quae formaliter & coniunctim est sapientia, intellectus, iustitia, potentia, &c. debet tamen concedi esse multa attributa, esse multos obiectiuos conceptus collatione facta cum conceptibus formalibus, quos uiores de Deo formant, quin etiam esse multas rationes uariis nominibus expressas, in ea significatione, qua ratio idem sonat, quod conceptus obiectiuus, aut id, quod nomen significat.

Probatur conclusio, quia in primis uocabulum, conceptus, ut dicitur de obiectiuo, nomen est connotatiuum, significans de formali, uel relationem rationis rei concepte ad id, quo mediante concepta est, & de materiali supponens pro re ipsa concepta, quoad id praecise quod de ea apprehensum est, uel certe significat de formali conceptum ipsum meritis, ut denominatione extrinseca & accidentaria rem ipso apprehensam denominat conceptum: sicut à uisione in oculo insidente coloratum dicitur extrinseca denominatione uisum: de materiali uero supponit pro re ipsa concepta, quoad id praecise quod de ea conceptum est. Est enim id proprium actuum animae extrinsece denominantium aliquid cognitum, apprehensum, &c. ut solum supponat pro re cognita, quoad id praecise, quod de ea percipitur. Nec ualeat argumentatio, quae ex identitate, quam habet aliquid cum re cognita, infertur illud esse etiam cognitum, aut apprehensum, quin potius, uel iuxta Aristotelis doctrinam, dicatur committi fallacia accidentis, uel iuxta recentiores dialecticos, dicatur appellatio uariari. Ut si cognoscas aliquem uenire, nescias tamen quis sit, non ualeat argumentatio, quae quis ita tecum argumentatur, cognoscis illum esse ueniensem: ille ueniens est Petrus: ergo cognoscis Petrum. Quia ergo uocabulum, conceptus obiectiuus, nomen est connotatiuum iuxta duos modos paulo ante declaratos, quorum uteruis sit uerus, supponit solum pro re concepta, quo ad id praecise, quod de ea concipitur, sit, ut licet sapientia, iustitia, misericordia ceteraque attributa diuina, in sua reali formalique ratione conueniant à patre rei, sintque unum quid simplicissimum, in ratione tamen conceptuum obiectiuorum per comparisonem ad conceptus formales, quos de eisdem attributis uiatores eliciunt, sint multa, ac proinde concedi debeat simpliciter esse distinctos conceptus obiectiuos, & quod inde sequitur, diuersas rationes nominibus attributorum significatas, in ea significatione, qua ratio idem est, quod conceptus obiectiuus nomine aliquo significatus.

Præterea, cum attributum sit id, quod Deo tribuitur, tamquam perfectio in ipso formaliter existens: attributio autem, & affirmatio non fit in re, sed uel in intellectu mediantibus formalibus conceptibus tribuente conceptum unum obiectiuum alteri, uel in uoce aut scripto, attributum certe diuinum erit idem cum conceptu obiectiuo perfectionis, quae formaliter in Deo fit, cum habitudine ad conceptum obiectiuum essentiae diuinæ, tamquam ad subiectum, cui attribuitur. Quare uocabulum, attributum diuinum, nomen est connotatiuum, de formali significans habitudinem rationis eius, quod, tanquam conceptus obiectiuus perfectionis, quae est formaliter in Deo, praedicatur de natura diuina tamquam de subiecto, & materialiter supponit pro conceptu obiectiuo talis perfectionis, cui respectus ille rationis accidentaliter conuenit. Unde est, ut, cum pro diuersitate conceptuum

Conclusio. Quae ratio in Deo sunt multa attributa.

Attributum diuinum quod de formali, quod de materiali.

ptuum formalium, quibus concipimus in Deo sapientiam, iustitiam, misericordiam, & caetera attributa, eaque diuinae essentiae mediantibus eisdem conceptibus formalibus tribuimus, & resurgent in conceptibus obiectiuis distincti respectus eius quod tribuitur, & praedicatur de diuina essentia, conceptus illi obiectiui simpliciter sint multa attributa diuina. Etenim tam ex parte significati formalis vocabuli, attributum, quam ex parte materialis, prout exigit formale, est sufficiens multiplicitas, vt vocabulum illud de illis dicatur pluraliter.

Hinc colligo, quauis haec propositiones sint falsae, sapientia in Deo non est iustitia, iustitia non est misericordia, intellectus non est voluntas, idque propterea quod ea omnia in Deo sunt vnum & idem omnibus modis ex natura rei: has tamen esse veras, ratio seu conceptus obiectiuus significatus nomine sapientia, non est ratio seu conceptus obiectiuus significatus nomine iustitia, aut misericordia, attributum sapientiae non est attributum iustitiae, aut misericordiae, & ita de caeteris attributis. Etenim significata formalia horum nominum connotatiuorum, conceptus obiectiuus, ratio significata, & attributum, multiplicia sunt in rebus, quae significantur per illa nomina, sapientia, iustitia, misericordia, &c. vt explicatum est: praeterea significata materialia pro exigentia significati formalis, etiam multiplicentur, iuxta ea, quae quaestione 1. dum de ideis diuinis erat sermo diximus. Quare sicut haec est falsa, animal non est viuens, haec tamen est vera, hoc genus non est hoc genus, ostensis illis duobus generibus, eo quod illa in ratione generis sint multa, in ratione autem rei sint vnum: ita haec est falsa, sapientia non est iustitia, haec autem est vera, attributum sapientiae non est attributum iustitiae. Simili modo licet sapientia & iustitia diuina in ratione rei sint vnum & idem omnino in Deo, in ratione tamen attributorum, quae a viatoribus Deo tribuuntur, atque in ratione conceptuum obiectiuorum, rationumve significatarum per nomina a viatoribus ad significandum imposita, sunt multa simpliciter.

Dubitatio.

Dubium est, vtum attributa diuina, etiam per comparationem ad intellectum diuinum, qui de eis non potest distinctas cogitationes habere, ratione distinguantur, ac proinde rationis diuersitas inter attributa non solum fuerit fundamentaliter, virtute ac aptitudine ex aeternitate in Deo, quatenus in eo fuit ab aeterno fundamentum, vnde creatura mente praedita, si data fuisset, formare potuit distinctos conceptus, sed etiam fuerit formaliter per comparationem ad intellectum diuinum.

Optimo Barle. Torres.

Bartholomaeus Torres hoc loco affirmat: Quomodo, inquit, distinctio rationis pullulat in re per comparationem ad quemcumque intellectum concipientem aliquid vnum, vel plura: intellectus autem diuinus licet forme vnam simplicissimam cognitionem, attamen quemadmodum per eam cognoscit punctum medium lineae, vt principium vnius partis, & finem alterius, atque adeo vt plura ita ex aeternitate cognoscit sua attributa, vt de eis potest intellectus creatus diuersos conceptus elicere, atque adeo cognoscit illa vt multa ad eum effectum, quo fit, vt attributis diuinis ex aeternitate conueniat rationis diuersitas, si conferantur cum intellectu diuino. Adde, Deum sine vilo ordine ad res creatas cognoscere sua attributa esse distincta ratione, quatenus seclusis creaturis omnibus, cognoscit Filium in diuinis procedere per intellectum: & non per voluntatem: spiritum sanctum vero procedere per voluntatem, & non per intellectum, vnde ex sola comparatione intellectus & voluntatis ad Filium & Spiritum sanctum, cognoscit intellectum suum & volunta-

A tem suam, vt multa secundum rationem, ac proinde de vt ratione distincta. Reprehendit vero Capreolum in 1. dist. 8. quaest. 4. quasi asseruerit, si nulla esse posset distinctio ex natura rei in rebus creatis, nullam quoque esse potuisse distinctionem inter attributa diuina, eo quod attributa non aliter concipi possint tamquam distincta, quam ex relatione ad res creatas. Verum tamen, si attentè legas Capreolum, immeritò huius opinionis autorem citari comperies, potiusque debuisset allegari Durandum in 1. distinctione 2. quaestione 3.

B Sit nihilominus tertia conclusio. Neque singulae perfectiones diuinae rationem habent attributi diuini, neque multae earum habent rationem distinctorum pluriusve attributorum comparatione notitiae intuitivae, siue ea diuina sit, siue cuiusuis alterius beati, sed solum comparatione intellectus distinctas notitias abstractiuas de illis efformantis, qualis est creatus. Haec probatur, quoniam, vt paulò ante explicatum est, ratio attributi diuini in eo est posita, vt sit conceptus obiectiuus perfectionis diuinae, qui per conceptum formalem tribuatur conceptui obiectiuo essentiae diuinae tamquam subiecto: sed nulla notitia intuitiua esse potest alicuius eorum, quae sunt formaliter in Deo, quin simul sit essentiae, & caeterorum, quae in ipso sunt formaliter: ergo nihil eorum quae sunt formaliter in Deo, potest habere rationem conceptus obiectiuus iuxta illum modum comparatione notitiae intuitivae, neque per eam tribui potest essentiae tamquam subiecto, atque adeo neque potest habere rationem attributi diuini comparatione talis notitiae.

3. Conclusio. Proposita dubitationi respondens.

Confirmari potest conclusio, quoniam vt aliqua dicantur plura attributa secundum rationem, non satis est, quod de illis formari possint distincti conceptus synonymi, & quod illa sint ratione plura comparatione plurium eiusmodi conceptuum, aliàs sapientia esset plura attributa diuina, quippe eum a se ipsa distinguatur ratione comparatione plurium synonymorum conceptuum, qui de illa possunt formari, vt cum mente dico, sapientia est sapientia, aut sapientia est eadem sibi ipsi: res namque per subiectum in propositione identica significata ratione distinguitur a se ipsa significata per praedicatum, relatioque identitatis eiusdem ad se ipsum est inter duo extrema ratione distincta comparatione synonymorum conceptuum: sed de iis, quae sunt formaliter in Deo, nulli plures conceptus intuitiui possunt formari, qui non sint synonymi, prorsusque iidem, vt quaestione 1. articulo octauo, disputatione tertia ostensum est: ergo comparatione notitiae intuitivae neque aliquid eorum, quae sunt in Deo, potest habere rationem attributi, neque multa eorum possunt habere rationem distinctorum, pluriusve attributorum.

D Scio Capreolum loco citato in responsione ad 15. Scoti, & ad primum eorum quae vltimo loco fuerant proposita, affirmare, beatos visione beatifica formare posse distinctos conceptus de his, quae sunt formaliter in Deo, propter limitationem qua ipsorum intellectus limitatur, ratione cuius, inquit, nequeunt vnicò conceptu percipere omnia, quae sunt formaliter in Deo. Idemque visus est innuere Caietanus supra q. 13. a. 4. imò & D. Thomas, in 1. d. 2. q. 1. a. 3. in 4. ex iis, quae in eo articulo pertractat.

E Contrarium vero cum eodem D. Thoma satis aperte ostendimus disputatione 3. citata. Etenim limitatio, finitave potentiae cuiusque beati, est quidem in causa, cur nullus beatorum cognoscere possit

Capreoli, & Caietani opinio.

Resoluitur.



possit quicquam eorum, quæ in Deo sunt formaliter, quantum illud ex se cognosci valet: non tamen ut non possit intueri omnia, quæ in Deo sunt formaliter, quippe cum illa, & finita sint quoad numerum, & propter omnimodam identitatem, quam habent inter se, contradictio sequatur, si vnum intuearis, reliqua interim non inueniend.

4. Conclus.

Quarta conclusio. Deus ex æternitate scientia naturali cognouit distinctionem, in ratione plurium attributorum, quam perfectiones, quæ in ipso sunt formaliter, habere poterant per comparationem ad intellectum creatum, qui diuersos de illis conceptus potest effingere, & esse quam per scientiam liberam ex eadem æternitate cognouit, quam distinctionem erant re ipsa habitura. Hæc est notissima, quoniam neque per scientiam naturalem latere Deum quicquam poterat eorum, quæ quicumque ratione esse possent, neque per scientiam liberam, quid esset re ipsa futurum.

5. Conclus.
Attributa
ut ex æternitate habuerint distinctionem rationis comparatione intellectus diuini.

Quinta conclusio. Perfectiones, quæ sunt formaliter in Deo, multis de causis distinguuntur ratione, per comparationem ad intellectum diuinum, atque ad eam distinctionem rationis inter eas ex æternitate ipsis conuenit formaliter, & non solum fundamentaliter ac aptitudine, per comparationem ad intellectum diuinum. Hanc probant argumenta, quæ Torres confecit. Etenim Deus, qui eodem intuitu suas omnes perfectiones ex æternitate vidit, cognouit etiam illas virtute inter se distingui, ac plures esse, indeque provenire, ut aliquid conueniat sibi per intellectum, quod non per voluntatem, nempe producere Filium, & aliquid per voluntatem, quod non per intellectum, nempe producere Spiritum sanctum: simul etiam eodem intuitu cognouit, propter infinitam ac illimitatam perfectionem cuiusque eorum, vnamquamque includere ceteras, esseque omnes vnum quid simplicissimum: quare cognouit illas in ipsismet, absque vilo respectu ad res creatas, ut plures virtute, quæ pluralitas cognita, sanè pluralitas est secundum rationem. Præterea visione earundem perfectionum cognouit eas in se ipsis esse tales, ut de illis intellectus creatus formare posset multos conceptus inadaquatios, atque ad eam esse multa comparatione illorum conceptuum, fortisque rationem multorum attributorum, si cum eis conceptibus conferantur: ergo apprehendit illas per suum intellectum, ut multas illo modo, quæ multiplicitas ita apprehensa, est multiplicitas rationis per comparationem ad intellectum illam apprehendentem. Quod fit, ut perfectiones illæ per comparationem ad intellectum diuinum ex æternitate habuerint distinctionem rationis inter se. In his Capreolus loco citato nobiscum sentit.

DISPUTATIO IV.

Utrum singulis attributis, & essentia diuina, omnia, & singula reliqua essentialia sint.

Secundæ opinio.

Sorsus, & qui illum sequuntur, ut affirmant attributa, tum inter se, tum à diuina essentia formaliter distingui, sic assererent necesse est, nullum eorum esse de intrinseca ratione cæterorum, quin potius in sensu formali vnumquodque eorum significatum in abstracto verè negari de reliquis similiter significatis.

1. Conclus.
Attributa diuina inter se, & cū di-

Sit nihilominus hæc conclusio. Attributa diuina, secundum esse, quod habent in Deo, ita affecta sunt inter se, & cum diuina essentia, ut de ratione

A cuiusque eorum sint cætera, ipsaque diuina essentia. Probatur conclusio, quoniam tum vnumquodque attributorum, tum etiam diuina essentia de sua intrinseca ratione formali est in Deo, non solum quiddam infinitum, sed etiam illimitatum quoad perfectionem, omnivè ex parte perfectum, ac proinde de sua intrinseca ratione habens omnem vniuersim perfectionem simpliciter: si namque de sua intrinseca ratione formali non haberet omnem vniuersim perfectionem simpliciter, sanè de sua intrinseca ratione non esset illimitatum quoad perfectionem, omnivè ex parte perfectum, ac proinde vel nulla ratione esset omni ex parte perfectum, vel perfectetur aliquo alio superaddito, quod esset extra intrinsecam ipsius rationem, atque adeo à quo ex natura rei distingueretur, comparareturque ad illud, ut potentia ad actum: cum autem hæc omnia diuine simplicitati repugnent, naturæque ipsi perfectionum, quæ formaliter sunt in Deo, sic, ut tam attributa diuina, quam essentia ita sint inter se affecta, ut singula sint de intrinseca ratione cæterorum, vsque ad eam in Deo hæc omnia sint vnum, ut neque plus perfectionis, entitatis, aut rationis formalis realis sint hæc omnia in Deo, quam vnumquodque eorum, neque minus vnumquodque eorum, quam omnia simul: id quod affirmat Anselmus Monologo 16. in testimonio disp. 2. cõcl. 2. citato, cæteraque testimonia Augustini, Bernardi, aliorumque Patrum ibidem citata, & pleraque alia id ipsum sonant.

Neque placet, quod Torres ad hunc locum affirmat, vnumquodque videlicet attributum non propter suam rationem formalem, sed propter essentiam quam includit, includere reliqua attributa. Arbitror namque cum Caietano de ente & essentia cap. 6. quest. 12. vnumquodque de sua ratione formali dicere ex se omnem perfectionem simpliciter, ac proinde reliqua attributa, tamen à nobis concipiatur & significetur, ut distinctum à reliquis, & limitatum ad certam perfectionem, idque, quia concipitur à nobis ex perfectione, atque ad modum perfectionis limitatæ, quæ ei in rebus creatis respondet.

Obiicies, implicat contradictionem aliqua duo mutuo se includere intrinsecè & essentialiter: id namque quod includitur essentialiter in alio, est quid minus includente, ac proinde repugnat includere vicissim in se id, in quo essentialiter includitur, sic quia animal includitur essentialiter in homine, minus continet in se essentialiter, quam homo, & ob id implicat contradictionem includere vicissim hominem in se essentialiter: fit ergo, ut attributa non possint sese mutuo includere.

Ad hoc argumentum dicendum est, quamuis contradictionem implicet, duo aliqua distincta aliquo modo ex natura rei sese mutuo intrinsecè & essentialiter completi, quo pacto contradictio sequetur, si homo & animal, quæ ex natura rei distinguuntur, sese intrinsecè contineant, eod quod homo supra animal addat rationale: attamen nullam esse contradictionem, si aliqua, quæ sunt idem ex natura rei, distincta solum ratione ac virtute, ita sint affecta, ut ratione cuiusque eorum sint cætera, aut potius, cætera sint prorsus ipsamet ratio, atque essentia cuiusque cæterorum. Itaque argumentum optime probat, non rectè dici attributa se mutuo includere, quippe cum includere propriè loquendo sit continere addendo, aut ambiendo, quali contentens sit quid distinctum à contento, illudque excedens, quæ aliena omnino sunt ab attributis diu-

MOL
IN
D

una & scilicet, ita ut effecta, ut de ratione intrinseca cuiusque sint cætera.

Insuper sententia Barth. Torri.

Vnumquodque accipitur tum dicitur de sua ratione formali dicit omnem perfectionem.

Obiicit.

Solutio.

Attributa diuina inter se, & cū di-

nis & essentia, inter quae est omnimoda identitas ex natura rei. Qua de causa nos hactenus abstinui-
mus ab eo modo loquendi, quo quidam videntur
dicentes, attributa se mutuo includere, vti quae sumus
potius hoc alio de ratione cuiusque attributi sunt ca-
etera, aut potius, caetera sunt ratio, & essentia cuiusque
aliorum. Tolerandus verò est ille alius modus lo-
quendi, quia saepe non facile occurrunt verba, qui-
bus explicetur, esse mutuo de ratione essentiae, &
caeterorum, sanoque modo est intelligendus, ita vt
non sit propria inclusio.

**Obiectio al-
tera.** Obiicitur rursus, si tanta esset identitas inter at-
tributa inter se, & cum diuina essentia, quanta ex-
plicata est, sequeretur hanc esse vocam, intellectus di-
uini, quatenus intellectus, est voluntas diuina, quatenus
voluntas, & e contrario: ergo Filius, qui procedit per
intellectum, procedit per voluntatem, imò, quatenus pro-
cedit per intellectum, procedit per voluntatem, quod tam-
en est falsum, pugnatq; cum dictis disputatione 2.

Diluitur. Ad hoc argumentum concederem primam con-
sequentiam, praeterquam si particula, quatenus, sumat-
ur specificatiue, ac sic sensus, intellectus, quatenus
intellectus, id est, sub ratione formali intellectus,
aut quoad rationem formalem intellectus, est vo-
luntas, quatenus voluntas, id est, sub ratione formali
voluntatis, aut quoad rationem formalem voluntatis:
ita tamen consecutione concessa, neganda est
secunda, qua inferitur: ergo Filius procedit per vo-
luntatem, & quatenus procedit per intellectum, pro-
cedit per voluntatem. Ratio est, quoniam Filio con-
uenit procedere per intellectum, quatenus intelle-
ctus virtute distinguitur à voluntate: quare ex eo,
quòd intellectus & voluntas sint idè omnino for-
maliter, & ob id intellectus, quatenus intellectus,
sit voluntas, qui infert, Filium procedere per vo-
luntatem, committit fallaciam accidentis, dñ quod
conuenit vni, quatenus aliquo modo distinguitur
ab alio, infert conuenire illi alteri, quòd aliàs est
idem cum illo: esset verò optima consequentia, si
inferretur, ergo filius procedit per rationem formalem,
quo formaliter est voluntas. Multò apertius secunda
consequentia est nulla, si in consequente particula,
quatenus, sumatur reduplicatiue, & sic sensus, quia
procedit per intellectum, procedit per voluntatem.
Etenim quia natura diuina habet, vt sit ratio
formalis intellectus, habet, vt sit principium quo
productionis Filij, & quia habet, vt sit ratio forma-
lis voluntatis, habet vt sit principium quo produ-
ctionis Spiritus sancti, & non è contratio: quare si
particula illa sumatur reduplicatiue, denotetque
rationem & causam productionis, consequentia
apertè est nulla, quippe cum denoteretur diuersa
omnino ratio, propter quam à natura diuina, tam-
quam à principio quo, procedit Filius.

DISPUTATIO V

Ytrum relationes diuinae ex natura rei distin-
guantur à diuina essentia.

Scorus in ead. q. 7. a. 1. dicit, diuinas relationes dis-
tingui à diuina essentia formaliter, atque adeò
in sensu formali paternitatem non esse essentiam,
aut è contratio, sed solum in identico, vt in nauunt
identitatem realem, non verò formalem.
Suaderi autem potest hæc sententia. Primò, quon-
iam siq; nequit, vt idem prorsus ex natura rei sit
commune multis suppositis, in quibus re ipsa sit, &
non sit commune illis, sed sit in vno illorum tan-
tùm, id enim contradictionem implicat, sed essentia
diuina ex natura rei seclusa operatione intellectus,

Soni opinio
de distinctio-
ne relationum
ab essentia.
Probat
primò.

A est in tribus personis diuinis: paternitas verò est in
solo Patre: ergo essentia & relatio paternitatis ex
natura rei distinguuntur formaliter.

Secundò.

Secundò Patet generando Filium praebet ei ef-
sentiam, & non paternitatem: vt ei im habetur in
Concilio Florentino; in litteris sanctæ vnionis, in
decreto de processione Spiritus sancti, Pater omnia
qua Patris sunt, vni genitio suo gignendò dedit, praeter esse
Patrem: ergo paternitas & essentia non sunt idem
formaliter.

Tertiò.

B Tertiò, eadem numero ratio formalis non po-
test esse simul absoluta, & respectiua: absolutum
namque & respectiuum differunt genere: praeter-
reà respectiuum est ad aliud, absolutum verò non
est ad aliud: quare si eadem numero ratio formalis
simul esset absoluta & respectiua, simul esset ad
aliud, & non esset ad aliud, quod contradictionem
implicat: ergo inter essentiam & relationem ex na-
tura rei datur diuersitas formalis.

Quartò.

Quartò eadem numero, prorsusque simplex ra-
tio formalis, non potest esse simul principium vt ali-
qua conueniant, & sint vnum realiter inter se, & vt
distinguantur realiter: sed essentia diuina est princi-
pium, vt tres personæ diuinæ conueniant, & sint
realiter vnum inter se in ratione vnius Dei: paterni-
tas verò est principium distinguens realiter Patrem
à reliquis personis diuinis, vt vtrumque constat ex
illo Concilij Lateranensis cap. Firmiter, de summa
Trinitate & fide Catholica, Hæc sancta Trinitas se-
cundam communem essentiam indiuidua, & secundam
personales proprietates discreta: ergo essentia diuina
& paternitas in Deo non sunt idem formaliter.

Quintò.

C Quintò, argumentatur Scotus, Pater æternus,
intelligendo se, intelligit essentiam suam & pater-
nitatem: aut ergo intelligit essentiam suam & pater-
nitatem, vt duo obiecta formalia, aut vt vnum,
alio atque alio modo conceptum: si des hoc secun-
dum, sequitur paternitatem & essentiam solum
distingui penes modum concipiendi, non secus ac
Deus & deitas, aut homo & humanitas, & cum
solus modus concipiendi sufficiens non sit, vt
vnum ex natura rei sit communicatum multis,
alterum verò minime, sequetur essentiam & pater-
nitatem non ita se habere, vt essentia ex natura
rei communicata sit tribus personis diuinis, pater-
nitas verò non item, quod tamen est hæreticum:
si autem des primum, argumentor in huc modum:
Notitia intuitiua est rei actu existens in eorum
natura: cum ergo Deus intelligat essentiam & pater-
nitatem per notitiam intuitiuam, vt duo obiecta
formalia, sit vt essentia & paternitas prius no-
stro intelligendi more existant vt duo, quam sit ip-
samet notitia, quippe cum obiectum præcedat noti-
tiam (intuitiuam præsertim) cuius est obiectum,
ac pròinde sit, vt essentia & paternitas ex natura
rei sint duo obiecta formalia, distincta inter se for-
maliter, quod erat probandum.

Durandi de
ead. re sente-
tia, qua tri-
bus asserit
continetur.
Primum.

E Durandus in 1. dist. 33. q. 1. tria affirmat. Primum
est: Relationem & essentiam in Deo non distingui se-
cundum rationem. Id probat, quoniam distinguuntur se-
cundum operationem intellectus, quippe cum à parte
rei in persona Filij sit essentia & non paternitas:
quæ autem ita sunt affecta, vt à parte rei seclusa
operatione intellectus vnum sit in vno supposito,
in quo non est aliud, ex natura rei distinguuntur.

Secundum.

Secundum est: Simpliciter & absolute affirmandum
non esse, relationem & essentiam distingui re inter se.
Quod probat, quoniam, quæ simpliciter & absolu-
tè distinguuntur ab inuicem, ita habent inter se, vt
vnum re ipsa non sit aliud: relatio autem & essentia
diuina

diuina non ita se habent, quin potius paternitas realiter est essentia, & e contrario: tamen non adaequatè, eò quòd paternitas ita sit realiter essentia, vt realiter non sit, quicquid est idem cum essentia, quia non est filiatio, quæ etiam est idem cum essentia. Atque hoc appellat Durandus relationem & essentiam esse idem re non adaequatè.

Tertium.

Tertium est: *Afferendum esse relationem & essentiam distingui re, non simpliciter, sed secundum quid, nempe cum hoc addito diminutive, aliquo modo.* Id probat, quoniam aperte colligitur ex duobus prioribus assertis: etenim cum non distinguantur solum ratione, fit, vt ex natura rei, ræque ipsa distinguantur: & cum simpliciter, & absolute non distinguantur secundum rem, fit, vt aliquo modo, & secundum quid distinguantur. In quo autem positum sit distingui secundum rem aliquo modo, explicat, dicens: *Nel in eo esse positum, quòd non sint idem re adaequatè modo paulo ante explicato, vel in eo, quòd distinguuntur sicut res, & modus habendi eandem rem.* Essentia namque est res: paternitas verò, & quæcumque alia relatio est modus realis habendi illam. Nec propter eò & formaliter loquendo, ait Durandus, paternitas est essentia, aut essentia est paternitas. Quòd fit, vt in hoc ultimo modo explicandi, in quo consistat essentiam & relationem distingui re aliquo modo, omnino conveniat Durandus cum Scoto afferente, essentiam & relationem esse idem secundum rem: distingui verò ex natura rei formaliter. Ea tamen in re minimè sibi constat Durandus, cum in 1. dist. 2. q. 2. & 3. neget distinctionem formalem inter attributa & essentiam, & inter relationes & essentiam. Primum autem explicandi modum, quonam pacto essentia & relatio distinguantur re ipsa aliquo modo, sequuntur Ohamus, & Gabriel in 1. dist. 2. q. 1. tamen huiusmodi distinctionem appellant ipsi formalem. Est etenim Doctoribus Nominalibus familiare, vt rebus pro suo arbitratu nomina imponant.

Capreolus
extremis ab
opinionem, qua
ei falsis tri-
buitur.

Nonnulli citant Capreolum in 1. distinctione 33. quasi asseruerit, relationes diuinas, secundum esse relationum diuinarum, non esse entia realia, & id eò sola ratione distingui ab essentia. Quod si id sibi persuasit est sanè error in fide, vt ex dictis tam hoc, quam præcedente articulo est manifestum. Non tamen credo Capreolum in eo, fuisse errore, tamen ob scure, & parum cautè loquatur, sed solum velle, relationes diuinas non habere quòd sint reales, quia relationes respectu ad aliud sunt (ea namque ratione omnes respectus essentiales, cum tamen multi sint rationis) sed quia tales respectus sunt, diuinis nempe personis interni. Quod autem id tantum voluerit, vel inde colligi potest, quòd in responsione ad primum Aureoli adhibet exemplum de sapientia dicens, eodem modo Deum esse substantialiter sapientè à sapientia, non quatenus sapientia est, ea enim ratione omnia sapientia esset substantia, quòd est falsum, sed quatenus est diuina. Voluit ergo, quemadmodum diuina sapientia est substantia, non vt sapientia communis est, sed quatenus talis: ita paternitatem diuinam esse relationem realem: non quatenus relatio est in commune, ea enim ratione omnis vniuersim relatio esset realis, sed quatenus talis, puta diuina. Eodem modo exponenda sunt testimonia quædam D. Thomæ, quæ Capreolus ibidem in confirmationem suæ sententiæ refert.

1. Conclus.

His tamen sententiis nihil obstantibus, statuendæ sunt conclusiones similes iis, quæ circa diuina attributa disp. 2. constitutæ sunt: Prima est: In Deo sunt formaliter essentia & relationes, nempe pa-

ternitas, filiatio, & spiratio actiua, & passiuæ. Hæc est de fide, neque circa eam potest esse aliqua controuersia inter Catholicos.

Secunda est: Nec essentia à relationibus, nec relationes ab essentia distinguuntur ex natura rei. Hæc conclusio est contra Scotum, Durandum, Ochamum, & Gabrielem: est tamen D. Thomæ hoc loco, & communis inter Theologos, nec contrarium pacto esse tutum in fide. In primis verò, quamuis concedendum sit paternitatem in hoc sensu non esse idem adaequatè cum essentia, quòd aliquid sit idem cum essentia, nempe filiatio, quòd non est idem cum paternitate: inde tamen malè Durandus, Ochamus, & Gabriel colligunt, paternitatem & essentiam distingui ex natura rei. Etenim, vt non distinguantur ex natura rei, satis est, si tota ratio essentia, quæ essentia est, sit idem ex natura rei cum paternitate, & tota ratio paternitatis simili modo sit idem cum essentia, esto, quia essentia communicabilis est, paternitas verò non item, aliquid sit idem cum essentia, nempe filiatio, quòd non est idem cum paternitate: autores autè, quibus cum disputamus, concedunt, totam rationem formalem essentia, quæ essentia est, esse idem ex natura rei cum paternitate, & e contrario. Quòd fit, vt licet hæc consequentia sit optima, hæc rationes formales reales, quæ tales non sunt idem inter se, ergo distinguuntur eo pacto, quo non sunt idem, hoc est, secundum rem, si non sint idem re, aut formaliter, si non sint idem formaliter, hæc tamen consequentia nulla sit, hæc due rationes formales in hoc sensu non sunt idem adaequatè, quòd aliquid est idem vni, quòd non alteri, ergo distinguuntur ex natura rei. Ratio autem est, quoniam huiusmodi, vt ita dicam, non identitas, non est eius, quòd dicitur non idem adaequatè, sed alterius, quòd cum ipso est idem. Neque quæras quippiam simile in rebus creatis, in solo namque Deo est hoc, supra omnia, quæ admiratione sunt digna, admiratione dignissimum, vt idem sine sui diuisione commune multis, nempe essentia, sit idem cum duobus relationibus, aut personis, quæ propter mutuum oppositionem relationum secundum rem inter se distinguuntur.

Deinde probatur conclusio. Primò, quoniam essentia diuina ob sui infinitatem, eminentiam, ac illimitationem, non minorem vim habet, vt cum ea sint idem formaliter, quæ inter se sunt distincta formaliter, quam vt cum ea sint idem re quæ inter se realiter distinguuntur, nec vnum est mirabilius, quam aliud: sed de fide est, personas & relationes diuinas, quæ secundum rem inter se distinguuntur, esse idem re cum essentia, aliàs in Deo esset quaternitas rerum, contra id quod in Concilio Lateranensi, cap. *Dumnamus*, de summa Trinitate, & fide Catholica est definitum: ergo eadem persona, & relationes diuina, quæ inter se formaliter distinguuntur, erunt etiam idem formaliter, seu ex natura rei cum essentia diuina.

Secundò, si relationes diuina ex natura rei distinguuntur formaliter ab essentia, aliquid esset in Deo, nempe Pater, constitutum ex rationibus formalibus distinctis inter se formaliter, videlicet, ex essentia & relatione, ex quibus non secus tamquam ex rationibus formalibus formaliter inter se distinctis constaret, quam Angelus ex genere & differentia tamquam ex rationibus formalibus inter se distinctis constat: id verò pugnat profectò cum diuina simplicitate: simplicius namque quippiam esset Pater, si alteram tantum rationem formalem haberet, quam habens duas formali diuersitate distantes inter se. Accedit, quòd videtur id esse

2. quæstio
respondens.
Relationes
diuina non
distingui ex
natura rei
ab essentia.

esse contra cap. Firmiter, & cap. Damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica, in quorum primo dicitur, Deum esse tres personas, & unam essentiam simplicem omnino, hoc est, nec compositam in se, nec cum aliquo alio: in secundo vero sic asseritur, Una summa res veraciter est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, tres simul persona, ac singularem qualibet earum, & ideo in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas, quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, & natura divina. Hæc Concilium. Quibus in eodem cap. hæc subiunguntur: Licet igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus: non tamen aliud, sed id, quod est Pater, est Filius & Spiritus sanctus idem omnino. Quia planè sententia absoluta identitas, etiam formalis cuiusque personæ cum natura divina, apertissimè indicatur.

Tertiò, si relationes ex natura rei distinguerentur formaliter ab essentia, essentia compararetur ad illas, tamquam potentia ad actus: essentia namque formæ ex natura rei distinctæ, quasi superuenientes essentia, eamque actuant & determinantes ad verissimam constitutionem ex natura rei, & non solum nostro intelligendi more, diuinarum personarum: præterea, eiusmodi relationes neque essent Deus, neque deitas in sensu formali, simpliciterque & absolute loquendo, & quod inde fit, aliquid esset in Deo, quod non esset Deus.

Quartò, confirmari potest conclusio ex Concilio Florentino sessio 18. & 19. ubi sæpe asseritur, relationes sola ratione distingui ab essentia. Accedit illud commune Theologorum proloquium, In diuinis omnia sunt unum, ubi non obstat relatiua oppositio, cuius fit mentio in Concilio Florentino sess. 19. fuitque desumptum ex Anselmo in libro de processione Spiritus sancti cap. 3.

Quidam argumentantur in hunc modum aduersus nos. Distinctio ex natura rei inter relationes, aut inter personas diuinas, nõ derogat diuinæ simplicitati; ergo neque distinctio ex natura rei, inter relationes & essentiam, eamdem simplicitatem impedit. Neganda est tamen consequentia, quoniam ea ratione distinctio ex natura rei inter relationes, aut personas, pluralitasque earum diuinæ simplicitati non derogat, quia relationes & personæ ex natura rei sunt idem profus in essentia, & cum essentia, atque adeò sunt vnus simplicissimus Deus: quod si non essent tam idem cum essentia, ac si inter se non essent plures, & distinctæ, profectò Deus non esset omnino simplex.

Tertia conclusio. Inter essentiam & relationes virtute, & eminenter est in Deo formalis distinctio. Conclusio hæc est Caietani inferius q. 39. art. 1. & cæterorum, quos disputatione 2. conclusione 3. citauimus. Probatur, quoniam cum essentia & relatio ita sint affecta inter se, vt ex natura rei essentia sit quid absolutum, relatio respectuum, essentia sit quid commune, relatio non item, essentiaque reperitur in aliquo, in quo non reperitur relatio, vt in Filio, in quo non inuenies paternitatem, sanè maius fundamentum distinctionis cernitur inter essentiam & relationem, quàm inter attributa diuina, quæ nullo tali discrimine distant: eum ergo essentia & relatio nõ distinguantur ex natura rei, sit, vt quemadmodum inter attributa diuina cernitur virtute & eminenter distinctio formalis, ita maiori cum ratione inter essentiam & relationem reperitur.

Secundò, quædam re ipsa, seclusaque operatione intellectus, conuepiùt Patri ratione relationis, quæ

A non conueniunt ratione essentia, & è contrario: ergo relatio & essentia, quoad ea omnia, perinde se habent in Patre, ac si formaliter distinguerentur, & quod inde fit, virtute & eminenter continent formalem distinctionem; vt de attributis diuinis disp. 2. concl. 3. argumentabamur. Consequentia ex iis, quæ ibidem diximus, est manifesta: antecedens verò probatur, quoniam ratione relationis conuenit Patri referri realiter ad Filium, & non ratione essentia: & ratione essentia eidem conuenit identitas cum Filio, & non ratione relationis, à qua distinctionem habet à Filio, iuxta illud Concilij Lateranensis cap. Firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica. Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta. Quibus addi possent plura alia, quæ Patri ex natura rei conueniunt ratione vnus, & non ratione alterius. Denique argumenta omnia, quibus opinionem Scoti confirmauimus, probant, virtute saltem & eminenter esse distinctionem formalem inter essentiam & relationem.

Quarta conclusio. Relatio & essentia ratione ratiocinata distinguuntur inter se. Hæc probatur, quoniam maius fundamentum distinctionis reperitur inter essentiam & relationem, quàm inter attributa: attributa distinguuntur ratione ratiocinata, vt disput. 3. ostensum est: ergo essentia & relatio similiter distinguuntur. Præterea, de eis formamus distinctos conceptus non synonymos, estque fundamentum in re: vt de conceptibus, quibus attributa diuina concipiuntur, disp. 3. dictum est: ergo distinguuntur ratione ratiocinata. Adde, in Concilio Florentino sæpe affirmari essentiam & relationem distingui ratione.

Petes, vtrum comparatione intellectus diuini, seclusaque ordine ad res creatas, essentia & relatio distinguantur? Respondendum est, distinguuntur: Deus namque intuetur in seipso essentia suam esse in tribus suppositis, paternitatem non item: paternitatemque esse respectum ad Filium, essentiam verò minime: ac proinde concipit illa, vt plura in seipsis virtute, atque adeò vt ratione distincta per comparationem ad suum intellectum: haud secus, quàm de attributis diuinis superius statuimus.

Ad primum igitur argumentum, quo sententia Scoti confirmata est, neganda est maior, quando illud ita est vnum & idem, vt sit multa virtute: ratione namq; vnus eorum, quæ sunt in eo formaliter, & virtute est distinctum ab alio, poterit esse commune multis suppositis, in quibus sit, & ratione alterius poterit non esse commune illis, sed in vno tantum. Ad probationem verò negadum est, id implicare contradictionem. Neque enim vlla contradictio est, vnus & idem formaliter, quod tamen virtute est multa inter se distincta, ratione vnus multorum illorum esse commune multis, & ratione alterius non esse commune multis, sed proprium eorum vni.

In hunc tamen modum fortè vrgebit aliquis, Sumo illam vnã rationem formalem, quæ simul est essentia & paternitas, & designo significoque illam totam pronomine demonstratio, hoc, significoque ita argumentum. Hoc est commune multis, quia, vt concedis, ratione essentia id habet: & est proprium vni, quia, vt similiter concedis, ratione paternitatis id etiam habet: ergo est non commune multis; & rursus, ergo non est commune multis: quandoquidem valet argumentum ab affirmatiua infinita ad negantem finitam: ergo illa eadem formalitas, simplicitet & absolute loquendo, simul est communis multis, & non est communis

Quarta cõcl. Relationes diuinas ab essentia ratione ratiocinata distinguuntur.

Dubitatio.

Solutio.

Ad primum pro Scoti opinione.

Obiectio.

In diuinis omnia sunt vnus, ubi non obstat relatiua oppositio.

argum.

soluitur. Personarum pluralitas ex diuina simplicitate non derogat.

3. Conclusio. Relationes virtute distinguuntur formaliter à diuina essentia.

nis multis, ac proinde duæ propositiones contradicentes sunt simul veræ.

Solutio.

Ad hoc argumentum concessa maiori, & minori, concedenda quoque est prima consequentia: affirmando namque valet hoc argumentum: *hoc est proprium vni, ergo est commune multis.* At neganda est vterius secunda consequentia, qua inferitur: *ergo non est commune multis.* Etenim quando subiectum est plura virtute, & propositio est singularis supponens à parte subiecti vnica suppositione pro illis pluribus, non valet argumentum ab affirmante infinita ad negantem finitam: quia vt prædicatum infinitum verè affirmetur de subiecto singulari, quod pro pluribus virtute suppositione vnica supponit, satis est, si ratione vnus illorum tantum ei conueniat: vt verò prædicatum finitum verè negetur de eodem subiecto, necesse est, vt ratione nullus illorum plurium ei conueniat: sensus enim illius propositionis singularis, *hoc non est commune multis,* hic est: hoc nulla ratione, ac proinde neutrius eorum ratione, pro quibus subiectum vnica suppositione supponit, est commune multis: quod tamen est falsum: cum subiectum ratione vnus illorum plurium sit commune multis. Verùm his maiorem lucem in sequentibus afferemus.

Ad secundam.

Ad secundum concessio antecedente, neganda est consequentia: ad id namque satis est distinctio virtualis.

Ad tertium.

Ad tertium negandum est antecedens, de eadem numero ratione formali, quæ est plures virtute, & quæ formaliter est singularis. Etenim quoad vnam earum, vt virtute distinguitur à reliquis, poterit esse absoluta, & quoad aliam poterit esse respectiua. Vnde hæc consequentia nulla est: *paternitas est respectiua: paternitas est re & ratione formali essentia diuina: ergo essentia diuina est respectiua:* quippe cum in ea committatur fallacia accidentis, non lecus arque in hac: *animal est genus: homo est animal: ergo homo est genus.* Paternitati namque conuenit esse quid respectiuum, vt ratione ac virtute distinguitur ab essentia diuina quare si ex eo, quod essentia & paternitas sint idem re, & ratione formali, id quod vni conuenit, vt ratione & virtute distinguitur ab alio, volumus tribuere alteri, committitur fallacia accidentis. Ad primam probationem antecedentis dicendum est, id absolutum & respectiuum, quod in diuinis cernitur, esse supra omne genus, in Deo tamen, propter omnimodam ipsius simpliciteratem & actualitatem, vni in identitatem realem & formalem, cum sola distinctione rationis, & ea quam vocant virtualem. Ad secundam verò, concessio antecedente, neganda est consequentia: cum enim subiectum sit singularis quædam ratio formalis, quæ est plures virtute, & formaliter est vniqueque earum, rationeque vnus earum sit ad aliud, propositio illa, quæ negat, est falsa: efficit enim hunc sensum, nullo modo, sed secundum nihil sui, est ad aliud, vt in responsione ad primum explicatum est: qui tamen sensus est falsus.

Ad quartam.

Ad quartam neganda est maior, quando ea ratio formalis est plures virtute.

Obiectio.

Sed obiectio, Pater & Filius sunt idè in essentia: ergo Pater non est aliud à Filio: quod etiam definit Concilium Lateranense cap. *Damnatus*, de summa Trinitate & fide Catholica. Probatur particula consequentia, quoniam aliud, diuersitatem denotat in essentia, vt pater apud Porphyrium capite *de differentia*: vnde vterius sequitur, Patri non conuenire definitionem relationum comparatione Filij, videlicet, esse id cuius esse est ad aliud se habere.

A Dicendum tamen est, in definitione relationum partem illam ad aliud, idem valere atque ad quid distinctam, siue sit eiusdem essentia, siue non: in diuinis autem licet Pater & Filius habeant eandem essentiam absolutam, habent tamen rationes formales reales re inter se distinctas, secundum quas, & se mutuo respiciunt, & terminant.

Solutio. Relatio diuina non accomodat.

Ad quintum dicendum est, intelligere essentiam & paternitatem vt vnum obiectum quoad vnã rationem formalem realem, & nihilominus plures virtute suapte natura, quod satis est, vt vna suapte natura sit communicata multis: altera verò non item.

Ad quintam.

DISPUTATIO VI.

Utrum relationes diuine sint de intrinseca ratione essentia, & de contrario essentia de intrinseca ratione relationum.

Pars quæ affirmat, suaderi potest primo, quoniam fieri nequit, vt duo aliqua sint idem re & ratione formali, quin vnum sit de intrinseca ratione alterius, imò quoniam sit ipsamet ratio alterius, sed essentia & relatio sunt idem re & ratione formali, vt disputatione præcedente ostensum est: ergo vnum est de intrinseca ratione alterius, quod etiam ad suam rationem requirit.

Pars affirmans. Primò.

Secundo attributa diuina, quia sunt idem re & ratione formali inter se, & cum diuina essentia, omnia, & singula sunt de intrinseca ratione singulorum, vt disp. 4. ostensum est: cum ergo essentia & relatio sint etiam idem re & ratione formali: fit, vt mutuo vna sit de intrinseca ratione alterius.

Secundò.

Tertio maior est identitas paternitatis diuinæ cum essentia diuina, quam hominis cum animalis: sed animal est internū rationi hominis: ergo essentia diuina erit de intrinseca ratione paternitatis.

Tertio.

Si prima conclusio, Relatio diuina præcisè considerata quæ relatio, vt paternitas præcisè, quæ respectus est Patris ad Filium proprietateque personalis Patris, ipsum (iuxta Concilium Lateranense cap. *Firmiter*, de sum. Trinitate & fide catholica) distinguens, realiter à Filio, idem est re, & ratione formali cum essentia diuina: & ob id non solum in sensu identico, sed etiam in sensu formali, hæc sunt veræ: *relatio diuina est essentia diuina: & essentia diuina est relatio diuina*, nempe paternitas, & filiatio. Conclusio hæc est ostensa disputatione præcedente.

Prima conclusio. Relatio diuina est idem re, & ratione formali cum essentia diuina.

Secunda conclusio, Tam essentia, quam relatio eodem modo spectata, sunt de intrinseca ratione suppositi, quod nostro intelligendi more ex vtraque constituitur: nimirum, & essentia, & paternitas, sunt de intrinseca ratione Patris. Hæc conclusio est ex se notissima, neminique dubia.

Secunda conclusio.

Tertia conclusio, Relatio, iuxta modum explicatum spectata, non est de intrinseca ratione essentia: considerata præcisè quæ essentia, & quid merè absolutum est. Hæc conclusio communis est inter Theologos, tamen nonnulli ex sectatoribus D. Thomæ reclamant, inter quos solet citari Caietanus quæ sit præcedente, art. 2. ad tertium D. Thomæ & quæ sit 39. art. 1. Fortè tamen Caietanus non loquitur de essentia & relatione sic præcisè consideratis, vt à nobis nunc considerantur, quo pacto ex sententia illius virtute inter se distinguuntur: maximè cum Caietanus alibi affirmet, relationem, cum ea præcisione spectatam, non dicere formaliter perfectionem, quòd nulla ratione defendi potest.

Tertia conclusio. Relatio quæ patet non sit de intrinseca ratione essentia.

MOLL
In
D

rest, si simul asseratur in ea dicto modo considerata intrinsecè includi essentiam, & è contrario, ipsam, eadem ratione sumptam, includi in essentia diuina. Si Caietanus locis citatis attentè legatur, loquitur de illa vnica simplicissima ratione formali, quæ simul est absoluta, & respectiua, & simul formaliter est essentia, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: atque de illa integrè spectata verissimè dixit, si per impossibile desineretur, definitio comprehenderet essentia, & relationem, & quicquid formaliter est in Deo. At nunquam Caiet. asseruit, si definiretur essentia (qualis à nobis significatur nomine, essentia, videlicet præcisè vt absolutum quid est, & virtute distinctum à relationibus) in definitione ponendâ fore relationes, aut relationes esse de intrinseca ratione essentia, iuxta modum explicatum spectata: quemadmodum dixit attributa esse mutuo vnumquodque de intrinseca ratione cæterorum. Adde, sicut nunquam dixisset de intrinseca ratione Patris (præcisè significati, à reliquis quæ includuntur in illa integra ratione formali, cuius ambitus omnia, quæ sunt formaliter in Deo complectitur) esse filiationem & spirationem passiuam: ita neque dixisset de intrinseca ratione diuina essentia, quæ intrinsecè includitur in Patre, esse filiationem & spirationem passiuam.

Caietanus explicatur.

Orthodoxæ præcipuè esse D. Thomæ.

Quicquid autem senserit Caietanus hac de re, nostra conclusio est apertissimè D. Thomæ inferius quæst. 33. artic. 3. ad primum, consonat etiam Aug. 7. de Trinitate c. 1. & 2. ac alibi sæpè affirmans, essentia diuinam esse absolutu quid, nec includere relatione. Adde, quod in Conc. Tol. 11. in confessione fidei ita habetur: *Cum dicitur Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, sed ad se specialiter dicitur.* Probari autem potest conclusio. Primò, quoniam si relatio, nempe paternitas, includeretur in diuina essentia, falsum esset, quod Lateranense Concilium cap. *Damnamus*, de summa Trinitate & fide Catholica definit, videlicet essentiam neque generare, neque generari: quod namque paternitatem includit, generat vtrique, & quod includit filiationem, generatur. Imò falsum esset id quod capite *Firmiter*, dixerat: *Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuisa, & secundum personales proprietates discreta*: si namque essentia personales proprietates includit, illa etiam erit sanctissima Trinitas discreta ratione proprietatum, quas includit. Secundò, quoniam quicquid est de intrinseca ratione alicuius, ita est ad illud affectum, vt id de cuius ratione illud est, neque consistere sine eo, neque esse in aliquo possit: sed in Filio est essentia sine paternitate: ergo paternitas præcisè quæ relatio & proprietates Patris est, non est de intrinseca ratione essentia: eademque est ratio de cæteris relationibus. Potest hæc ratio confirmari, quoniam quando prædicatum est de intrinseca ratione subiecti, quicquid est de intrinseca ratione prædicati, est etiam de intrinseca ratione subiecti: per regulam antepredicamentalem: sed de intrinseca ratione Filij est essentia, & non paternitas: ergo paternitas non est de intrinseca ratione essentia. Tertio, quoniam incommunicabile, aut minus latè patens, non potest esse intrinsecum communicabile, & magis latè patenti: quippe cum id, quod intrinsecum est, vt minimum tam latè patens esse debeat, ac id, cui est intrinsecum, eò quod hoc nulla ratione, nullibique esse possit sine illo: sed tres relationes diuinae sunt incommunicabiles, & spiratio actiua, quæ communis est Patri ac Filio, minus latè patet, quàm essentia, cum non conueniat Spiritui sancto: ergo relationes diuinae non possunt esse de intrinseca ratione essentia, quæ communicabilis est,

Molina in D. Thomæ.

ac intrinseca tribus personis diuinis.

Quarta conclusio. Sumptis essentia & relatione eodem modo, essentia non est de intrinseca ratione relationis. Contrarium asserat Torres hoc loco. Ait namque ita se habere essentiam diuinam ad omnia, quæ sunt formaliter in Deo, sicut se habet ens communissimè sumptum ad omnem gradum entis, & ideo sicut ens communissimè sumptum est de intrinseca ratione cuiusque gradus entis: ita essentiam diuinam esse de intrinseca ratione relationum proprietatumque personalium, & cuiusque alterius rationis formalis, quæ sit formaliter in Deo. Nostra tamen conclusio est Durandi in 1. dist. 33. quæst. 1. & Gregorij quæst. 2. conclusione 4. potestque probari. Primò, quoniam relatio paternitatis, verbi gratia, quoad id totum respectus realis proprietatumque personalis, quod habet, est in Patre, & non in Filio: quippe cum eo respectu ita spectato, iuxta definitionem Concilij Lateranensis capite *Firmiter*, Pater distinguatur realiter à Filio: ergo quoad id totum non habet intrinsecam essentiam, quæ est communis Patri & Filio, & in qua Pater & Filius sunt idem re. Patet consequentia, quia dato opposito, non eo toto ita spectato distingueretur Pater à Filio. Secundò, proprietates personalis Patris, quoad id totum reale præcisè consideratum vt est proprietates, est in solo Patre, & non in Filio (in eo namque est positu aliquid esse proprietatem alicuius, quod ita sit in illo, vt non sit in aliquo alio) sed id est esse relatum Patris ad Filium, vt conitar: ergo esse relatum Patris præcisè consideratum, secundum quod est realis proprietates Patris, non habet intrinsecam sibi essentiam, sed solum eandem secum formaliter. Tertio, aut datur aliquid reale in Patre, quod totum præcisè consideratum sit proprietates Patris, aut nihil. Si nihil: ergo nihil reale est, quod sit proprietates personalis Patris, contra definitionem Concilij Lateranensis cap. *Firmiter*, & contra pleraque alia Concilia: & per consequens, ergo Pater & Filius non distinguuntur realiter: quandoquidem iuxta eadem definitionem, solum distinguuntur proprietatibus personalibus. Si datur aliquid: ergo illud ita consideratum non includit essentiam: aliàs illud totum præcisè consideratum non esset proprietates Patris. Quarto relatio, proprietates personalis, vt virtute distinguitur ab essentia, nõ dicit perfectione: ergo non includit intrinsecè essentia. Consequentia est manifesta: quonia cum essentia sit stupa, infinitaque perfectio, quicquid illa includit, sanè dicit infinita perfectione. Ex dictis colligo, sicut rationale nõ est de intrinseca ratione animalis, aut è contrario, vtrumque; tamen est de intrinseca ratione hominis: ita essentia & relatione, proprietates personalis Patris, si consideratur vna, vt præcisa ab alia, neutra esse de intrinseca ratione alterius, & vtramque esse de intrinseca ratione Patris. Est tamè latissimum discrimen inter essentiam & paternitatem ex vna parte, ac rationale & animal ex alia: quod rationale & animal distinguuntur formaliter inter se, eaq; de causa verè constituunt hominè cõstitutione metaphysica, quæ fit ex genere & differetia: essentia verò & paternitas, cum ex natura rei sint idè re & ratione formali, solumque virtute distinguantur inter se formaliter, ex natura rei nõ constituunt suppositu Patris, sed solum virtute, nostròque intelligendimore, quatenus concipimus eas vt inter se distinctas, vnamque vt præcisam ab alia.

Quarta conclusio. Quomodo essentia non sit de intrinseca ratione relationis. Torres contraria sententia.

Pater, qualis nam sit hæc enunciatio, paternitas est essentia. Respondeo esse talem, cui nulla similis reperitur in rebus creatis: prædicatum namque est idem re & ratione formali cum subiecto, & prædicatio

Paternitas est essentia qualis sit prædicatio.

M m

dicatio est non identica propter distinctionem virtutalem inter subiectu & praedicatum, ratione cuius a nobis viatoribus concipiuntur diuersis concēptibus formalibus, quos voces & scripta exprimunt: & tamen neq; praedicatum est de intrinseca ratione subiecti, neq; subiectu de intrinseca ratione praedicati.

Vocabulum patris duobus modis vsurpari.

Illud est hoc loco pra oculis habendum, vocabulum, *Pater*, duobus modis posse vsurpari. Vno, vt significat suppositum Patris, nostro intelligendi more ex essentia & relatione constitutu. Hoc modo sumptum significat simul formaliter absolutum & relationem, nempe essentiam & proprietatem Patris, quae intrinsece includit. Quare sumpto vocabulo hoc modo, haec enūciatio est essentialis, *pater est Deus*. Quia tamen significatum formale Patris, ita sumpti, completur per relationem: fit, vt *Pater*, quā *Pater*, relatiue dicatur ad *Filium*, esto formaliter includat essentiam, quae non dicitur relatiue. Vsurpatio, haec vocabuli, *Pater*, est communis. Imo forte in communi vsu loquentium numquam aliter accipitur. Potest tamen sumi secundo modo, vt sit concretum a sola relatione, proprietate personali Patris, nuda spectata & praecisa ab essentia, quo modo si vocabulu vsurparetur, profecto *Pater* intrinsece, quo ad suum significatum formale, non esset *Deus*, sed solum per identitatem realem, ac formalem.

Vocabulum paternitas duobus etiam modis accipi.

Eodem modo vocabulum, *paternitas*, potest duobus modis vsurpari. Vno, vt est abstractum a vocabulo *Pater* in priori acceptione. Quo pacto significat totum, quod vocabulum *Pater* illo modo accepit, formaliter dicit, nempe essentiam & proprietatem personalem Patris: eo modo quo vocabulum, *humanitas*, significat quicquid formaliter significat homo in concreto. Si hoc modo sumatur, *paternitas*, non significat pure respectiuum, sed constitutum quoddam nostro intelligendi more ex essentia & proprietate personali Patris: sicut vox *humanitas*, significat quoddam constitutum ex animalitate & rationalitate: quare sicut de intrinseca ratione humanitatis est animalitas, ita de intrinseca ratione paternitatis hoc modo sumpta est essentia: paternitasque hoc modo sumpta addit nostro intelligendi more supra essentiam, respectum ad Filium proprietatemve personale Patris, per quam *Pater* re distinguitur a Filio. Quin potius sicut *Deus* & *Deitas* idem omnino sunt formaliter & virtute, solaque ratione ratiocinante distinguuntur, quatenus mens vnum & idem prorsus, modo propter subsistentiam concipit in concreto, & modo propter simplicitate concipit in abstracto: ita *Pater* & *Paternitas* hoc modo sumpta idem omnino sunt formaliter & virtute, solumque distinguuntur ratione ratiocinante, in quantum intellectus modo concipit totam rationem formalem Patris (quoad absolutum & respectiuum quod includit) in concreto propter subsistentiam Patris, & modo in abstracto propter simplicitatem. Alio modo potest vsurpari vocabulum, *Paternitas*, vt est abstractu a vocabulo, *Pater*, in posteriori acceptione: quo pacto paternitas significat nudam proprietatem personalem patris, atq; adeo quid respectiuum, idem re, & ratione formali cum essentia: eam tamen non includens. Hoc modo sumitur paternitas, quando de Patre in priore acceptione dicere consueverunt Doctores, constitui nostro intelligendi more ex essentia & relatione paternitatis. Et in hac acceptione sumpto vocabulo, nulla committitur nugatio: sicut committeretur, si vocabulum, *Paternitas*, in priori vsurparetur: cum enim in ea intrinsece includatur essentia, sane qui diceret Patrem constare essentia & paternitate eo modo sumpta,

nugationem committeret. Adde, ad pleniorē huius nostrae sententiae intelligentiam, In diuinis (vt fufius in sequentibus est explicandum) duobus modis sumi vocabulum, *substantia*. Vno, late pro quocumque ente reali, quod existit per se, hoc est, non in alio tamquam in subiecto, quo pacto substantia distinguitur contra accidens, vnaque cum accidente diuidit adaequate ens reale communissimē sumptum: quicquid enim ens reale est, aut est in alio tamquam in subiecto, & est accidens: aut non est in alio tamquam in subiecto, & est substantia hoc modo sumpta: neque enim datur ens reale medium inter substantiam latissimē sumptam, & accidens sumptum in vsurpatione latissima. Sumpta hoc modo substantia, proprietates personales, relationesque, sunt substantiae: eo quod sint quippiam reale, & non sint accidentia. Alio modo sumitur substantia in diuinis, pro re absoluta, quae quasi origo & fons est, ac fundamentum ceterorum, quae sunt formaliter in Deo, cum qua nimirum singula, quae in ipso sunt formaliter, identitatem habent realem & formalem: quae sunt tamen funt de intrinseca illius ratione, vt attributa, & ideo inter essentialia computantur in Deo: quaedam verò minime, vt relationes. Sumpta substantia hoc modo, vna tantum substantia est in Deo, proprietatesque personales non dicuntur substantia, nisi per identitatem realem & formalem, sed dicuntur relationes reales, proprietatesque personales, vna cum substantia & essentia diuina constituentes personas.

Substantiam dupliciter in diuinis accipi.

Illud etiam est animaduertendum, essentiam in diuinis solum sumi pro substantia iuxta posteriorē vsurpationem: & ideo proprietates personales non dici essentiam personarum, sed vna cum essentia dici constituere personas. Latius ergo patet ratio formalis realis in Deo, quam essentia: quin & res realis. Proprietates namque personales nec dicuntur essentia personarum, nec de essentia personarum: & tamen dicuntur rationes formales reales, & de intrinseca ratione formali personarum. Item tres personae diuinae non dicuntur esse tres essentiae, & tamen dicuntur esse tres res reales, & tres rationes formales reales re inter se distinctae.

Essentia quomodo sumitur in diuinis.

Ad primum igitur argumentum initio propositum neganda est maior quoad priorē partem, quando illa duo virtute continent distinctionem formalem, vntumque est communicabile, alterum non item, sed quasi contrahens communicabile ad suppositu, vt in re proposita videre est. Quare sicut relatio, esto fit idem re, & ratione formali cum essentia, non est tamen de intrinseca ratione essentiae, vt communiter Theologi affirmant: ita mirum non est, si vicissim essentia absoluta non sit de intrinseca ratione relationis: cum tamen essentia & relatio sint de intrinseca ratione personae nostro intelligendi more ex vtroque constituta. Quod verò ad secundam partem maioris attinet, concedendum est, relationem esse eandem rationem formalem cum essentia & e contrario, verum distingui inter se virtute, atque id factis esse, vt neutra sit de intrinseca ratione alterius.

Ad primum argumentum partem ipsam.

Ad secundam negandum est identitatem formalem attributorum inter se & eum diuina essentia esse sufficientem rationem, quare de intrinseca ratione singulorum sint cetera. Potissima namque ratio est illimitatio cuiusque eorum ad omnem perfectionem simpliciter. Cum enim absoluta in Deo dicant perfectionem de sua intrinseca ratione formali, & vnumquodque eorum ex se sit etiam illimitatum ad omnem perfectionem simpliciter, de ratione intrinseca cuiusque est omnis perfectio simpliciter.

Ad secundam.

MOL
IN
D

simpliciter, atque adeo cetera attributa: relationes vero quia, ut relationes praecise sunt, non habent quod sint perfectiones, ut quaest. 42. est ostendendum, neque est necesse, ut sint de intrinseca ratione essentiae, neque ut essentia & attributa sint de intrinseca ratione earum. Accedit, quod attributa non contrahunt essentiam, sed aequè late pateant ac illa: relationes vero eam contrahunt: contrahens autem esse nequit de intrinseca ratione contracti, aut è contrario: si minus, antequam contrahi intelligeretur, esset iam contractum.

Ad tertium concessa maiori, & minori, neganda est consequentia. Maior namque identitas inter relationem & essentiam coniuncta est cum distinctione virtuali: quae nihil tollit de simplicitate suppositi ex utraque constituti, & tamen sufficit, ut neutra sit de intrinseca ratione alterius.

ARTICVLVS III.

Utrum relationes, quae sunt in Deo ad inuicem distinguantur realiter.

DISPUTATIO I.

QUESTIO haec non petit vniuersim utrum omnis relatio realis existens in Deo à quacumque alia existente in Deo distinguatur re, sed indefinitè, Utrum inter relationes reales, quae sunt in Deo, detur distinctio realis. Inferius namque est disputandum, utrum actiua spiratio distinguatur re à paternitate atque filiatione, quibus relatiuè non opponitur, ostendendumque est ab eis non distingui.

Conclusio affirmat, estque de fide. Etenim fides docet personas diuinas inter se re distinguui: distinguuntur autem proprietatibus personalibus; iuxta illud Concilij Lateranensis, capite Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, Haec sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta: ergo proprietates personales, quae eadem sunt diuinae relationes, inter se realiter distinguuntur. Praeterea in epistola Sophronij, quae in 6. Synodo actione 11. refertur, & à Concilio tanquam orthodoxa suscipitur actione 13. Cum late Sophronius ostendisset, tres personas diuinas esse vnum Deum, & nihilominus inter se distinguui, addidit: Hoc quidem (nempe esse Deum) propter naturam & identitatem substantiae, & cognitionem essentiae: illud vero propter alteritatem harum trium proprietatum, propterque dissimilitudinem proprietatum, quae inconfuse vnaquamque figurant personam. Sicut ergo esse Deum vnaquamque inconvertibiliter possidet, ita & proprietatem, per quam ipsa persona figuratur, immutabilem & immobilem obtinet, quae idem solum est insita, & ab ipsa aliis personis eam discernit. Haec Sophronius. Cum ergo proprietates personales non aliud sint, quam relationes diuinae: fit, ut personae diuinae relationibus distinguantur, ac proinde, ut relationes distinctae sint re inter se. Item Concilium Toletanum vnde cum in confessione fidei de personis diuinis sic loquitur: Cùm relatiuè tres persona dicantur, vna tamen naturalis substantia creditur. Et paulò inferius: In relatione personarum numerus cernitur.

D. Thomas in argumento, sed contra, conclusionem eandem confirmat illo pronuntiato, quod Scholastici Doctores ex Boetio de Trinitate sumperunt: substantia in diuinis continet unitatem, relatio vero multiplicat Trinitatem: quare si in diuinis relationes non distinguerentur re ad inuicem, sanè non

Molina in D. Thom.

esset Trinitas realis personarum, sed rationis, quod est error Sabellij.

In corpore verò articuli in hunc ferè modum argumetur. Quando aliquid tribuitur alicui, tribuenda illi sunt ea, quae sunt de ratione rei attributa: sed de ratione relationis est, ut sit respectus vnus ad alterum, secundum quem illi alteri opponitur relatiuè: cum ergo Deo tribuantur relationes reales, quibus se mutuo personae re ipsa respiciunt: fit, ut inter huiusmodi relationes concedenda sit oppositio relatiua: sed relatiua oppositio relationum realium suo iure efflagitat distinctionem realem: ergo inter relationes diuinas distinctio realis concedi debet. Quando D. Thomas hoc loco docet, oppositionem relatiuam relationum realium ex sui ratione exigere distinctionem realem, loquitur de oppositione relatiua sumpta fundamentaliter pro ipsismet relationibus realibus, quae inter se opponuntur: non verò pro relatione oppositionis, quae in eis fundatur, & à qua formaliter dicuntur oppositae: Haec namque, ut apud Aristotelem dictum est, relatio est rationis, non verò realis.

DISPUTATIO II.

Exponitur principium illud: Quae sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se.

PRIMUM argumentum Diui Thomae hoc loco eiusmodi est: Quae sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se: sed relationes diuinae sunt idè re cum essentia diuina: ergo non distinguuntur realiter inter se.

Varij sunt modi huic argumento satisfaciendi. D. Thomas hoc loco respondet, principium illud in maiori propositione assumptum intelligi debere de iis, quae re & ratione sunt eadem vni tertio, eò modo quo tunica & indumentum re & ratione identitatem habent: non verò de iis, quae ratione distinguuntur. Nam Aristoteles 3. Physicorum affirmat, actionem & passionem esse idem cum motu, nec tamen idem esse inter se: eò quod à motu ratione distinguantur, eum in actione inuoluatur respectus, ut à quo est motus in mobili, in passione verò respectus ad id, in quo recipiatur. Quare, inquit D. Thomas, licet paternitas & filiatione sint idem re cum essentia diuina: quia tamen in suis propriis rationibus formalibus important respectus oppositos, nullum est absurdum, quod ratione eiusmodi respectuum distinguantur re inter se.

Dubium verò est, quid D. Thomas in expositione illius principij intelligat nomine eorum, quae sunt eadem re & ratione. Utrum videlicet sola synonyma, ut in exemplo de tunica & indumento videtur innuere: an aliquid aliud. Si namque sola synonyma intelligat, profectò syllogismi omnes exponentij, qui ex illo principio vim accipiunt, corruerunt. Id quod vel inde facile probatur: quoniam, qui in terminis synonymis conficeretur, probatiui non essent, sed in eis peteretur principium: qui verò fierent in alijs terminis, non essent legitima consequentiæ: quippe eum, iuxta hanc expositionem D. Thomae, quado termini non sunt synonymi, id principij, cui innituntur, neque vim, neque veritatem habeat.

Torres hoc loco censet, principium illud iuxta sententiam Diui Thomae, quam anaplectitur, intelligendum esse solum in terminis synonymis: idcirco quia in eis solum sit vniuersim verum. Ad objectionem verò de syllogismi exponentiis, quam idem autor excitat, nihil respondet. Aliam quoque tradit expositionem, qua vult, ut per ea quae sunt eadem

Expositiones variae propositi principij.

Opinio Torres.

eadem re & ratione intellexerit D. Thomas, quae ita sunt eadem re, ut non habeant oppositas rationes formales se inuicem excludentes. Nomine vero eorum, quae sunt diuersa ratione, intellexerit, quae habent rationes formales oppositas sese excludentes, ut habent actio & passio, paternitas & filiatio.

Resoluitur.

Verum hic satisfaciendi modus non est probabilis. Tum quia plus iusto arctat principium illud, quod, esto longe plus extendatur, euidentis est in lumine naturali. Tum etiam quoniam iuxta expositionem traditam ars syllogistica magna ex parte enuturatur. Tum vel maxime quoniam in rebus creatis nulla affertur instantia, neque credo afferri potest, qua ostendas, quae sunt re eadem vni tertio singulari, non esse eadem re inter se, & quae ratione formali sunt eadem vni tertio singulari, non esse etiam eadem ratione formali inter se: sed peculiare id est in venerando mysterio altissimae Trinitatis, ut quae sunt eadem re, & ratione formali vni tertio singulari, non sint eadem vel re, vel ratione formali inter se: idque propterea quod in solo Deo, ob ipsius infinitatem, actualitatem, illimitationem, & simplicitatem, detur aliquid vnum numero commune per identitatem realem & formalem multis, quae ab illo communi sunt solum virtute distincta, inter se vero propter relationem oppositionem re & ratione formali distinguuntur. Ut autem hoc in Deo reperiri est, non quidem contra, sed supra lumen naturale intellectus creati: ita, quod in Deo aliqua, quae sunt eadem re, aut ratione formali vni tertio singulari, non sint simili modo eadem inter se, est sane, non contra, sed supra lumen naturale intellectus.

Principium illud in rebus creatis esse vniuersum vni tertio singulari, sunt eadem inter se: vniuersum verum sit in rebus creatis, siue sit sermo de identitate reali siue de formali, neque vlla afferatur instantia, probatur. Tum quoniam si lumen intellectus contulatur, sane nec minus euidentis, nec minus primum principium est, quam illud mathematicum, quae sunt equalia vni tertio, sunt equalia inter se, de quo nullus dubitat, & euidentis esse, & esse primum principium. Tum etiam quoniam si instantia aliqua afferretur maxime esset ea, quam in actione, passione, & motu Diuus Thomas ex Aristotele 3. Physicorum adducit. At nos in eum locum perspicue, nisi fallimur, ostendimus, Aristotelem solum voluisse, docuisseque, actionem & passionem esse idem re cum motu, distingui vero a motu formaliter: eod quod ex natura rei actio & passio reperiantur, & quasi fundentur in motu, & nihilominus sint rationes formales distinctae, tam a motu, quam inter se. Continua namque acquisitio formae est formalis ratio motus: esse vero ab agente quod quasi radicatur, reperiturque in acquisitione ipsa formae, est ratio actionis: recipi autem in passio, est ratio passionis: ut autem actio & passio sunt idem re cum motu, ita sunt idem re inter se: ut verò distinguuntur familiariter a motu, ita etiam inter se: quare non datur instantia in actione & passione coparatione motus. Imò esto quis dicat motum esse de intrinseca ratione actionis & passionis (quod tamen non dubito esse falsum) nulla datur instantia. Argumentor enim in hunc modum. Esto ratio formalis motus includatur intrinsece in ratione formali actionis: ratio tamen actionis non dicit nudam rationem formalem motus, sed superaddit aliquid reale vel respectiuum, vel absolutum, quod nullus negare potest distingui ex natura rei, atque adeo formaliter a ratione formali motus: simili modo argumentabor de passione: sicut ergo actio & passio communicant in ratione

Actio & passio quatenus inter se, & a motu distinguuntur.

formali motus, & ab ea distinguuntur formaliter, quoad id quod supra illam additur: ita inter se partim sunt idem formaliter, nempe quoad rationem formalem motus, in qua communicant, & partim distinguuntur formaliter, quoad respectus, quos addunt: quanta ergo est identitas realis, aut formalis actionis & passionis cum motu, tanta est vtriusque inter se.

Alij ad argumentum propositum respondent, principium illud in hunc modum esse intelligendum. Quae sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, illa eadem identitate, qua sunt eadem in illo tertio, non vero aliqua alia. Quare, inquit, cum relationes diuinae, paternitas videlicet & filiatio, sint idem cum essentia identitate essentiali, solum sequitur paternitatem & filiationem esse idem essentialiter inter se, aut esse idem in ratione essentiae diuinae, quod est verum: non vero sequitur, esse idem inter se identitate reatiua, hoc est, secundum esse reatiuum seu quatenus relationes sunt. Haec expositio est Diui Thomae in 1. dist. 33. quaest. 1. art. 1. ad secundum, eam ait Caietanus hoc loco germanam esse, amplectiturque Scotus in 1. dist. 2. quaest. 7. ad primum quoddam argumentum, & subscribunt plerique alij. Quidam ex eis addunt, syllogismos expositorios ex hoc principio ita intellecto habere vim.

Alia eiusdem principij expositio.

Hic etiam modus satisfaciendi argumento proposito, exponendi que principium illud, non placet. Primum, quoniam, ut vsus docet, in syllogismis, siue illi expositorii sint, siue non, non colligimus maius extremum esse idem cum minori illa eadem identitate praecise, qua sunt idem cum medio, sed absolute maius extremum conuenire, aut non conuenire minori extremo propter connexionem, quam vtrumque extremum habet cum medio in praemissis. Secundum, quoniam cum conclusio esse debeat aliud quid ab his, quae posita sunt, ut Aristoteles lib. 1. de priori resolutione docet, sane in syllogismo conclusio non colligitur illa eadem identitate extremorum cum medio, quae posita erat in praemissis, sed absolute colligitur identitas, seu connexio extremorum inter se propter identitatem seu connexionem eorum, cum medio in praemissis. Tertium, quoniam ea expositio plus iusto principium illud coarctat: & cum, ut paulo antea ostensum est, in rebus creatis sit vniuersum verum euidentique in lumine naturali talem esse identitatem realem, aut formalem aliquorum inter se, qualis est eorumdem cum aliquo tertio singulari, possitque adduci exemplum in definitione physica, & metaphysica Socratis comparatione eiusdem Socratis: soluendum aliter restat argumentum propositum, reddique debet peculiaris ratio ob quam in diuinis, cum Pater & Filius secundum suas peculiare rationes formales relationis sint idem re & ratione formali cum essentia diuina, quae est vna numero, non sequatur esse idem re & ratione formali inter se secundum suas proprias rationes formales relationis.

Reiuitur.

Est tertius modus satisfaciendi argumento proposito, exponendi que principium illud, quem amplectuntur Durandus in 1. dist. 33. quaest. 1. Capreolus dist. 2. quaest. 3. & quidam alij, quos sequor. Videlicet principium illud intelligendum esse, de identitate cum aliquo tertio singulari incommunicabili quo pacto intellectum est vniuersum verum, tam de identitate reali, quam formali, & tam in rebus creatis, quam in increatis: intellectum vero vniuersum de quocumque indiuiduo siue illud communicabile sit multis, siue non, est principium pseudographum: non secus atque hoc, omnes linea ducte ab eodem puncto ad idem punctum sunt aequales, si intelligatur tam de rebus

Legimus principium propositum, arguendum pro se.

MOL
Indi
D.

rectis quam de obliquis, ut patet, quia chorda & arcus sunt linea ducta ab eodem puncto in idem punctum, & sunt in aquales.

Ratio autem quare principium illud sit ita intelligendum, haec est. Quoniam quemadmodum ex identitate reali duorum cum aliquo tertio communi, ut Socratis & Platonis cum homine, non sequitur identitas illorum inter se: eo quod neuter illorum sit idem adequatè cum illo communi: ita ex identitate reali, aut formali aliquorum duorum cum aliquo singulari communi multis communitate reali, seu abique aliqua sua diuisione: non sequitur identitas realis, aut formalis illorum inter se: quia neutrum est idem adequatè cum illo indiuiduo communi multis, ut art. precedente disp. 6. dictum est. Ut enim non sequatur identitas realis, aut formalis duorum incommunicabilium inter se ex eorundem identitate cum aliquo tertio, perinde est tertium illud commune esse communitate reali, ac communitate solam rationis: eo quod quocumque modo sit commune, neutrum incommunicabilium est illi idem adequatè. Quare sicut haec consequentia nulla est: Socrates est idem re cum homine: Plato est idem re cum homine: ergo Plato est idem re cum Socrate: ita haec consequentia est nulla: Pater seu paternitas, est idem re & ratione formali cum essentia diuina. Filius, seu filius, est idem re & ratione formali cum eadem essentia diuina: ergo sunt idem re & ratione formali inter se.

Ex hoc principio sic intellecto, sumptaque identitate latius, quantum satis est, ut praedicatum verè tribuatur subiecto (forma namque re & ratione formali distincta à subiecto, verè illi tribuitur significata in concreto, eo quod quoad connotatum, significatumve materiale, sit idem cum subiecto) vim habent syllogismi expositorii: solum enim valent, quando idem numero non est communicatum multis, vel suppositis, vel subiectis, quae de se inuicem non praedicantur, ut regulariter non solet esse communicatum. Quod si idem numero sit multis, vel suppositis, vel subiectis communicatum, non valet consequentia. Vnde si Deus de potentia absoluta collocaret simul eandem numero albedinem in Socrate & Platone (quod naturae lumen indicat non inuoluerè contradictionem) haec consequentia nulla esset: Socrates est hoc albus: Plato est idem numero albus: ergo Plato est Socrates. Quia etiam idem numero intellectus, & eadem numero intellectio naturaliter est simul in Socrate, & in sua anima, haec consequentia est nulla: Socrates est hoc intelligens: anima Socratis est idem intelligens: ergo Socrates est sua anima: neque est aliud vitium in utroque syllogismo, nisi quod medius terminus, licet sit quid singulare, est tamen simul communicatum multis, saltem partialibus subiectis, de quibus verificatur: cum tamen illa de se inuicem non verificentur.

DISPUTATIO III.

Modus discernendi sophismata à veris syllogismis in terminis diuinis.

Quam ex-
tremi cum
medio termi-
no identita-
ti exigat art.
syllogistica.

ARS syllogistica non innitur huic principio: Quocumque sunt eadem re aut ratione formali in tertio, sunt eadem inter se. Ad eam enim non requiritur identitas realis, aut formalis maioris & minoris extremi cum medio: saepe namque praedicata verarum propositionum, quae in syllogismis assumuntur, re & ratione formali distinguuntur à subiectis, ut patet in hac, homo est albus, & multò magis in his, ignis calefacit, Deus conseruat, quae sunt vera Molina in D. Thom.

A denominatione extrinseca à calefactione, qui calefitur in aqua, & à conseruatione, qui subiectus in rebus creatis. Identitas ergò extremorum cum medio, quae requiritur, ac spectatur in syllogismis, est identitas, quae sufficit ad veritatem propositionis, qualis à nobis explicata est super Porphyrium, nempe ut praedicatum & subiectum, vel ratione eorum, quae significant formaliter, vel ratione eorum quae concernunt, aut connotant, sint idem, quantum satis est, ut praedicatum conueniat subiecto. Quare principium à quo vim accipiunt syllogismi rectè inferentes conclusiones affirmantes, est hoc: quocumque extrema certis quibusdam modis conueniunt, sunt re idem cum medio, identitate quae sufficit ad veritatem enunciationis, certo etiam quodam modo conueniunt, sunt re idem inter se. Modi autem illi certi, quibus extrema conueniunt debent cum medio termino, sunt qui traduntur ab Aristotele 1. libro de priori resolutione, dum modos viles cuiusque figura explicat.

Aristotelis tamen dicta, licet absolute vera sint, in primis tamen intelligi debent, dummodò medium comparatione vtriusque extremi sumatur eodem modo: alioquin consequentia nulla erit, consergentque variae fallaciae, quae vitiosam eam reddent, quales sunt aequiuocationis, amphibologiae, compositionis, diuisionis, accentus, accidentis, &c. In his enim omnibus cernitur diuersitas in medio comparatione extremorum. Ut in fallacia accidentis, quae instituto nostro magis inferuit, vnum extremum conuenit medio ea praecisa ratione, qua medium aliquo modo distinguitur ab altero extremo, rursumque medium conuenit alteri extremo ea ratione, qua aliquo modo sunt idem, quod est medium non eodem modo sumi comparatione vtriusque extremi.

C Sunt deinde intelligenda dummodò medium, quando vniuersum sumitur comparatione alicuius extremi, distribuatur completè, pro omni scilicet, cum quo potest esse idem identitate, quae sufficiens sit ad veritatem propositionis. Hoc namque modo intelligendum est quod dici solet in forma syllogistica, medium debere sumi vniuersum comparatione alicuius extremi. Etenim si medium solum distribuatur incompletè, argumentum erit ex puris particularibus, ac proinde vitiosa erit consequentia. Ut si dicas: Omne animal fuit in arca Noè (animali distributo incompletè pro generibus singularum) diuisus Petrus est aliquod animal: ergo fuit in arca Noè.

E Quo loco animaduertendum est, aliquando nomen distribui non posse completè, eo quod significatum illius verificetur de aliquo, aut de aliquibus, pro quibus tale nomen non supponit, aut aliqua alia de causa. Verbi gratia, hoc nomen, essentia diuina, distribui non potest completè. Ratio est, quia cum sit abstractum, non supponit pro suppositis, de quibus tamen ipsius significatum verè enunciat. Atque hoc appellant antiqui Theologi, non posse distribui in termino, potest tamen distribui completè extra terminum, sumendo videlicet alium terminum, seu nomen, quod commune sit in significando, essentiae diuinae, & suppositis, quale est hoc nomen, res: ut si dicas, omnis res quae est essentia diuina: tunc enim essentia diuina distribuitur completè, extra terminum tamen.

F Notandum praeterea, in syllogismis expositoriis constantibus medio termino singulari, ex eo optimam esse consequentiam, quod cum singulare regulariter non sit commune multis, quae inter se non verificetur, habet inistat vniuersalis completè distributi. Quare si detur aliquod singulare commune multis, identitate, de qua nunc loquimur, quae tamen

Syllogismi
medium quo
pacto sumi
debeat ut fir-
ma sit ratio
colligendi.

Syllogismi
medium quo
pacto sumi
debeat ut fir-
ma sit ratio
colligendi.

Medij termi-
ni distribu-
tio qualis.

Medium
distribui ex-
tra terminum
completè quid
sit.

Syllogismus
expositorius
cur sit bona
consequens.

multa inter se non sint idem eadem identitate, utique syllogismus constans: tal' medio termino erit vitiosus, nisi medium in termino, aut extra terminum completè distribuatur: erit namque syllogismus ex puris particularibus ex parte medij termini, quod constat esse maximum in syllogismo vitium.

Syllogismi quibus negationes conclusiones inferuntur unde vitium habeant.

Illud postremò est addendum, in syllogismis colligentibus conclusiones negantes, siue hi syllogismi expositorij sint, siue non, ex certa non identitate medij termini cum altero extremo, vel in toto, vel in parte, colligi non identitatem eiusdem extremi cum altero extremo, quod cum medio in toto, aut in parte est idem, ut ex modis vtilibus syllogismorum inferentium conclusionem negantem est manifestum.

Ex dictis facilè colliges, hanc consequentiam nullam esse: *omnis essentia divina est Pater: Filius est essentia divina: ergo Filius est Pater.* Est enim syllogismus ex puris particularibus, eò quòd medium non distribuatur completè. Esset verò valida, si medium in maiori propositione distribuatur completè, dicereturque, *omnis res qua est essentia divina est Pater: attamè tunc maior esset falsa, quia Filius est res, quae est essentia divina, & non est Pater.* Eodem vitio laborat haec alia consequentia: *haec essentia divina est Pater: haec essentia divina est Filius: ergo Filius est Pater.* Etenim licet medium sit res singularis, est tamen communis multis, nec completam habet distributionem, ut patebit aduertenti. Propter eundem defectum haec ratiocinationes nihil valent: *omnis Deus est Pater: Filius est Deus: ergo Filius est Pater. Hic Deus est Pater: hic Deus est Filius: ergo Filius est Pater.* Licet enim concretum, *Deus*, aut, *hic Deus*, supponat personis: quia tamen est res singularis, neque diuiditur in illis, distributio non fertur supra personas, sed supra naturam significatam in concreto, quae est vnicum indiuiduum reali communitate tribus suppositis commune. Verùm de hac re fusior erit sermo in sequentibus. Ex eodè defectu haec consequentia nihil valent: *spiratio actiua est paternitas: spiratio actiua est filiatio: ergo filiatio est paternitas: omnis spirator est Pater: Filius est spirator: ergo Filius est Pater.* Spiratio namque actiua est indiuiduum quoddam idem re & actione formali cum paternitate & filiatione, solum virtute ab eis distinctum, atque ad eò commune illis per identitatem: in nullaque praemissarum distribuatur completè. Essent verò optima consequentia si medium distribuatur in illis completè, dicereturque in maiori: *omnis res, quae est spiratio actiua, est paternitas: aut, omnis res quae est spirator, est pater: sed tunc propositiones essent falsae. Eodem vitio laborat syllogismus ille, quem disputatione praecedente in rebus naturalibus confecimus: hoc intelligens est Socrates: hoc idem intelligens est eius anima: ergo anima est Socrates. Qui iuxta modum à nobis explicatum emendari possit.*

Syllogismus in terminis diuinis vray defectus unde.

Ex dictis etiam licet colligere has, & similes consequentias nihil valere, cum in eis committatur fallacia accidentis: *Filius non est Pater: Filius est essentia divina: ergo essentia divina non est Pater. Filius differt à Patre: Filius est essentia divina: ergo essentia divina differt à Patre. Pater generat: Pater est essentia divina: ergo essentia divina generat. Filius est genitus: Filius est essentia divina: ergo essentia divina est genita. Intellectus in Deo est principium Filij: intellectus in Deo est voluntas: ergo voluntas est principium Filij.* Quòd verò in his omnibus consequentis fallacia accidentis committatur, ex eo est manifestum, quoniam Filio conuenit non esse Patrem, differre ac distingui à Patre, ut ratione ac virtute distinguitur ab essentia diuina: quare si, propter identitatè quam habet cum essen-

tia diuina, velimus essentiae illa eadem tribuere, in fallaciam accidentis incidemus: ac si conficere-mus has argumentationes: *Socrates est indiuiduum: Socrates est homo: ergo homo est indiuiduum. Socrates non est species: Socrates est homo: ergo homo non est species.* Generare etiam conuenit Patri, & esse genitum Filio, ut ratione ac virtute distinguntur ab essentia: quare si propter identitatem, quam cum eadem essentia habent, illud idem tribuere velimus essentiae, accidentis fallacia committetur. Simili modo, esse principium Filij, conuenit intellectui, ut ratione ac virtute distinguitur à voluntate: quare si propter identitatem realem & formalem, quam voluntas habet cum intellectu, velimus id voluntati accommodare, accidentis fallaciam incurramus.

ARTICVLVS IV.

Utrum in Deo sint tantum quatuor relationes reales.

DISPUTATIO I.



CONCLUSIO affirmat, quae cum exclusiua sit, duas habet exponentes, quarum prima, quae dicit, in Deo esse quatuor relationes reales, est tam certa, ut non dubitem contrariam appellare errorem in fide: in sensu tamen vero, quem dabimus inferius. Quod ad posteriorem verò attinet, videlicet in Deo non esse plures relationes reales, quam quatuor, est controuersa, ut quaestione 42. est examinandum.

Relationes reales diuinae non esse tantum quatuor.

Conclusionem probat D. Thomas hoc loco, quoniam omnis relatio realis fundatur (intellige, tantquam in ratione fundandi) in quantitate, vel in actione, aut passione ex Aristotele 5. Metaphysicae cap. 15. sed in Deo non est relatio realis, quae fundetur in quantitate: eò quòd in Deo non sit quantitas: neque quae fundetur in actione, aut passione ad extra: quippe cum relatio Dei ad creaturas, quae ex huiusmodi actione tamquam ex ratione fundandi resultat, non sit realis ex parte Dei, sed rationis, ut quaest. 13. art. 7. dictum est: ergo relationes reales, quae sunt in Deo, fundantur solum tantquam in ratione fundandi in actione ad intra, secundum quam est processio in diuinis. Quare cum in Deo sit duplex tantum processio, ut in superioribus est habitum, vna secundum actionem intellectus, quae est processio Verbi, & propriissime dicitur generatio: alia secundum actionem voluntatis, quae est processio amoris: secundum quamlibet autem processionem sint duae relationes reales oppositae, vna procedentis à principio, altera principij à quo procedit: fit, ut in Deo sint tantum quatuor relationes reales: duae secundum processionem intellectus, quarum vna dicitur paternitas, & alia filiatio. Etenim relatio principij, à quo est generatio propria viuentibus, paternitas dicitur: relatio verò erus, quod per generationem est à tali principio, dicitur filiatio: & duae aliae secundum processionem amoris, quae nomine carent: quemadmodum & ipsa processio (intellige, in sensu quaestione praecedente articulo 4. in responsione ad tertium explicato.) Appellatur verò relatio principij, à quo est talis processio, spiratio actiua: relatio verò procedentis à tali principio dicitur processio, aut spiratio passiuia. Tamest nomina haec commodius applicentur ad significandam processionem ipsam significatam per modum actionis & passionis, quam ad significandas relationes ipsas per modum relationis. Quo loco animad

MOL
INDI
D

animaduerte, relationem, & processioem in Deo esse idem ex natura rei, etiam virtute, vt in sequentibus fiet manifestum.

Circa primam maiorem huius totius progressus animaduertendum est, intelligendam esse solum de relationibus primi & secundi generis eo loco ab Aristotele numeratis: relationem namque realem tertij generis, nempe mensurati ad mensuram, qualis est scientia ad scibile, ostendit D. Thomas in responsione ad primum non habere locum in Deo: eo quod in ipso relatio intelligens ad rem intellectam, & volentis ad rem volitam, sint relationes rationis. Cetera, quae circa eandem maiorem dici poterant, copiose ad praedicamentum relationis sunt explicata.

Circa primam partem minoris, illiusque probationem, qua probatur in Deo non dari relationem realem, qua fundetur in quantitate, eo quod in Deo nulla sit quantitas, animaduertendum est. Probationem non esse satis firmam: quantitas namque, qua satis est, vt sit ratio fundandi relationem realem, non est quantitas molis, sed vnitas, aut multitudo quocumque modo, vt ad praedicamentum relationis explicauimus: probatio vero D. Thomae loquitur de quantitate molis. Inferius autem quaest. 42. ostendemus, eiusmodi relationes, quae tanquam rationem fundandi exigunt vnitatem, vt sunt similitudo & aequalitas, non esse relationes reales in Deo: quod etiam D. Thomas hoc loco in responsione ad quartum pollicetur se eo loco praestitutum, & eaque de causa videtur probationem illam minoris non multum expendisse.

Circa quatuor relationes reales, quae sunt in Deo, animaduertendum est, non esse quatuor res, sed tres tantum. Ratio est, quoniam licet quatuor earum distinguatur re ab aliqua alia, nempe a relatione sibi opposita: spiratio tamen actiua non distinguitur a paternitate & filiatione, quibus non opponitur. Quare non in eo sensu dicuntur quatuor relationes reales, quasi sint quatuor res, sed quia sunt quatuor rationes formales relationis realis, virtute saltem, atque ratione inter se distincta.

DISPUTATIO II

Vtrum diuina relatio in commune vniuocum quippiam sit, an analogum ad singulas quatuor relationes diuinas.

Ad hanc questionem paucis dicendum est, non esse vniuocum quid, sed analogum. Quod probari potest. Primum, quia si relatio in diuinis esset quid vniuocum ad singulas relationes, vel esset illis commune communitate reali, quasi vna numero relatio esset intrinseca omnibus quatuor relationibus, eo modo quo essentia diuina communis est communitate reali tribus suppositis diuinis, vel esset illis commune communitate rationis, ita scilicet vt ratio relationis in illis diuideretur, & contraheretur ad paternitatem, filiationem, &c. Primum dici non potest, quia tunc quatuor relationes diuinae, non essent quatuor, sed vna tantum: sicut tres personae diuinae non sunt tres Dij, sed vnus Deus, eo quod vna tantum numero Deitas sit in tribus personis. Si vero detur secundum, sequitur relationes diuinas constare genere & differentia, ac proinde in eis esse compositionem metaphysicam, quod cum diuina simplicitate pugnat. Consecutio probatur, quoniam nihil tunc esset, per quod relatio diuina in commune reuerteretur a ratione gene-

ris, maxime cum, eo dato, relationes oppositae dicende non essent differre solo numero.

Secundo, relationibus constituntur vltimo supposita diuina in esse suppositorum: id autem, quod vltimo constituit suppositum, est quid incommunicabile, & primo diuersum: ergo relationes diuinae in nullo vniuoco conueniunt, sed se totis distinguuntur.

Est igitur relatio diuina in commune analogum quoddam proportionalitatis ad quatuor relationes diuinas. Etenim vt paternitas se habet ad suppositum Patris, quod constituit: est enim principium referendi, & distinguendi Patrem a reliquis personis: ita se habent reliquae relationes comparatione suppositorum quae constituntur.

Esse quid analogum concluditur.

QUESTIO XXIX

De personis diuinis.

In articulum 1. 3. & 4. item in 4. quaest. 3. & 4. item in 4. quaest. 3. & 4. item in 4. quaest. 3.

DISPUTATIO I

Quid sit persona, & an in diuinis sit concedenda.

DISSENTIT deinceps D. Thomas de personis diuinis. Primum in genere vsque ad quaest. 33. deinde de singularis in particulari. Placuit quatuor articulos propositos hac & sequenti disputatione simul explicare propter connexionem rerum, quas in eis D. Thomas pertractat.

Persona definitur a Boetio in libro de duabus naturis in hunc modum: Est rationalis natura indiuidua substantia. A Richardo vero 4. de Trinitate, cap. 22. definitur, rationalis natura incommunicabilis existentia. Vtraque definitio eundem sensum habet. Etenim Boetius, per indiuiduam substantiam, incommunicabilem intellexit. Richardus vero nomine existentiae, vel intellexit substantiam, vel existens, sumpto abstracto pro concreto: existens vero incommunicabile substantia incommunicabilis est.

Circa vtramque definitionem notandum est primum. Nominem, naturam rationalis, intelligi hoc loco naturam intellectualem, quae communis est diuinae, angelicae, & humanae. Secundo animaduerte substantiam incommunicabilem, & suppositum idem esse. Quod fit, vt quicquid suppositum non est a ratione personae, per partem illam definitionis, substantia indiuidua, hoc est, incommunicabilis, reiciatur. Reicientur ergo accidentia omnia, non solum quod substantiae non sint, sed etiam quod substantiis, tanquam subiectis, quibus insunt, communicentur. Deinde partes omnes, substantiae incomplete, etiam rationalis animus: eo quod communicentur, possintve suapte natura communicari suppositis, quorum sunt partes. Excluditur praeterea humanitas Christi, spiratio actiua, spirator, natura diuina, atque hic Deus. Esto namque haec omnia indiuidua quaedam sint completa: humanitas tamen Christi verbo diuino communicata est, a quo sustentatur: spiratio actiua, & spirator communes sunt Patri & Filio: natura vero diuina, siue in concreto siue in abstracto concipiatur, communicata est tribus suppositis diuinis. Quod fit, vt nihil horum rationem vel personae, vel suppositi habeat. Denique per partem illam definitionis, rationalis naturae, excluduntur a ratione personae supposita omnium aliarum naturarum

Persona definitur a Boetio in libro de duabus naturis in hunc modum.

Humanitas Christi non est persona.

explicato (ad rationem namque personae impertinens est id, quod persona dicitur, sine reatum an non, dummodò tamen substantia sit incommunicabilis naturae alicuius rationalis) inde, inquirunt autores opinionis, quam explicamus, est, quòd persona diuina, ut significatur hoc nomine, *persona*, nõ dicitur relatiuè ad aliam personam: neque enim ostenso Patre aeterno rectè dixeris, *haec persona est huius alterius persona*, puta à Filij, persona. Atque in hoc sensu intelligunt Augustinum 7. de Trinitate, cap. 6. dixisse: *Cum dicimus personam Patris, non aliud dicimus, quam substantiam, id est, hypostasim Patris: ad se quippe dicitur persona, non ad Filium.* Quòd si ab autoribus huius opinionis postules, quam communitate persona diuina tribus personis sit communis? Respondent, non esse communem communitate reali, quasi detur vna persona numero, quae sit in tribus personis diuinis, eo modo quo vna numero essentia est in illis, sed esse comunem communitate rationis. Addit verò D. Thomas artic. 4. quaestiois sequentis, non esse comunem eo pacto, quo species communis est indiuiduis, sed esse comunem eo modo, quo indiuiduum vagum alicuius speciei commune est indiuiduis eiusdem speciei, ut quidam homo singulis hominibus, nempe, Petro, Paulo, &c. Quia enim illud indiuiduum vagum significat naturam humanam cum modo essendi determinato, qui singulis hominibus competit, videlicet esse quid subsistens distinctum à reliquis, praedicatur de singulis hominibus. Addit idem sanctus Doctor, hoc esse discrimen inter vocabuli, *persona*, & *indiuiduum vagum cuiusque speciei*, quòd indiuiduum vagum significat naturam, cuius est indiuiduum, in recto, cum modo illo existendi, qui cõpetit singulis indiuiduis sub eadem natura contentis; vocabulum verò, *persona*, non significat naturam in recto, sed in recto quidem modum illum existendi, in obliquo verò naturam: significat namque subsistens in natura distinctum à reliquis.

persona quae si formalis sit...

Sententia hæc multò obscurius, quam à nobis sit explicata, à suis patronis proponitur. Ac quamuis, qui eam veram iudicauerit, possit illam defendere, nobis tamen alia opinandi ratio hæc in re videtur longè probabilior. Non enim arbitror personam de formali significare aliquid reale, sed in concreto quippiam rationis, supponerèque pro rebus, quae dicuntur personae: quare hæc propositiones, *Pater est persona*, *Filius est persona*, non mihi videntur essentiales, sed accidentariae: sicut & hæc, *Socrates est indiuiduum*, *Mischaël est indiuiduum*. Probari autem potest nostra sententia primò, quoniam persona à Boëtio definitur per *indiuiduum*, à Richardo verò per *incommunicabile*: hæc autem de formali, non reale aliquid, sed rationis significat.

Secundò, quoniam vel persona significat primò & formaliter id reale, cui conuenit, ut sit persona, nempe Petrum & Ioannem, vel significat aliquid aliud formaliter, ac in concreto, & supponit pro re, quae dicitur persona. Si detur primum, cum ad reale, cui conuenit, ut sit persona, constitutatur intrinsecè & essentialiter ex natura rationali, cuius est persona, ut Pater aeternus ex essentia diuina, & Socrates ex natura humana, saltem esset, quòd ab autoribus huius opinionis dicitur, personam videlicet non dicere in recto naturam rationalem, cuius est persona: quippe cum manifestu sit, tam in Socrate, quam in Patre aeterno, illam in recto includi. Præterea, eo dato, hæc propositio esset falsa, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres persona*, cum tamen sit fidei contrarium. Consecutio probatur, quia cum perso-

A na sit nomen substantiuum, sanè si de formali in personis diuinis diceret essentiam diuinam, cum, ut nomen substantiuum pluraliter dicitur, necessaria sit pluralitas significati formalis, hæc esset falsa, *Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres persona diuina*: quippe cum essentia diuina in eis inclusa non multiplicetur. Si verò detur secundum (ut dare videntur autores opinionis, quam impugnamus) cum id reale, quod vnaquæque persona addit supra naturam, sit quid incommunicabile, ac alterius, & alterius rationis in alia ac alia persona; tam creata, quam increata, certè commodius dicitur vocabulum *persona* (quod de singulis personis dicitur) significare de formali modum rationis, qui hos distinctos gradus in singulis personis consequitur, supponere verò pro rebus realibus, quae dicuntur persona, quam significare gradus ipsos: neque enim fingi potest quid aliud vocabulum *persona* significet, quam vel hos gradus indistinctè, vel modum rationis comunem personis, qui eos consequitur.

B Confirmatur hæc ratio, quoniam si persona de formali significaret id reale, quod vnaquæque persona addit supra naturam, sanè persona Patris relatiuè diceretur ad Filium, non solum quatenus Pater, sed etiam quatenus hæc persona: quadoquidem significatum formale huius personae; ut hæc, non esset aliud, quam relatio realis ad Filium: significari verò distinctè sub ratione huius paternitatis in concreto, non tolleretur rationem huius personae, quae hæc numero persona est, si formale huius personae, quatenus hæc persona est, non est aliud quam paternitas ipsa in concreto, quae paternitas ac relatio est: Sancti autem non concedunt personam Patris, secundum esse huius personae, relatiuè dici ad Filium, quasi in re sit Filij persona, neque vsus loquendi, aut veritas id permittit.

C Confirmari etiam potest, quoniam cum singuli gradus reales, quibus singulae personae tam creatae, quam increatae constituuntur vltimò in esse Socratis, Michaëlis, Patris, &c. sine simplicissimi, & primò diuersi, ac proinde nullam inter se habeat conuenientiam essentialem, difficile admodum intelligi potest, quam ratione formari possit conceptus, vel vniuocus, vel analogus, quo illi soli in commune, & in concreto cõceptantur, ita ut conceptus ille comunis non sit cæteris gradibus, non solum simplicibus substantialibus, quales sunt differentiae omnes specificae substantiales, sed etiam simplicibus accidentium, quales sunt principia indiuiduationis, ac eorum differentiae specificae.

D Tertio, persona afficitur signo particulari, quemadmodum & quoduis aliud vniuersale: dicimus namque *quadam persona generat*: ergo persona non est quippiam commune multis instar indiuidui vagi. Patet consequentia, quia indiuiduum vagum non afficitur iterum signo particulari: inepè quippe dixeris, *quidam aliquis homo*. Neque satisfacit responso Capreoli in 1. dist. 25. nempe id, quod est commune instar indiuidui vagi, quatenus significat in recto modum cuiusque indiuidui, & non naturam, posse affici signo particulari, non vero indiuiduum vagum, quod significat naturam & modum. Non, inquam, satisfacit hæc responsio: quia indiuiduum vagum ex eo non potest iterum affici signo particulari, quia significat modum existendi particulariter, qui modus existere nequit particulariter per alium modum: si ergo persona significat eundem modum de formali & in recto, non poterit existere particulariter per alium modum, ac proinde neque affici signo alio particulari. His accedit, indiuiduum vagum, ut quidam homo,

Responso Capreoli in 1. dist. 25. nempe id, quod est commune instar indiuidui vagi, quatenus significat in recto modum cuiusque indiuidui, & non naturam, posse affici signo particulari, non vero indiuiduum vagum, quod significat naturam & modum.

...consecutio probatur, quia cum perso-

homo, esse complexum quoddam, ac vnum per accidens: idem quippe est dicere, quidam homo, ac dicere, vnus homo, & dicere quidam homines, ac multi homines: quare dictio, quidam, non significat id reale, quo indiuidua nature, cui applicatur, constituuntur vltimò, ac distinguuntur abinuicem.

Durandi opinio.

Hac ergo opinione relicta, Durandus in 1. dist. 23. quest. 1. in eam inclinat sententiam vt dicat, vocabulum, persona, de formali significare in concreto quamdam intentionem secundam, supponere verò pro indiuiduis constitutis ex natura rationali, cuius sunt indiuidua, & ex proprietatibus personarum, Eandem sententiam affirmant Torres hoc loco, & quidam alij.

Torres.

Impugnatur.

Sententia hæc, licet magis ad veritatem accedat, non videtur tamen omnino rei propositæ scopum attingere: id quod ostenditur. Primò, quoniam cum intentio tamquam à ratione fundandi ab opere intellectus pendeat, concedendum esset, seclusa intellectus operatione, non esse in Deo tres personas, nisi fundamentaliter, ac in potentia solum quoad significatum formale vocabuli persona. Secundò, quoniam omnis intentio secunda est relatio: quare si persona in concreto significat intentionem secundam, habebit correlatiuum quod ei respondeat, quod tamen non facillè ostendetur, quod illud sit. Si quis fortè dicat, correlatiuum esse naturam rationalem communem communitate reali, vel rationis, is debet animaduertere, esse per impossibile in natura diuina non esset communitas realis, sed Deus esset, qualem illum crediderunt Philosophi, nihilominus futuram in Deo vnam personam duntaxat, vt Iudæi, & Gentiles Philosophi arbitrantur: quare ad rationem personæ necessarium non est, vt natura, cuius est persona, sit communis. Adde, naturam rationalem, quæ natura rationalis est, non esse relatiuum: quæ commune verò quid est, referri quidem ad particulare, subiicibile, quæ tale est: persona autem, quæ persona, non subiicibile quid, sed incommunicabile, subsistens in natura rationali videtur significare.

Scoti & autoris sententia. Nomen persona quid dicitur de formali, & pro quibus supponatur.

Est ergo tertia opinio Scoti in 1. dist. 23. & 25. quam amplectendam censet, asseretis, vocabulum, persona, de formali significare in concreto incommunicabile nature rationalis: supponere verò pro rebus realibus, quibus conuenit huiusmodi incommunicabilitas. Porò incommunicabilitas negatio quædam est, aut si maus (atque hoc censet probabilius) dicit, sicut vnum de formali dicit indiuisiōnem in ente, eaque de causa includit ens, & addit indiuisiōnem, & ob id vnum numero est ens indiuisiū in se, & diuisum à quocumque alio: ita suppositum dicere indiuiduam seu incommunicabilem substantiam, & propterea includere substantiam in suo significato formali, & addere incommunicabilitatem, per quam contrahitur ad esse suppositum. Personam verò addere supra suppositum, quod sit natura rationalis. Opinio hæc probatur primò ex definitionibus Boëtij & Richardi: affirmant enim personam esse substantiam indiuiduam, id est, incommunicabilem. Secundò probatur, quoniam ea data, cessant expositæ huius rei difficultates, atque omnia rectè constant.

ARTICVLVS III

Vtrum sicut in diuinis concedimus esse tres personas, ita concedendum sit esse tres substantias.

DISPUTATIO I.

PARS

que negat suaderi potest primò, quoniam Hieronymus in epist. ad Damasum citata renuit cōcedere tres personas diuinas esse tres substantias.

Ait enim: Sufficiat nobis dicere vnam substantiam, & tres personas perfectas & æquales. Imò sacrilegum existimat asserere, tres personas diuinas esse tres substantias. Augustinus etiam 5. de Trinitate, cap. 9. Quia nostra, inquit, consuetudo iam obrinuit, vt idem intelligamus cum dicimus substantiam, & cum dicimus essentiam, non audemus dicere vnam essentiam, & tres substantias, sed vnam substantiam, vel essentiam, & tres personas: quod idem 7. de Trinitate, cap. 4. ad finem probat. Id ipsum affirmat Richardus 4. de Trinitate, cap. 6. 7. & 8.

Secundò, quoniam Concilia affirmant, Deum esse tres personas, & vnam substantiam, vt Toletanum 6. cap. 1. de tribus personis dicit, substantia liter vnum sunt, subiungitque, in hac Trinitate tanta est vnitatis substantia, vt pluralitate careat. Conciliū Toletanum II. in confessione fidei: Nec, inquit, sicut tres personas, ita tres substantias predicamus, sed vnam substantiam, tres autem personas. Lateranensi item cap. Firmiter, & cap. Damnamus, de summa Trinitate, & fide Catholica, tres persone, sed vna essentia, substantia, seu natura. Demum in Concilio Niceno definitum fuit, filij esse vnicuique patri, quod Latina Ecclesia vertit, consubstantialia Patri, vt habetur in symbolo Missæ: ergo tres persone diuine non sunt tres substantia, sed vna tantum.

Pars verò, quæ affirmat, suaderi potest efficacissimis rationibus. Primò, quoniam tres persone diuine sunt tres res inter se re ipsa distinctæ: cum ergo non sint accidentia, sit, vt sint tres substantia. Et enim ens reale sufficienter diuiditur in substantiam & accidens: neque datur res, quæ medium quid sit inter substantiam & accidens. Secundò, persona à Boëtio definitur, indiuidua substantia rationalis natura: ergo tres persone diuine sunt tres indiuidua substantia, atque adò tres substantia. Confirmatur, quia vt statim videbimus, concedi debent in Deo tres hypostates: cum ergo vna sit, idem sonet Græcè, quod Latine substantia, fit, vt cōcedendum etiam sit tres personas diuinas esse tres substantias.

Tertiò, Augustinus 7. de Trinitate, cap. 6. prope finem. Aut si iam, inquit, placet, propter disputandi necessitatem, cum quaritur, quid sit, dicere tres substantias, siue tres personas. Quo loco satis aperte admittit in rigore, atque ex proprietate sermonis, id posse concedi. Item 5. de Trinitate, cap. 8. ait: Nostri, id est, Latini, hæc Græco tractantes eloquio dicere consueuerunt, vnam essentiam, & tres substantias, quod est Latine, vnam essentiam, & tres substantias. Hilarius etiam in libro de Synodis affirmat, se interfuisse cuidam synodo, vbi expressè admissam est in diuinis tres esse substantias. Et Anselmus Monologion, capite penultimo asserit, posse dici vnam essentiam, & tres personas, siue substantias. Et de incarnatione Verbi, c. 8. Sicut, inquit, nos dicimus vnam substantiam, & tres personas, ita illi (Græci scilicet) dicunt vnam essentiam, & tres substantias: id ipsum per substantias, quod nos per personas significantes: neque nobiscum aliquatenus in fide discrepans. Hæc Anselmus. D. Thomas quoque hoc loco in responsione ad secundum concedit, nomen substantia accipi etiam pro hypostasi, atque supposito apud Latinos. Idem affirmat quæst. sequenti articulo primo ad primum.

Vt dubio proposito satisfiat, sciendum est, vocabulum, substantia, trium modis accipi.

MOLL
INDI
ID

bulum, substantia, tribus modis usurpari, vt in explicando praedicamento substantiam adnotauimus. Vno modo, pro essentia, quam Graeci *ousav* vocant. Hoc modo sumitur apud Aristotelem in definitione aequiuocorum & vniuocorum, his verbis. Ratio substantiae non nisi accommodata, &c. & alia saepe. Sicut autem vocabulum, essentia, sumitur duobus modis, ita etiam vocabulum substantia, quod attinet ad hanc usurpationem. Vno pro sola natura communi suppositis, indiuidiue: quo pacto proprietates personales, principiisque indiuiduantia, sicut non dicuntur de essentia, aut partes essentiae, ita neque dicuntur de substantia rei, aut partes substantiae. Haec acceptio essentiae, & substantiae, pro sola natura communi, non vero pro proprietatibus personalibus, principiisque indiuiduantibus, frequentissima est apud antiquos Philosophos, & Patres. Saepè Aristoteles solam naturam communem, & quae illi interna sunt, quod quid est, essentiam, ac quidditatem appellat. Et 5. Metaph. cap. 8. textu 15. distinguens significationes vocabuli substantiae, ait: *Item quod quid erat esse, cuius ratio definitio est, hoc vniuocumque substantia dicitur, statimque subiungit aliam vocabuli usurpationem, qua suppositum, indiuidiue praedicamenti substantiae dicitur substantia, dicens: Accidit igitur duobus modis substantiam dici, & ipsum vltimū subiectum, quod non dicitur de alio (id est, suppositum) & id quod, cum quodquid sit, etiam separabile fuerit, (id est, natura communis in eo inclusa, quae proinde destructo supposito manet in aliis.)* Cyrillus etiam lib. 1. dialogorum de Trinitate, duobus foliis ante finem libri, hoc constituit discrimen inter substantiam seu essentiam, & substantiam, hoc est, suppositum: quod substantia, seu essentia sit sola natura communis suppositis: substantia vero sit suppositum, reſue singularis ac incommunicabilis sub illa contenta. In confessione etiam Iustini, quae habetur ad finem primi tomi Conciliorum, post Concilium Toletanum secundum dicitur. *Non idem est natura & substantia: omnes enim sancti Patres constantiter nos docent, aliud esse naturam, siue substantiam & formam, & aliud substantiam, siue personam: & naturam quidem vel substantiam & formam, hoc quod est commune significare: substantiam autem, siue personam hoc quod est speciale.* Et Theodoretus in additionibus ad Breuiarium Liberati 2. tomo Conciliorum ante Concilium Aeternense ait: *Natura & substantia in nullo differunt, nisi in nomine: natura enim substantia est. Substantia & persona in nullo differunt, nisi in nomine: substantia enim persona est, sed natura quidem & substantia generale quoddam, substantia vero atque persona quoddam proprium significant. Velut vna communis omnium: hominum natura est atque substantia: substantia vero & persona cuiusque hominis proprium. Et non quoniam innumerabiles personae, & substantiae sunt hominum, propterea innumerabiles & naturae, siue substantiae. Vna namque & eadem substantia, atque apud omnes homines, & non altera est. Et rursus non quoniam vna & eadem natura, atque substantia omnium hominum est, propterea vna est, seu persona, seu substantia omnium hominum: scimus enim diuersas personas hominum, & non vnā. Petrus enim, & Iacobus, & Ioannes vnū quidem naturam & substantiam secundum quod homines sunt, &c.* Haec Theodoretus. Ex quibus constat antiquos Philosophos & Patres frequentē nomine naturae, essentiae, & substantiae, id solum intelligere, quod commune est suppositis, praescindendo ad proprietates personales, differentiue indiuiduantibus: tamen interdum indiuidua ipsa naturarum substantialium substantias appellant. Sic enim

A Aristoteles eiusmodi indiuidua appellat primas substantias, & Boetius, ac Richardus illas eadem indiuiduas, incommunicabilesque substantias vocant.

Ex dictis colligas, merito diuinitatem, quia communis est tribus personis diuinis, vocari essentiam. Licet etiam ea causa accedat, quod totum esse proprietatum personalium tamquam in radice sit in natura diuina, cum quo est omnibus modis idem ex natura rei. Intelliges ex dictis verus dissidium inter Catholicos & Ariūm. Hic enim dicebat esse aliam naturam, non solum numero, sed etiam rationis alterius in Patre, aliam in Filio, aliam in Spiritu sancto, ac proinde in tribus personis esse tres essentias, & naturas: Catholicī verō solam vnā numero essentiam diuinam Dei, quatenus Deus est, in tribus personis diuinis agnoscebant, affirmantes personas solis distingui proprietatibus, relationibusue realibus, cum essentia & natura diuina profus eisdem: distinctis tamē inter se secundum rem propter oppositionem relatiuam.

Alio modo sumitur substantia, vt dicitur a substando accidentibus, in qua acceptione substantia formaliter significat relationem substantis ad accidens sustentarum: diuiditurque in substantiam primam, id est, quae non mediante alia accidentibus substat, vt sunt supposita, indiuiduae praedicamenti substantiae: & in substantiam secundam, id est, quae secundario, mediante alia substat, quales sunt substantiae vniuersales, quae mediantibus singularibus substantiis accidentibus substant. Cum verō accidens Deo repugnet, ratio quoque substantiae in hac acceptione ei conuenire non potest. Iuxta eam acceptionem intelligendus est Augustinus 7. de Trinitate, cap. 5. *Cum Deum ab ipse dici substantiam asserit: eod quod accidentibus careat: licet propriūssimē essentiam dei assermet.*

In tertia usurpatione substantia dicitur à per se effendo, hoc est, non in alio tamquam in subiecto, sumptaque hoc modo contra accidens diuiditur. Omne namque ens reale, vel est in subiecto, vel non est in subiecto, haec enim duo pugnantia dicunt: quod si in subiecto sit, erit accidens: si verō non sit in subiecto, erit ens per se existens in sensu explicato, atque ad eod substantia.

His suppositis sit prima conclusio. Sumpta substantia in prima acceptione iuxta modum loquendi antiquorum Philosophorum ac Patrum, nempe pro essentia communi singularibus, tres personae diuinae non sunt tres substantiae, sed vna numero substantia: asserereque contrarium esset error in fide. De substantia in hac acceptione loquuntur testimonia omnia, quibus pars quae negat confirmata est, satilque aperte probant hanc nostram conclusionem.

Secunda conclusio. Sumpta substantia in tertia acceptione, haec in rigore ac simpliciter est vera, tres personae diuinae sunt tres substantiae. Idque aperte satilque efficaciter probant argumenta adducta in confirmationem partis, quae affirmat.

Tertia conclusio. Tum propter aequiuocationē vocabuli, substantia, quia interdum sumitur pro essentia communi, interdum verō pro quocumque ente reali existente non in alio tamquam in subiecto: tum etiam propter vsum sanctorum Patrum, & Conciliorum, qui nomine, substantia, in Deo intelligere consueuerunt solam essentiam: tum denique propter cōtrouersiam, quae fuit cum haereticis, num in ea acceptione sint plures substantiae in Deo, an vna tantum, numquam absolute concedendum est, tres personas diuinas esse tres substantias: sed cum distinctione, nempe id verum esse, si substantia sumatur,

Diuinitas cur essentia personarum diuinarum dicatur.

Arij & Catholicorum dissidium.

Substantia usurpatio.

Substantia vt à substando dicitur Deo non conuenit.

Substantia acceptio.

1. Conclusio.

2. Conclusio.

3. Conclusio.

Cur non sit absolute concedendum, tres personas diuinas esse tres substantias.

Substantia apud antiquos, & suppositum idem.

Cur non sit absolute concedendum, tres personas diuinas esse tres substantias.

Handwritten signature or mark at the bottom of the page.

sumatur, non pro essentia, sed pro re per se existentem, id est, non in alio tamquam in subiecto, secus autem si sumatur pro essentia: aut nisi appositae particula aliqua, quæ denotet sumi substantiam pro supposito, ut si dicatur, sunt tres substantiæ relatiuæ, aut tres substantiæ incommunicabiles. Atque hoc solum est, quod voluit Augustinus, & alij Patres, quos in confirmationem partis, quæ negat, retulimus.

DISPUTATIO II.

Vtrum concedendum sit in Deo esse tria supposita, & tres hypostases.

Suppositum unde dicitur.

Quod ad primum attinet, non dubium est, in Deo esse tria supposita. Personæ namque supposita quædam sunt: quare cum in Deo sint tres personæ, sit, ut sint tria supposita. Circa vocabulum verò animaduertendum est, suppositum dici quasi sub aliis positum, tam accidentibus, si sit accidentium capax (quod dico propter supposita diuina) quam prædicatis substantialibus. Quod autem aliquid omnibus aliis subiiciatur, ex eo prouenit, quod sit substantia incommunicabilis: quare suppositum de formali incommunicabilem substantiam significat, supponit verò pro re substantiali, cui conuenit incommunicabilitas, ut articulo præcedente explicatum est. Ratio verò impositionis nominis est, quod talis res cæteris rebus, & ipsi nulla alia, subiiciatur.

Hypostasis.

Quod verò attinet ad secundum, sciendum est, ὑπόστασις Græcè idem, quod Latine dicitur substantia, significare. Boëtius dicit ὑπόστασις dici à substantia do accidentibus, quod D. Thomas in responsione ad tertium articuli tertij huius quæstionis exponit, ut intelligatur, quoad impositionem nominis, non verò quoad rem significatam. Unde ut aliquid dicatur ὑπόστασις necessarium non est ut accidentibus subster: quemadmodum licet lapis à ledendo pedem dicatur, necesse non est, ut omnis lapis pedem lædat. Quamuis autem vocabulum, *hypostasis*, usurpari etiam possit ad significandam quamcumque aliam substantiam (quo pacto usurpari videtur ad Hebræos 1. ubi enim Latina versio habet: *Qui cum sit splendor gloria, & figura substantia eius*, Græca habet ὑπόστασις τοῦ θεοῦ ἡ εἰκὼν αὐτοῦ, id est, figura hypostasis eius) interdum tantum sumitur ad significandam solam substantiam incommunicabilem, & tunc hypostasis & suppositum idem sunt. Quare quemadmodum concedimus in Deo tria supposita, sic etiam concedi debent tres hypostases. Id quod confirmari potest, quoniam ubi in symbolo Athanasij Latine dicitur, *alia est persona Patris, alia Filij, &c.* Græcè habetur: *alia est hypostasis Patris, alia Filij, &c.* Basilij præterea in epist. 43. ad Gregorium Nyssanum, ὁμοῦν vult esse idem quod essentiam, ὑπόστασις verò rem indiuiduam, & proprietatibus subsistentem: res verò proprietatibus subsistens id ipsum est, quod persona in diuinis. Præterea Damascenus lib. 1. fidei orthodoxæ, cap. 10. *In solis*, inquit, *personalibus proprietatibus differunt ab inuicem tres sanctæ hypostases, non substantia, sed characterismo propria hypostases indiuisibiliter discrete.*

D. Hieronymus explicatur.

Quod hæc in re difficultatem facit, est beatus Hieronymus, dum in epistola ad Damasum cirata, concedere renuit in diuinis tres hypostases. Nam *uocantur*, inquit, *tres hypostases, si placet, & una tenentur.* Nomen hoc non bona suspitionis est. Et paucis interiectis: *Mihi credite, venenum sub melle latet.* Dicendum nihilominus est, ob id Hieronymum eo tempore tenuisse concedere in diuinis tres hypo-

stases, quod cum ὑπόστασις, idem significet quod substantia, hæretici decipiebant rudes argumentantes, in Deo sunt tres substantiæ: ergo tres essentiæ. Cæterum postquam iam nunc vsu recepta est usurpatio hypostasis pro folis substantiis incommunicabilibus, auctacter concedendum est, in Deo tres esse hypostases.

DISPUTATIO III.

Vtrum in Deo sint tres subsistentiæ.

Durandus in 3. dist. 1. q. 2. in Deo vnã tantum essentiam diuinã agnoscit subsistentiam, à qua tria supposita diuina dicantur subsistere: ita nimirum, ut licet aduentu trium proprietatum personaliũ resulent tres res proprietatibus ipsis inter se diuersè habentes essentiam communem, quæ proinde cum illis non efficit quatuor res: attamen eisdem proprietatibus aduenientibus non sequantur tres subsistentiæ, quarum vnã sit Patris, alia Filij, & tertia Spiritus sancti, quæ habeat communem subsistentiam diuinã essentia: quin potius à sola subsistentia diuinã essentia vult Durandus habere personas diuinas, quod subsistant. Ideoque negat hanc propositionem, *tres diuina persone sunt tria subsistentia substantiũ: licet sint tres subsistentes adiectiũ*, ad eum modum quo vnaquæque persona ab eadem numero deitate dicitur. Deus, & ab eadem numero sapientia, & potentia, dicitur sapiens, & potens, eaque de causa negamus tres personas diuinas esse tres Deos, aut tria sapientia, vel potentia substantiũ: quoniam ut nomen concretum substantium pluraliter dicatur, opus est pluralitate significati formalis: dicimus tamen tres personas diuinas esse sapientes, & potentes adiectiũ.

Hinc colligit illud discrimen inter suppositum creatum, & increatum: quod creatum completur in esse rei subsistentis per suam proprietatem personalem seu suppositi, à qua proinde habet ut subsistat, & qua secluta in reliquo nequit subsistentia reperiri: suppositum verò increatum, puta Pater, aut Filius in diuinis, non completur in esse subsistentis per suam proprietatem personalem, neque ab ea habet, ut subsistat, sed à sola essentia, subsistentiaque essentia: à proprietate verò personali habet, ut sit quippiam incommunicabile, atque adeo ut sit suppositum, ac persona. Quare, inquit, *ab alio habet, ut subsistat, nempe ab essentia, & ab alio, ut sit suppositum & persona, nempe à proprietate.*

Hanc suam sententiam probat Durandus. Primò, quoniam subsistere dicit perfectissimum modum essendi: sed in diuinis modus perfectissimus essendi est esse in se, & ad se, id est, esse absolutum, quod habent personæ ab essentia, non verò à proprietatibus personalibus, quæ sunt ad aliud: ergo subsistere solum conuenit diuinis personis ratione essentia, & ab essentia, non verò ratione proprietatum personalium, & à proprietatibus personalibus.

Secundò subsistere dicit perfectionem: at relatio, proprietate personalis, in diuinis nullam dicit perfectionem: alioquin aliqua perfectio esset in vna persona diuina, quæ non esset in alia: ergo in personis diuinis vnicum tantum est subsistere diuinæ essentia, à quo solo personæ subsistere dicantur.

Tertiò, quoniam Augustinus septimo de Trinitate, capite quarto probat, subsistere esse quid absolutum, dicens: *Omnia res ad se ipsam subsistere dicuntur, quanto magis Deus.*

Cæteranus 3. p. q. 3. artic. 2. arbitrat, sicut esse

Durandus.

Primum Durandus.

Secundum.

Tertium.

Cæterani, Mirandi, Scoti.

essentia.

ens reale conuenit personis diuinis non solum ratione essentia, sed etiam ratione relationum, ideoque in Deo sunt tres res relationae, & vna absoluta, quae cum sit idem cum relatiuis, non efficit cum illis quatuor res, sed tres tantum, vt Concilium Lateranense cap. *Damnatus*, de summa Trinitate & fide Catholica optime definit: sic etiam subsistere conuenit formaliter personis diuinis, non solum ratione essentiae, sed etiam ratione relationum, & ideo in Deo dari vnam subsistentiam absolutam essentiae diuinae communem tribus personis, & tres relatiuas trium personarum diuinarum, quae similiter cum absoluta diuinae essentiae non efficiunt quatuor subsistentias, eod quod sint idem prorsus cum ea. Addit Caietanus, esto vnaqueque persona a relatione habeat formaliter suam peculiarem subsistentiam, radicaliter tamen habere illam ab essentia: quod enim relatio in diuinis substantia sit, & non accidens, habet id ab essentia tanquam a radice: quare quod constituat quid substantiale incommunicabile, ac proinde subsistens, habet formaliter a se, sed radicaliter ab essentia. In eadem sententia sunt Miranda in sua summa Conciliorum in adnotationibus ad epistolam Sophronij, quae habetur in 6. Synodo actione 11, & Scotus quodlibeto 4. ad primum principale.

Alij volunt in Deo esse tres subsistentias personales & relatiuas, & nullam absolutam communem tribus personis, quasi essentia diuina neque subsistere, neque subsistentia dicenda sit.

Vt huius rei veritas innotescat, Conciliaeque, & Patres, alique Doctores rectius intelligantur, sciendum est, subsistere tribus modis vsurpari. Primo, vt sit idem quod per se existere, id est, non in alio tanquam in subiecto, quod quidem substantiis omnibus conuenit tam communibus, quam singularibus, etiam humanitati Christi. Imo & substantiis incompletis, vt materiae, ac formae equi, &c. Hanc acceptionem inuere videtur D. Thomas in hoc articulo: quamuis exponi possit, vt in aliqua duarum acceptionum sequentium loquatur. Iuxta eandem quidam definiunt subsistentiam esse ens per se subsistens, valere apud eos hanc consequentia: est subsistentia, ergo subsistit. Haec vsurpatio minus propria est, nec in ea controuertunt Doctores vtrum in Deo sint tres subsistentiae.

Secundo modo sumitur subsistere, vt idem sonet, quod per se existere, in eo sensu, vt in sua existentia non pendeat ab aliquo, cui quasi inexistat, & a quo tanquam ab eo, cui quasi inexistat, sustentetur. Quod propriissime est existere per se, id est, sine adminiculo alterius, cui innitur, & a quo ita sustentetur, pendeatque in suo esse. In hac acceptione nullum vniuersale subsistit, quia pendet in suo esse a singulari, in quo sit.

Nulla item forma (praeter animum rationalem) neque etiam materia prima subsistit, quia in suo esse pendet a supposito, in quo sint propter mutuum dependentiam formae a materia, & materiae a forma substantiali. Humanitas etiam Christi non subsistit, quia vt modo per incarnationem habet esse in Christo, pendet a Verbo diuino, cui quasi inexistit, & a quo sustentatur. Animus vero rationalis subsistere dicitur in hac acceptione, quia quamuis, dum corpori est vnitus, in eo, & in toto composito existat; ab eis tamen non pendet in suo esse, sed potest ab eis separatus existere. Vnde hoc discrimen tradi coeuevit inter animum rationalem, & caeteras formas naturales, quod solus animus rationalis subsistat. Quoniam vero ipse solus subsistit in seipso, ipse so-

Molina in D. Thom.

lus operatur vt quod caetera vero forma, vt id solum, quo suppositum operatur. Vt enim vnumquodque se habet ad esse, ita se habet, vt operetur, vt quo, aut vt quod. Eadem ratione, quoniam essentia diuina in suo esse non pendet a suppositis diuinis, quasi ab eis sustentetur, vel ad sui sustentationem & conseruationem in suo esse eis indigeat, dicitur subsistere in seipso in hac acceptione, vt omnes concedunt, eaque ratione operatur vt quod.

Age vero expendamus, ac constituamus, quidnam sit subsistentia, quae abstractum est verbi, subsistere, in hac secunda acceptione. Id namque ad intelligenda plurima perutile erit. Dico ergo, subsistentiam hoc modo sumptam non esse aliud, quam existentiam, vel esse, eius quod, vt existat, non pendet a quocumque alio, cui quasi inexistat, & a quo sustentetur. Quod enim eo modo existit, vt in suo esse non pendeat ab alio, cui quasi inexistat, dicitur subsistere in hac acceptione: existentia vero ipsa, vel esse, quo sic independenter a quocumque alio existit dicitur subsistentia. Quod sit, vt subsistentia in hac acceptione duo includat, nempe existentiam, & negationem dependentiae, quoad eam a quocumque alio cui id, quod eam habet, quasi inexistat, & a quo sustentetur. Id vero, quod in se habet, vnde fundet negationem talis dependentiae ab alio dicitur subsistere.

Hinc patet, quemadmodum vocabulis, suppositum, & persona, non significatur aliquid mere reale & positium, sed substantia contracta per negationem incommunicabilitatis, etsi ea voces supponunt pro iis substantiis singularibus, quae talem negationem sibi vendicant, ac in se fundant, vt articulo praecedente explicatum est: ita vocabulo, subsistere, non significari formaliter quid mere reale & positium, sed existentiam omnibus entibus & gradibus entium communem, contractam per negationem dependentiae, quoad ipsam, a quocumque alio cui res, quam afficit, quasi inexistat: supponere vero pro rebus, quae talem negationem dependentiae sibi vendicant, ac in se fundant.

Ex dictis facile intelliges, quae sequuntur. Primum est, sicut Physice, neque materia est subsistens, neque existentia illius est subsistentia, neque item forma (rationali animo excepto) est subsistens, neque existentia illius est subsistentia, sed totum compositum singulare, quod ex vnione formae cum materia resultat, est subsistens, & existentiaque illius est subsistentia: eod quod nec materiae nec formae conueniat a nullo alio dependere in suo esse, cui quasi inexistat: sed negatio praedicto modo dependendi ab alio in solum compositum conuenit: ita Metaphysice, neque hominem communem subsistere, neque existentiam illius esse subsistentiam, neque item id quod Socrates addit supra hominem communem esse subsistens, neque existentiam illius esse subsistentiam, sed solum Socratem subsistere, existentiamque illius esse subsistentiam: eod quod Socrates solus in suo esse a nullo alio pendeat, cui quasi in sit, & tam homo in commune, quam id quod Socrates supra ipsum addit, pendeat a Socrate in suo esse atque existentia.

Eadem ratione (iuxta eorum opinionem qui arbitrantur, suppositum creatum addere aliquid reale supra suam naturam singularem) neque singularis natura Socratis subsistit, neque existentia illius est subsistentia: neque item id, quod Socrates addit supra suam naturam singularem subsistit, neque existentia illius est subsistentia: eod quod vtrumque quo ad existentiam pendeat a Socrate: Socrate

Subsistentia quid.

Subsistere significat formaliter existentiam cum negatione dependentiae.

Subsistere quibus conueniat.

Natura singularis quatenus a supposito distinguitur, itemque eius existentia non est subsistentia.

Quorundam aliorum opinio.

Subsistere tribus modis accipi. Primum.

Secundo modo.

Humanitas Christi non subsistit per se.

Discrimen inter animam rationalem, & caeteras formas naturales.

tes autem, qui a nullo alio, cui quasi insit, pendet, & ob id suapte natura efflagitat sibi negationem illam dependentiae a quocumque alio, subsistere dicitur, existentiaque illius substantia vocatur. Quare haec consequentia nulla est, personalitas Socratis (id est, id quod cum natura humana in commune aut etiam cum hac numero humanitate constituit Socratem in esse Socratis, atque adeo in esse suppositi, & personae materialiter sumptae) complet Socratem in esse rei, cui subsistere conuenit: ergo personalitas Socratis subsistit, aut est substantia. Ut enim forma huius equi adueniens materiae superueniente reiam in se subsistenti, quo ea quasi contrahatur ad aliquid substantiale vnum per se, ac incommunicabile, existat distinctum subsistens, esto id, per quod contrahitur, neque subsistat, neque sit substantia. Ratio vtriusque dicti est, quoniam necesse non est, vt id quod contrahit, aut determinat, vel non subsistens ad esse rei subsistentis (vt hominem in communi, aut humanitatem Socratis ad esse Socratis) vel subsistens iam in seipso ad esse noui subsistentis, subsistens sit, aut substantia: quandoquidem negatio dependentiae a quocumque alio, cui quasi inexistat, reperiri fundarique potest in eo quod resultat, & non in eo per quod completur in rationem rei, cui subsistere conuenit.

Proprietates adiuuatae essentiae vt efficiunt diuersum subsistere, cum tamen ipsa non subsistat.

Secundum est. Sicut nullum est absurdum, animi rationale Diui Petri esse in se quippiam subsistens, & nihilominus in die iudicii, vbi fuerit corpori minimè subsistenti iterum vnitus, resultare D. Petrum, vt quiddam aliud subsistens, veram habens rationem suppositi & personae, quod animo non conueniebat: ita nullum esse absurdum, quod certo gradu metaphysico superueniente reiam in se subsistenti, quo ea quasi contrahatur ad aliquid substantiale vnum per se, ac incommunicabile, existat distinctum subsistens, esto id, per quod contrahitur, neque subsistat, neque sit substantia. Ratio vtriusque dicti est, quoniam necesse non est, vt id quod contrahit, aut determinat, vel non subsistens ad esse rei subsistentis (vt hominem in communi, aut humanitatem Socratis ad esse Socratis) vel subsistens iam in seipso ad esse noui subsistentis, subsistens sit, aut substantia: quandoquidem negatio dependentiae a quocumque alio, cui quasi inexistat, reperiri fundarique potest in eo quod resultat, & non in eo per quod completur in rationem rei, cui subsistere conuenit.

Relationes in diuinis vt subsistant.

Vnde infero. Cum in diuinis Pater intrinsecè includat essentiam diuinam, & suam proprietatem personalem, & Filius similiter essentiam & filiationem: posse paternitatem & filiationem sumi duobus modis, vt quaestione praecedente art. 2. disputatione vltima explicatum est. Vno tamquam formas totius, vt vocant, ita vt in abstracto dicantur quod Pater & Filius includunt in sua ratione formali. Hoc modo sunt idem prorsus, non solum re & ratione formali, sed etiam virtute cum Patre & Filio: ac proinde sicut Pater & Filius sunt supposita, personae, ac res subsistentes: ita etiam paternitas, & filiatio, esto vt supposita, personae, & res quaedam subsistentes sunt, commodiùs significantur nominibus concretis, quam abstractis.

Altero modo possunt sumi, vt dicunt nudas proprietates personales, nec includunt essentiam, sed cum ea nostro intelligendi more constituunt personam esse rerum incommunicabilium, atque adeo suppositorum & personatum fundamentali- rer. Hoc modo spectatae proprietates personales, cum intrinsecè non includant essentiam, non sunt personae, sed quasi principia, nostro intelligendi more, vnà cum essentia constituenta ac complementaria vltimo rationem personarum. Quia ergo proprietates personales hoc modo spectatae, quemadmodum radicaliter habent ab essentia, vt sint substantia, & non accidentia, atque adeo vt vnà cum essentia quippiam substantiale, & incommunicabile constituant: ita ab eadem essentia tamquam a fundamento, & radice videntur pendere in suo esse: cum tamen es-

sentia ab eis in suo esse vicissim non pendeat: quippe cum esto per impossibile non haberet proprietates personales relatiuas, sed esset qualem eam philosophi existimauerunt, optimè subsisteret in se ipsa: efficitur, vt proprietates personales neque sint supposita, neque subsistunt, sed solum contrahant ac determinant essentiam, quae in se ipsa subsistit, ad esse rei substantialis omnino incommunicabilis, atque adeo ad esse distincti subsistentis, quod proprièssimè habet rationem suppositi, ac personae: cum tamen essentia, nec suppositi, nec personae rationem habeat: eo quod suapte natura communicabilis sit

Proprietates personales non sunt supposita.

suppositis per easdem proprietates personales constitutis.

Ex his constat, proprietates personales in diuinis, nec esse subsistentes, nec esse substantias: & nihilominus vnà cum essentia constituere distinctum subsistens: eo quod suppositum, quod constituunt, fundet non solum negationem dependentiae a quocumque alio, cui quasi inexistat, & a quo sustentetur, sed etiam negationem communicabilitatis cuiusque alteri: quod essentiae non conuenit. Cum autem audis, proprietates personales vnà cum essentia constituere distinctum subsistens ab essentia, intellige, quod cum essentia non ponit in numerum subsistentium: quemadmodum quando corpus reunietur animae Diui Petri, constituitur cum ea distinctum subsistens, quod cum anima ea ratione non ponit in numerum subsistentium, quod eam includat: essentia autem in singulis personis nostro intelligendi more includitur, virtuteque tantum ab eis distinguitur.

Tertio modo sumitur subsistere, vt sit idem quod sub aliis omnibus sistere seu esse: quod solis rebus incommunicabilibus, suppositiue conuenit. Vnde in hac acceptione subsistere, & esse suppositum idem sunt: quandoquidem suppositum idem est, quod sub omnibus positum, quod soli indiuiduar, hoc est, incommunicabili substantia conuenit. In hac ergo acceptione, nec rationalis animus singularis, nec essentia diuina subsistunt: quippe cum non sint sub omnibus aliis: Rationalis namque animus communicatus est, communicariue suapte natura potest homini singulari, qui proinde illi quodammodo subsit. Essentia verò diuina communicata est tribus suppositis diuinis, quae illi quodammodo subsunt, sub illaque tamquam sub re illis communi habent esse.

Tertio modo dicitur quod subsistere seu esse: quod solis rebus incommunicabilibus, suppositiue conuenit.

Substantia sumitur duobus modis. Vno, vt est abstractum vocabuli, subsistere, in tribus acceptionibus explicatis. Iuxta primam significat existentiam non in alio tamquam in subiecto. Iuxta secundam significat existentiam cum independentia a quocumque alio, cui quasi id, quod eam habet, inexistat, Iuxta tertiam verò significat existentiam seu collocationem sub omnibus aliis, ita vt nulli alteri sit communicatum, aut possit communicari. Altero modo sumitur substantia pro re, cui subsistere conuenit: habetque tunc vocabulum, substantia, vim conereti, cum significet idem, quod subsistens.

Substantia vt abstracta à subiecto quidam sit.

His ita constitutis, sit prima conclusio. Sumpta substantia in hac secunda significatione, atque vt significat rem, cui conuenit subsistere in tertia acceptione eius vocabuli, in Deo sunt tantum tres substantiae, & non vna essentia illis communis, vt affirmat tertia opinio, quam retulimus. Probarur conclusio, quia substantia in hac significatione ideu est, idemque significat, quod suppositum, nempe rem cui conuenit sub omnibus aliis esse, id est, quod nulli alteri sit communicata: quod nihil aliud est, quam esse suppositum, aut personam, si sit rationalis natura.

Substantia inter diuina sit mita pro vt subsistat. Constat.

MOL
D

naturæ: sed in Deo sunt tantum tria supposita, aut persona, & nihil datur illis commune, quod sit suppositum, aut persona: ergo in Deo sunt tantum tres substantiæ in hac acceptione, & nulla datur, in eadem acceptione, essentia, quæ illis sit communis.

In Deo tres substantiæ personarum.

In hac acceptione sumunt vocabulum, substantiæ, multa Cœcilia, & antiqui Patres, præsertim Græci. Ita sumitur in Concilio Ephesino in confessione fidei, non semel, & anathematismo 3. habetur: *Si quis in uno Christo dividit substantias post unitatem* (id est, supposita post unionem incarnationis,) &c. Anathematismo 4. *Si quis in personis duabus, vel substantiis eas voces dividit, &c.* quo loco persona, & substantia pro eodem reputantur. In quinta synodo Anathematismo 1. *Si quis non constitetur unam Deitatem in tribus substantiis, sive personis adorandam, anathematise.* Anathematismo 5. *Si quis conatur intrudere in mysterio Christi duas substantias, vel personas, & infra, Sed non constitetur Dei verbum carni substantialiter uniri, & propterea unam eius substantiam, vel personam, & ita sanctam Chalcedonensem synodum unam substantiam Domini nostri Iesu Christi confiteri, talis anathema sit.* Neque enim adiectionem persone, vel substantiæ sanctæ Trinitatis suscepit ex incarnato uno de eadem Trinitate Dei Verbo. Hæc ibi. In eadem acceptione vsurpatur substantia Anathematismo 8. In Epistola Agathonis, quæ habetur in 6. synodo actione 4. & tamquam fides orthodoxa suscipitur actione 17. substantia, & persona pluries pro eodem reputantur. Et in synodica suggestione 125. Episcoporum, quæ habetur eadem actione quarta, & vt fides orthodoxa suscipitur actione 17. inter alia dicitur: *Unitatem quidem essentia, Trinitatem verò personarum sive substantiarum.* Et paulò inferius: *Unum Dominum nostrum Iesum Christum ex duabus, & in duabus substantiis inseparabiliter subsistere nusquam sublata differentia naturarum propter unitatem, sed potius salva proprietate utriusque, natura in unam personam, in unam substantiam concurrentem, non in dualitatem personarum dispersitum.* In Epistola Sophronij, quæ habetur actione 11. Trinitatem, inquit, pro tribus substantiis: unitatem autem propter singularitatem Deitatis. *Seu igitur sancta Trinitas numerabilis personibus facta est substantiis, seu sancta unitas extra omnem numerum est, & hæc quidem indivisibilem habet divisionem, & inconsusam gerit coniunctionem. Cum dividitur namque numerabilibus substantiis, & numeratur personarum alternitatibus, &c.* Hæc Sophronius. Et infra: *In tribus est personarum substantiis, neque substantiis confundentes, & in unam earum substantias dividentes, neque unam eandem essentiam partientes, & in tres eam essentias discernentes, & unam ex hoc dividentes Deitatem: sed est unus Deus, una Deitas in tribus substantiis fulgens, & tres substantiæ & persona in Deitate una cognoscuntur.* Quibus multa alia addit, ex quibus aperte constat, apud eum eiusque temperatis Patres, idem esse substantiam, & suppositum, ac personam in rebus mente præditis. In eadem 6. synodo actione 17. in definitione fidei habetur: *Salvata proprietate utriusque natura in unam personam, & in unam substantiam concurrentem.* Eodem modo sumitur substantia in Concilio Lateranensi sub Martino 1. canone 6. & 8. In Florentino sess. vltima in decreto de processione Spiritus sancti dicitur, *Filius secundum Græcos esse causam, secundum Latinos esse principium substantiæ Spiritus sancti: cum autem non sit principium essentia sed personæ: fit, vt nomine substantiæ Spiritus sancti, persona suppositumve Spiritus sancti intelligatur.* Eodem modo sumitur apertissimè, ac frequenter vocabulum substantiæ

Molina in D. Thom.

in confessione fidei Iustiniani, quæ habetur ad finem primi tomii Conciliorum post Concilium Toletanum secundum, & in testimonio Cyrilli, & Theodreti disput. 1. citatis.

Secunda conclusio. Sumpta substantia, vt est abstractum vocabuli subsistere secundo modo, vt pro re, cui conuenit subsistere secundo modo, in Deo sunt tres substantiæ personales, & vna essentialis illis communis, vt dicebant Caietanus, Miranda, & Scotus. Licet autem acceptio hæc non sit adeò frequens in Conciliis, & apud antiquos Patres, vt est acceptio de qua loquitur prima conclusio, vsurpatur tamen non rarò à doctoribus Scholasticis, estque non contemnenda. Tum quia non improprie videtur id dici subsistere, quod ita perfecte existit, vt nullo alio indigeat à quo tamquam à sustentaculo in suo esse pendeat, quod est propriissimè per se existere. Tum etiam, quoniam valde expediens est, vt impositum fuerit nomen aliquod, quod eum existendi modum significet: eò quòd actiones, & multa alia, solis eis, quæ eum habent essendi modum, tribuantur tamquam eis quæ operantur, vt quod, aut tamquam eis ad quæ terminatur, vt ad terminum qui producit, vt quod, nec occurrit commodius aliud nomen, quo is existendi modus melius exprimitur. Atque in hac acceptione vocabulorum, substantia, & subsistere, controuertunt doctores Scholastici, quot numero substantiæ sint in diuinis. In eademque sumit vocabulum subsistere Gregorius Nyssenus in enarratione vitæ Moysis, vbi explicans rubi visionem ait, *solum essentiam Dei verè subsistere.* Videturque sumere Augustinus, tum aliàs, tum 7. de Trinitate cap. 4. & 5. docetque conuenire diuinæ essentia. Tametsi illud proprie subsistere velit, quod ita non indiget alio, cui innitatur, vt ipsum sit accidentium sustentaculum, quasi subsistens idem sit, quod substantia vt à substando accedentibus dicitur: quæ causa est cur addat Augustinus, abusuè dici de Deo, magis que proprie Deum appellari essentiam, quam substantiam.

2. Conclusio. Quo pacto in Deo sint tres substantiæ personarum, & vna communis essentia.

Posterior pars conclusionis, in qua Caietanus cum Durando conuenit, nempe in Deo dari unam substantiam essentia in hac acceptione communem tribus personis, probatur facile. Quoniam essentia diuina non minùs independens est in suo esse à personis, quam rationalis animus à corpore, & à supposito, in quo est: quippe quæ minimè personis sustentetur, sicut paulò ante ostendimus; ergo essentia diuina subsistit in ea acceptione substantiæ, ac proinde datur in Deo substantia essentia, quæ communis sit tribus personis.

Prior verò pars, quòd scilicet dentur in Deo tres substantiæ personales, in qua Caietanus à Durando dissentit, non probatur directè testimonio Conciliorum & Patrum, quæ in confirmationem primæ conclusionis citauimus: quandoquidem in longè alia significatione accipiatur substantia in eis testimonio. Bartholomæus Medina ad tertiam partem D. Thomæ q. 3. artic. 2. censet, esse irrefragabile testimonium pro opinione Caietani illud Sophronij in 6. synodo, quod supra retulimus, in quo sanctissimam Trinitatem dicit numerabilem tribus personarum substantiis: quo in loco sumere non potest substantiam pro persona, sed pro essentia independentè à quocumque alio: alioquin, si sumeret substantiam pro persona, inepta esset locutio, cum perinde esset, ac si diceret, esse numerabilem tribus personis personarum substantiis. Dicendum tamen est, sumere pro supposito: nam substantia apud illos Patres latius

Nn 2 patet

paret quàm persona, idemque est quod suppositum. A
Quare perinde est ac si dixisset, esse numerabilem
tribus suppositis personalibus, id est, quæ sunt per-
sonæ, in qua locutione nihil ineptum reperitur.

Apertius multò videtur colligi hæc pars simul
cum præcedente, atque adeo opinio rota Caietani,
ex synodica suggestione 121. Episcoporum sub Aga-
thone supra citata, quæ sic habet: *Confitemur Trinua-
tem personarum, siue substantiarum, non trium nomi-
num substantiarum, sed bene trium personarum una sub-
sistentiam.* Quibus verbis substantia essentialis præ-
ter tres personas asseritur: alioquin non diceret
trium personarum vnam substantiam. Iouerus tam-
en in sua summa, cum hæc verba retulisset, addi-
dit: *Crediderim id esse mendum, positam, esse vnam sub-
sistentiam, loco ditionis vnam substantiam.* Sanè idem
mihi est factis vero simile: etenim in tota illa synodi-
ca suggestione, & in epistola Agathonis, semper su-
mitur substantia pro supposito, essetque intolerabi-
lis æquiuocatio immiscere nouam illam acceptio-
nem substantiæ præter communem motè loquen-
di illorum Patrum, vt ex dictis conclusione præce-
dente est manifestum. Adde quòd legendo, substan-
tiam, & non substantiam, coheret optimè sensus:
facileque fuit loco verbi, substantiam, transcribere
substantiam.

Tres diui-
na persona
habent tres
substantias.

Prætermisissis ergo Conciliorum testimoniis, vnde
ea pars directè confirmetur, rationibus potest
probari. Primò, quoniam vnumquodque trium (sup-
positorum diuinorum), quoad suam rationem for-
malem, cui conuenit esse suppositum naturæ diui-
næ, est ens reale, incommunicabile, realiter distin-
ctum à reliquis suppositis diuinis, includensque esse
absolutum, & respectiuum: sed secundum eam ra-
tionem formalem ita spectatam existit independèter à
quocumque alio, cui quasi inexistat, & à quo susten-
tetur: ergo non solum quoad essentiam, sed etiam D
secundum suam rationem formalem integrè spe-
ctatam, secundum quam distinguitur à reliquis sup-
positis diuinis, sortitur rationem peculiarem sub-
stantis, non secus ac Socrates, non solum quoad rati-
onale animæ, quem includit, sed etià quoad suam
rationem formalem integrè spectatam, sortitur ratio-
nem substantis peculiari quadam, sibi que propria
substantia. Consequentia manifesta est ex declara-
tione vocabuli subsistere in secunda acceptione: est
enim habere esse independèter à quocumque alio,
cui quasi innitatur. Maior probatione non indiget:
minor verò ex eo est manifesta, quoniam si existeret
dependèter ab alio, cui quasi inexistet, non
esset suppositum, eò quòd illi esset communicatum:
quare contradictionem implicat, aliquid esse
suppositum, & non subsistere in acceptione, de qua
disputamus. Confirmatur hæc ratio, quoniã vnum-
quodque trium suppositorum diuinorum, quoad integram
suam rationem formalem, secundum quam re distin-
guitur à reliquis, est substantia, vt substantia distin-
guitur contra accidens, atque adeò in Deo sunt tres
substantiæ relatiuæ, vt disp. i. ostensum est: cum er-
go vnumquodque trium suppositorum diuinorum,
quoad eam rationem formalem integrè spectatam,
nulli alteri rei innitatur, in qua existat, fit, vt quoad
eam subsistat substantia sibi propria, atque adeò vt tria
supposita diuina subsistat tribus substantiis relatiuis.

Secundò, ad pluralitatem suppositorum requi-
ritur pluralitas substantiarum, de quibus loqui-
mur, propterea enim Verbum diuinum, & hic ho-
mo, ostensò Iesu, non sunt plura supposita, quia ha-
bent vnicam substantiam: ergo in tribus suppositis
diuinis tres sunt substantiæ.

Tertiò, si paternitas cum essentia non constitue-
ret subsistens quoddam sua peculiari substantia, &
similiter filiatio, atque spiratio passiva, certè Pater,
Filius, & Spiritus sanctus non magis dicerentur
tres, quàm Verbum diuinum assumens simul tres
humanitates diceretur tres homines: quia enim
vnaquæque humanitas non constituit subsistens
alia substantia, sed eadem, quæ antea erat, Verbum
diuinum vnitè simul tribus humanitatibus, non di-
citur tres homines, sed vnus homo, id est, vnum ha-
bès tres humanitates: quare si relationes diuinæ non
constituere substantiam peculiari substantia, certè
Pater, Filius, & Spiritus sanctus non dicerentur tres,
sed vnum, nempe vna essentia subsistens habens tri-
plex esse relatiuum: non secus, ac idem lac subsistens,
licet sit album & dulce, non dicitur plura qualia, sed
vnum quale, habens duo esse qualis. Concreta nam-
que neque adiectiuè, neque substantiuè dicuntur
pluraliter, nisi vbi adsint plura substantiis propriis
substantiæ, & quia vbi est pluralitas suppositorum,
est pluralitas rerum ita substantiuè, inde est, vt vbi
est pluralitas suppositorum, concreta, saltem addi-
ctiuè, pluraliter dicantur. Confirmatur eadem pars
conclusionis, quia si supposita diuina non haberent
suas peculiare substantias, numquam sancti Pa-
tres & Concilia toties tres personas diuinas appel-
lassent indistinctè tres substantias, sed cautius in re-
tanti momenti, eoque tempore controuerfia, fuissent
locuta.

Primum argumentum Durandi, si quid probat,
solum est, proprietates personales, spectatas præcisè
ab essentia, non esse substantias, nec subsistere, quod
nos etiam dicimus, non verò probat non constituere
vnà cum essentia subsistens quippiam sua pecu-
liari substantia. In forma verò ad argumentum pos-
set in primis negari maior. Etenim rationalis ani-
mus Socratis subsistit, & tamen Socrates perfectius
esse habet, quàm suus animus, quandoquidem, vltra
animum, addat materiam, quæ etiam habet suum
peculiare esse. Ceterum admittam maiori, ad minorem
dicendum est, quomuis in diuinis perfectius esse sit
absolutum, quàm respectiuum, spectatum præcisè
ab absoluto, quippe cum illud dicat perfectionem
absolutam, hoc verò neque perfectionem, neque im-
perfectionem dicat, at tamen non esse perfectius,
quàm id, quod simul includit absolutum & respec-
ctiuum, vt in diuinis includunt singula supposita:
nos autem non affirmamus proprietates personales
E præcisè consideratas ab essentia subsistere, neque
esse earum respectiuum præcisè spectatum, sed sup-
positum subsistere, esseque integrum illius habere
peculiarem substantiam distinctam re à peculiari-
bus substantiis cæterorum suppositorum diuinorum.
Quò fit, vt argumentum Durandi non probet, sub-
stantiam peculiarem cuiusque suppositi non pro-
uenire simul ab essentia, & à proprietate personali
tamquam à complecte rationem talis substantis
distincti re à cæteris suppositis sub eadem natura
substantibus.

Ad secundum, cõcessa maiori, si intelligatur, sub-
sistere includere perfectionem (includit namque, exi-
stentiam eius rei, quæ subsistere dicitur, & addit ne-
gationem explicatam: existentia autè illa, vel perfectio
est, vel certè perfectionem includit: eò quòd nihil
subsistere possit, nisi aliquã habeat existentia abso-
lutam) concedenda est etiam minor, de relatione,
proprietas personali præcisè considerata à diuina
essentia. Cæterum neganda est cõsequencia: ex ea nam-
que maiori & minori solè sequitur, proprietates per-
sonales, cõsideratas præcisè ab essentia, non subsistere, non

Respondit
ad argumen-
ta Durandi,
Ad primam.

non vero sequitur; ipsas personas, quae includunt essentiam, & addunt suas proprietates personales, quibus inter se distinguuntur, habere vnam dumtaxat substantiam. Ut enim tres personae diuinae sunt tria entia habentia suas peculiare entitates, & vnumquodque est perfectissimum propter entitatem diuinam essentiam, quam includit: sic etiam sunt tria entia substantia suis peculiaribus substantiis, in quarum quouis includitur substantia perfectissima diuina essentia.

Ad tertium dicendum est, subsistere latius patere, quam absolutum, & relatiuum: non secus ac res, accidens, & substantia latius patent, communiacque sunt quibusdam absolutis, & respectiuis. Quomodo autem quando relatum aliquod significatur nomine cuiusdam rei, cuiusdam accidentis, vel cuiusdam substantiae, non recipitur cum suo correlatiuo: nec enim recte dixeris, haec res, ostenso patre, est illius rei, nempe filij, haec res, nec in humanis ostenso patre dixeris, hoc accidens in concreto est illius accidentis, nempe filij, hoc accidens, nec etiam in diuinis dixeris, haec substantia, ostenso Patre aeterno, est huius substantiae, nempe filij, haec substantia: tamen haec omnes res in se sunt respectiuae: sic etiam subsistere peculiare Patris, significatum vocabulo subsistere, non recipitur cum subsistere filij, esto in se res quaedam sint relatiuae, existentiamve respectiuam includant. Adde, subsistere, quodcumque illud sit, includere negationem dependentiae; ratione cuius, esto res, quae subsistit, relatiua sit, vt tamen significatur hoc nomine, subsistere, non dicitur recipere cum suo correlatiuo. Iuxta haec exponere quis forte potest Augustinum, dum asserit subsistere esse quid absolutum, & non relatiuum, voluisse solum habere modum absoluti, & non relatiui, vt ita significatur. Veritas tamen est, Augustinum, sicut & Hieronymum, tenuisse, eo tempore concedere tria supposita diuina esse tres substantias, arbitratumque fuisse omnem substantiam esse quid absolutum, implicareque contradictionem, quod aliquid sit substantia, & relatiuum. Quamuis, cum in eisdem libris saepe propenderit in eam sententiam, vt diceret, concedi posse tria supposita diuina esse tres substantias, vt dicitur, ostensum est, non satis firmiter adhaesit ei opinioni, quae asserit, substantiam in diuinis non comprehendere sub se substantias relatiuas. Tam vero hodie satis dilucidum, receptumque est, esse substantias in diuinis formaliter, & intrinsece relatiuas.

Ad subsistere latius patere quam absolutum, & respectiuum.

Ad subsistere latius patere quam absolutum, & respectiuum.

Personarum diuinarum Trinitas non spiritalis, sed spiritalis per se substantia.

A. sus cum essentia (quam singulari includunt) ternarius numerus personarum diuinarum, nec proprie sit totum, respectu singularum personarum, nec singulari persona sint partes illius: quod non cernitur in aliis numeris, quippe cum singulari, ac proprium huius numeri sit, vt omnes tres entitates, in quibus inuisitur, sint idem prorsus cum vna numero entitate in singulis inclusa, nempe cum diuina essentia, quae tanta est, quanta tota sanctissima Trinitas: quare cum illa in singulis includatur, singulari personae tantum sunt, quantum tota gloriosissima Trinitas, vt Pater tantus est, quantum omnes tres personae simul; tamen propter oppositionem relatiuam entitates aliarum personarum adorandissimae Trinitatis non sint Pater, sed ab eo re ipsa distinguuntur.

ARTICVLVS II.

Utrum in Deo sint plures personae quam tres.

C. ONCLUSIO est. Tantum sunt tres personae diuinae. Est de fide, vt locis articulo precedente citatis ostensum est. D. Tho. eam probat in hunc modum. Personae diuinae sunt ipsae relationes diuinae inter se distinctae: sed in Deo nulla relationes distinguuntur re inter se, nisi quae opponuntur relatiue: ergo relationes, quae habuerint inter se oppositionem, pertinebunt ad distinctas personas: cum ergo paternitas & filio sit opposita inter se, pertinebunt ad duas personas: spiratio vero actiua & processio, seu spiratio passiuua, quamuis inter se sint opposita, quia tamen non opponuntur paternitati & filio, nisi, saltem altera esse poterit in Patre & Filio: hoc autem dici non potest de processione seu spiratione passiuua, quandoquidem lequeretur Patrem & Filium procedere ab spirante: ergo spiratio actiua conuenit Patri & Filio, atque proinde processio, seu spiratio passiuua, quae opponitur spirationi actiuae, conuenit alteri personae distinctae a Patre & Filio, eruntque proinde tres tantum personae in Deo. Dilucidius deducitur eadem conclusio a Durando in 1. d. 10. q. 2. hac ratione. Personae diuinae distinguuntur relationibus originis: ergo in Deo est vna tantum persona, quae a nulla alia procedit. Consequentia est manifesta, quoniam si in Deo essent duae personae, quarum neutra procederet ab alia, neque ab altera quoad tertiam, illae non distinguerentur relationibus originis, quandoquidem inter eas non esset relatio originis: quare vel non distinguerentur, vel discrimen sumerent a proprietatibus absolutis, ac proinde essent plures Dei. Hinc Hilarius in libro de synodis. Cum vnus Deus sit, duo innascibiles (id est, qui non sint ab alio) esse non possunt. Est ergo in Deo vna tantum persona, quae a nulla alia procedit, & haec dicitur Pater, appellatur etiam a Sanctis innascibilis, quod a nulla alia sit: tunc sic proceditur. In Deo sunt tantum duae processiones, eorum quod ex in eo sint secundum operationes ad intra, quae in eo sunt duae tantum, videlicet intelligere & velle, vt supra est ostensum. Cum ergo iuxta numerum processionum sit numerus personarum procedentium, eorum quod vbi productio semper est vniformis, nec indiget materia (vt cernitur in Deo propter omnimodam immutabilitatem & actualitatem) vnum numero duntaxat producit, inde est, vt personae procedentes sint tantum duae: vna per intellectum, quae est Filius, & altera per voluntatem, quae est Spiritus sanctus: quare personae diuinae tres tantum sunt.

Tres tantum esse diuinas personas.

Deductio Durandi.

QV AESTIO XXX.

De pluralitate diuinarum personarum.

ARTICVLVS I.

Utrum in diuinis sint plures personae.

C. ONCLUSIO affirmat, estque fidei dogma, vt ex testimoniis, tum alias, tum quaest. 27. artic. 1. citatis, constat. Circa responsionem ad quartum animaduertendum est, cum numerus trium personarum diuinarum transcendens sit: numerus vero transcendens sit aggregatum ex multis vnitatibus, quarum quouis est sola ipsa entitas, quae dicitur vna, connotando quod indiuisa sit in se, & diuisa, seu non eadem, cum quacunque alia, efficitur, vt cum entitates trium personarum diuinarum non solum sint eiusdem perfectionis, sed etiam idem prorsus.

Molina in D. Thom.

N n 3 Obicies,

Obiectio.

Solutio. Spiratio actiua non constituit personam, sed in diuiduum quoddam communicabile.

Non est personalis relatio neque proprietatis.

Perfectiora non est opus ut habeant plures actiones immanentes.

Obiectis, iuxta numerum relationum est numerus personarum: sed sunt quatuor relationes diuinae: ergo sunt quatuor personae. Neganda est maior propositio: spiratio namque actiua, quia communis est Patri & Filio, est quod neutri opponatur, Patereque habeat eam à se, Filius uero à Patre per generationem, non constituit personam, sed indiuiduum quoddam Patri & Filio commune, quod proinde rationem non habet personae, cum persona quippiam incommunicabile esse debeat, ut ex dictis quaestione praecedente est manifestum. Quare spiratio actiua, neque relatio personalis, hoc est, constituens personam, neque proprietatis personalis dicitur, ut docet hoc loco Diuus Thomas in responsione ad primum. Quae in hoc articulo dici poterant, dicentur commodiùs quaestione 36.

In responsione ad tertium D. Thomae habes, non esse necesse perfectiora habere plures operationes immanentes, maxime quando sunt simpliciora. Quare Angelus & Deus pauciores habent operationes immanentes, quam homo: cum tamen homo plures habeat, quam cetera animalia.

ARTICVLVS III. & IV.

Utrum termini numerales ponant aliquid in diuino.

Questionis sensus.

PONERE aliquid idem sonat hoc loco, ac significare aliquid posituum. Querit igitur Diuus Thomas, utrum quando dicimus, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sum tres, terminus ille numeralis, tres, significet ac enunciet aliquid posituum de diuinis personis, quemadmodum quando dicimus Deus est sapiens, terminus, sapiens, significat atque enunciat aliquid posituum.

Quidam attendentes ad solum numerum praedicamenti quantitatis, qui est uera quantitas, in duas opiniones distracti sunt, quas hoc loco refert D. Thomas. Prima fuit Magistri in 1. distinctione 24. quo in loco affirmavit, terminos numerales non tribui rebus diuinis ad aliquid ponendum ac affirmandum, sed ad aliquid remouendum. Ut Deum dici unum, ad excludendum ac significandum non esse plures, personas uero dici tres ad excludendam singularitatem & solitudinem, quasi sit sensus, in Deo non est tantum Pater, nec tantum Filius, sed etiam Spiritus sanctus, & nulla alia persona. Licet autem Diuus Thomas hoc loco hanc sententiam cum sua propria conciliare conetur, D. tamen Bonauentura eadem distinctione affirmat sententiam Magistri non teneri.

D. Thoma sententia.

Numerus transcendens quid dicat in diuino.

Est ergo sententia D. Thomae, praeter numerum praedicamenti quantitatis dari numerum transcendentem communem omnibus entibus, etiam personis diuinis. Cum uero huiusmodi numerus nihil aliud sit, quam collectio plurium unitatum transcendentium: unum autem transcendens dicat entitatem ipsam, quae una dicitur, & addat duplicem negationem, unam diuisionis in se, alteram identitatis cum quocumque alio, sit, ut numerus transcendens nihil aliud dicat quam entitates ipsas de quibus praedicatur, cum duplici illa negatione circa unamquamque earum. Quando ergo diuinis personis tribuimus terminos numerales dicentes, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse tres, tribuimus eis entitates ipsas ipsarum personarum diuinarum, cum duplici negatione circa unamquamque earum: quare huiusmodi termini numerales

nihil posituum addunt supra res quibus tribuuntur, sed solum negationes explicatas. Quae hoc loco addi poterant, dicta sunt 4. Metaphys. & ad praedicamentum quantitatis. Articulus 4. expositus fuit quaestione praecedente una cum articulo illius quaestionis.

QUESTIO XXXI.

De iis quae ad unitatem, vel pluralitatem pertinent in diuinis.

ARTICVLVS I.

Utrum sit sanctissima Trinitas in diuinis.

CONCLVSIO est affirmans, ac de fide. Patet ex illo symboli Athanasij, Trinitas in unitate, & unitas in Trinitate ueneranda sit. Et ex illo Concilij Lateranensis cap. Damianus, de summa Trinitate & fide Catholica. In Deo Trinitas est, & non quaternitas, & ex plerisque aliis. Quando autem Concilium provinciale Toletanum undecimum in confessione fidei, ait: Nec reuè dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, intelligit, quasi Trinitas sit in natura diuina: continuè namque iungit, sed unus Deus Trinitas personarum scilicet.

Aduertendum in hac materia. Cum termini numerales transcendentes de formali significant entitates ipsas, quarum singulae in se indiuisae diuisae uero à quavis alia denominantur unum: Deus autem sit entitates ipsae personarum diuinarum, rectè in abstracto uero dicere licet non solum in Deo esse gloriosissimam Trinitatem personarum, sed etiam Deum esse adorandissimam Trinitatem ipsam, id est entitates personarum, quibus conuenit, ut sint tres. Quod si terminus numeralis praecise significaret negationes, tunc in rigore haec esset falsa, Deus est Trinitas, sicut in rigore haec est falsa, Deus est immutabilis, id est, negatio mutabilitatis. Si uero dic ex accommodatione usus Sanctorum, & Conciliorum nomen, Trinitas, sumi pro rebus ipsis, quibus conueniunt negationes indiuisiois in se, & diuisionis à quocumque alio, & hoc modo Deum dici esse altissimam Trinitatem ipsam personarum.

Circa responsonem ad tertium aduerte. Concilium Toletanum undecimum loco citato etiam docere, hanc non esse concedendam, In Deo est triplicitas. Idem docet Augustinus 6. de Trinitate cap. 8. Ratio autem est illa eadem, quam reddidimus quaestione praecedente articulo ad quartum.

ARTICVLVS II.

Utrum Filius sit alius à Patre.

DE hac re cautius, quam in quacumque alia, est loquendum. Ut enim Augustinus 1. de Trinitate ait: Nec periculosius alicubi erratur, neque laboriosius aliquid quaeritur, nec fructuosius aliquid inuenitur. Quare si in quacumque alia re vitandae sunt semper locutiones, quae erroris occasionem praeberere possunt, id maxime in hac est obseruandum, ne ex uerbis inordinate prolatis, iuxta Hieronymi sententiam, bestia incurrat. Ex ergo locutiones vitandae sunt, quae uel iuxta errorem Arij, pluralitatem, aut diuersitatem in essentia innuere, uel iuxta errorem Sabellij, tollere uidentur pluralitatem personarum, Quamuis ergo concedenda sit distinctio unius personae

Trinitas est in Deo esse Deum.

In Deo est triplicitas.

Quae haec trinitas in materia est.

personae ab alia, propter oppositionem relatiuam, admonet tamen D. Thomas non esse affirmandum vnam personam esse diuersam, differentem, separatam, diuisam, disparem, alie nam, aut discrepantem ab alia iuxta errorem Arii; distinctionem in essentia indicare videatur. Quod si inquit, in Scriptura aliqua aethetica differentia, aut diuersitas inter personas diuinas admittatur, ut apud Damascenum lib. 1. fidei orthodoxe c. 10. & 11. ubi ait. Differre ab inuicem hypostasies secundum determinatas proprietates, nomen differentie, aut diuersitatis, exponendum est, ut idem valeat, ac nomen distinctionis. Quamuis concedendum sit Filium esse vnicum, admonet tamen D. Thomas non esse affirmandum Deum esse vnicum, consuetum, solitariu, aut singularem, ne iuxta errorem Sabellij, communicabilitatem naturae, personarumque pluralitatem negare videamur.

Illud hoc loco admonerim, quatuor sancti, propter sui temporis errores aliquos fugerit locutiones, ne cum haereticis conuenire putarentur, essetque erroris occasio, hodie tamen nihil omnino periculosum esse, si aliquas, quas vltus scholasticorum trinit, concedantur, aut affirmentur: vt Deum esse vnicum, aut singularem, in eo sensu, vt non sint plures Dij, similitereque essentiam diuinam esse vnicam, aut singularem.

Ex argumentis sed contra, & ex calce articuli colligitur, quid dicendum sit ad quaestionem propositam, Concedendum quippe est, Filium esse aliu a Patre: quia, nisi, in masculino genere inuict alietatem ac distinctionem in supposito: non tamen est concedendum Filium esse aliud a Patre, eo quod, aliud, substantiue denotat alietatem ac distinctionem in essentia. Vtrumque est sententia Augustini, aut verius Fulgentij, de fide ad Petrum c. 1. qua in argumento sed contra, refertur. Est etiam definitio Ecclesiae in Concilio Lateranensi cap. Damianus, de summa Trinitate & fide Catholica. Vbi habetur: *Liuer, alius sit, Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id, quod est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, idem omnino, vt secundum orthodoxam & Catholicam fidem substantiales esse credantur.* Quo loco aduertendum est, particulam, *alius*, non tamen quia sumitur masculinè, quam quia sumitur adiectiue, denotare alietatem in supposito: vnde in terminatione foemina habetur in symbolo Athanasij, *Alia est persona patris, alia Filij, &c.* & in terminatione neutra concedit D. Thomas in calce articuli, *Filium esse aliud suppositum a Patre.*

Dubium est, vtrum quod, aliud, substantiue denotet alietatem in essentia sit solum ex accommodatione vltus, apud Philosophos, & Theologos, inter quos Porphyrius cap. de differentia, ait, *differentiam maxime propriam, qualis est essentialis, facere aliud, reliquas vero minime*, an verò id habeat vi suae significationis.

Durandus in 1. distinct. 9. q. 1. asseruat, id habere solum, ex accommodatione vltus. Ait namque adiectiue, & substantiue, ac in terminatione neutra, & masculina, ac foemina idem proxijs significare, & ideo ex sola vltus accommodatione id prouenire. Quamuis autem illud esset sufficiens, quandoquidem Ecclesia & Sancti iuxta communem hominum vltum loquuntur: attamen credo Philosophorum & Theologorum vltum proprietati sermonis, rationiq; inniti. Vnde licet vocabulu aliud, siue adiectiue, siue substantiue sumatur, semper significet idem (significat enim alietatem & distinctionem) quia tamen adiectiue non supponit pro materiali, cui conuenit alietas & distinctio, sed solum applicat suam signifi-

atum formale substantiuo, cum quo constituitur, vique pro qualitate substantiui denotat alietatem: si namque dicatur, *Pater est alius Deus a Filio*, propositio est falsa, quia denotat alietatem in natura diuina: si verò dicatur, *est alius a Filio*, aut *alio persona*, vel *aliud suppositum a Filio*, propositio est vera, quia denotat alietatem, quoad esse Patris, persona, aut suppositi. Quoniam verò substantiue supponit pro materiali, resoluturque in hoc, id est, aliud quid: quid autem quidditati ac essentiae est affine, potior ratio fuit, vt dum sumitur substantiue, accommodaretur ad denotandam alietatem essentiae, quam est alietas simpliciter, quam dum sumitur adiectiue.

ARTICVLVS III.

Verum dictio exclusiua, solus, addenda sit termino essentiali in diuinis.

Verum in quaestionibus huius, & sequentis articuli, petitur Verum dictio exclusiua sit addenda, &c. sic intelligitur, vt efficiat propositionem veram. Vt autem vtraque questio intelligatur, notandum est dictionem, *solus*, duobus modis posse sumi. Vno, categorice, seu significatiue, quo pacto idem significat, quod solitarius, idemque est dicere, *Petrus solus contemplatur*, ac dicere *Petrus solitarius*, seu segregatus a consortio & comitatu alioru eiusdem speciei infimae secum: esto namque Petrus sit inter bestias, imò & inter Angelos, aut eum Deo, dicitur solitarius, vt colligitur ex responsione ad primum D. Thomae hoc loco.

Alio modo sumitur, non solum dictio, *solus*, sed etiam aduerbia, *solum, tantum, dumtaxat*, & quae eiusdem sunt generis, syncategorematicè, hoc est, vt denotant modum perinde, atque alia syncategoremata, idque multipliciter. Interdum enim sumuntur praecisive, vt vocat Gabriel in 1. distinct. 21. quaest. 1. quo pacto sumitur in his enunciationibus, *Deus solus potest operari, creatura sola non potest operari. Petrus solus leuat tantum pondus. Petrus solus non potest trahere nauim.* Sensus enim est, Deus praecise adiutorio, seu sine adiutorio: creaturarum potest operari, creatura sine adiutorio & cooperatione Dei non potest operari, Petrus sine adiutorio alterius causae particularis leuat tantum pondus, Petrus sine adiutorio alterius non potest trahere nauim.

Interdum sumuntur, vt efficiunt propositionem de exclusio extremo. Eiusmodi autem extremum solet esse, vt plurimum praedicatum, vt cum dicimus, *Petrus scribit tantum*, id est, nihil aliud exercet, *Christus est tantum homo*, id est, nullum aliud esse substantiale habet, quo modo propositio est haeretica: quippe dum simul sit Deus. Ad eiusmodi propositio nes reducuntur, quas vocant de exclusiua copula, quales haec sunt, *praesens momentum temporis tantum est*, id est, neque fuit, neque erit, *Antichristus tantum erit*, id est, neque est, neque fuit. Quo loco aduerte, exclusionem non semper esse vniuersorum, sed interdum operationis, vt cum dicimus, *tantum scribit*, interdum substantialis naturae, vt cum dicimus, *Christus non tantum est homo*, interdum pluralitatis, vt quado dictio exclusiua fertur supra terminum numeralem, & tunc exponitur per particulam *non plura*. Quò fit, vt ad iudicandum, quid in vnaquaque propositione excludatur, attendenda sit res, de qua est sermo, consulendaeque sint aures, in

Filius est alius a patre, non tamen aliud.
Dicitur.
Durandus, opit.

Quaestio
secunda.
Dictio, solus
duobus modis
potest accipi.
Primus.
Secundus.
Proposio de
extremo ex-
clusio qua.

ARTICVLVS IV

Verum dictio exclusiua possit adiungi termino personali.

OTA difficultas est propter hanc, & similes propositiones, solus Pater est Deus, in qua dictio exclusiua fertur supra terminum personalem comparatione termini essentialis positi à parte praedicati. Etenim ex una parte videtur falsa: quandoquidem exponitur per has duas propositiones, Pater est Deus, & nullus alius à Patre est Deus, quam secundam constat esse falsam, cum Filius alius sit à Patre, & Spiritus sanctus similiter, & tamen sint Deus.

Ex alia verò parte videtur vera: quandoquidem Christus Ioan. 17. loquens cum Patre ait: Hac est vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, quibus verbis eam videtur affirmare. Marth. etiam 11. Nemo, inquit, nouit Filium, nisi Pater, quae propositio aequipollet huic, solus Pater nouit Filium, in qua eadem est difficultas.

Prima conclusio D. Thomae est: Dictio, solus, sumpta cathegorematicè, vt denotat solitudinem, non potest addi termino personali: quoniam excludit consortium reliquarum personarum diuinarum à persona cui adiungitur.

Secunda conclusio. In illa propositione, Solus Pater est Deus, dictio, solus, sumpta exclusiue potest efficere propositionem exclusiuam ex parte subiecti tantum, ita vt sit sensus, is, cum quo nullus alius est Pater, seu qui ita est Pater, vt nulla alia persona sit Pater, est Deus, quo pacto propositio est vera, sed inconsumpta, eoque modo videtur eam exponere Augustinus 6. de Trinitate, cap. 9.

Tertia conclusio. Dictio exclusiua solus, in illa propositione duobus modis potest exponi. Vno, vt excludat alium masculinè, ac sit sensus, Pater est Deus, & nullus alius, aut nulla alia res à Patre est Deus. Atque in hoc sensu est falsa: quoniam Filius est alius à Patre, & est Deus.

Quarta conclusio. Altero modo potest exponi, ita vt excludat aliud substantiuè, id est, rem alterius naturae, distinctamve essentialiter, ac sit sensus, Pater est Deus, & nihil aliud, id est, nulla res alterius naturae & essentiae est Deus. Quo pacto propositio est vera: quoniam licet filius sit alius à Patre, non tamen est aliud. In eoque sensu intelligendae sunt duae illae propositiones à Christo assertae: solumque excludere intendit res alterius naturae & essentiae. Licet autem in idem redeat, planus sensus illius prioris propositionis hic est: Hac est vita aeterna, ut cognoscant te, solum verum Deum, id est, qui ita es verus Deus, vt nullus alius Deus à te sit verus, sed omnes commentitij, confictique Dei sint. Sic exponit Basilus 4. contra Eunomium ad finem, & Cyrillus 10. thesauri, cap. 6.

In quouis sensu harum duarum posteriorum conclusionum haec sunt verae, solus Pater generat, solum Spiritus sanctus spiratur. In sensu tamen 3. conclusionis haec est falsa, solus Pater spirat, quia Filius etiam spirat, & non est pater. In sensu verò quartae conclusionis eadem propositio est vera, quia licet Filius spirat, non tamen est aliud à Patre, sed alius. Admonet tamen D. Thomas, in sensu quartae conclusionis non esse extendendas locutiones, sed solum exponendas esse eas, quae in Scriptura sacra, aut sanctis faciunt in eo sensu prolatae. Quò fit, vt haec, solus Pater

quo sensu in communi vsu loquentium vsurpari soleant eiusmodi propositiones.

Alicui fortè videri poterit hanc propositionem, *inquit homo redemit genus humanum*, ita vt sit sensus, qui est tantum homo, redemit genus humanum, appellandum esse propositionem de excluso subiecto, quo pacto propositio est haeretica: contradicens verò est orthodoxa. Placet tamen magis dicamus, neque propositiones de excluso subiecto esse in vsu inter loquendum, neque illam esse de excluso subiecto, sed de excluso praedicato: hoc enim modo est construenda, is, qui est tantum homo, redemit genus humanum, in qua sunt duae propositiones, vna: *Is redemit genus humanum*, quae non est de excluso extremo, altera, *qui est tantum homo*, atque haec est de excluso praedicato, non quòd in ea praedicatorum excludatur à subiecto, sed quòd dictio exclusiua fetatur supra praedictum, excludat à subiecto omnino aliud à praedicato.

Propositio exclusiua generalis.

solus, sicut dicitur in textu.

Dictio exclusiua non excludit concomitantia.

Prima conclusio articuli.

Secunda.

Denique interdum eiusmodi dictiones ita sumuntur, vt in propositione denotent òmnino aliud subiectum excludi à consortio & participatione praedicati. At tunc efficiunt propositiones exclusiua, quas vocant: vt cum dicimus, *solus Socrates scribit, solus homo est disciplinae capax*. Eiusmodi verò propositiones, si affirmantes sunt, exponuntur copulatiue per duas alias, quarum prima est ipsamet propositio exponenda, reiecta dictione exclusiua: atque haec appellatur, tum praeciens, tum etiam prima exponens. Secunda verò est propositio constans eisdem terminis, sed à parte subiecti ponitur, nulla alia res à tali, exprimendo eam quae antea erat subiectum: haec verò appellatur secunda exponens. Verbi gratia haec, *solus Petrus scribit*, exponitur in hunc modum, Petrus scribit, & nulla alia res, seu nullus alius à Petro scribit. Eodem modo exponuntur caeterae similes propositiones.

Est tamen magnopere animaduertendù in eiusmodi propositionibus, dictionem exclusiuam non excludere concomitantia subiectum: quorum concomitantium nomine intelliguntur, quae in numero non ponunt cum subiecto propositionis, qualia sunt omnes partes, omnia superiora, inferiora, & accidentia illius in concreto, & si quid aliud est simile. Vt quando dicimus, *solus Socrates scribit*, licet manus non sit Socrates, non sequitur: ergo manus non scribit, quia est de concomitantibus. Quando etiam dicimus, *solus Deus creat*, non sequitur: ergo Pater, aut Filius non creat, quoniam sunt personae de numero concomitantium naturam diuinam. Correlatiuum verò, quia ponit in numero cum suo correlatiuo, non censetur de concomitantibus, vt in re proposita loquimur, esto non detur vnum sine alio. Quare rectè sequitur, *solus Pater generat: ergo Filius non generat*.

His ita constitutis, duae sunt conclusiones huius articuli. Prima est; Sumpta dictione, *solus*, cathegorematicè, non potest addi termino essentiali. Ratio est, quoniam denotat solitudinem in Deo, excludereque videtur consortium diuinarum personarum. Secunda est; Sumpta syncathegorematicè, ita vt efficiat propositionem exclusiuam, addi non potest, vt pater si dicas. Solus Deus est aeternus, aut creat: nihil enim aliud à Deo est aeternum, aut creatur.

M. C. D.

Pater spirat, simpliciter sit neganda; neque vquam absolute concedenda, imo absolute tamquam haeretica sit condemnanda.

Petes, vtrum haec sit vera, sola sanctissima Trinitas est Deus. Sunt qui putent eam esse falsam, quoniam, inquit, Filius non est sanctissima Trinitas & tamen est Deus. Proculdubio tamen dicendum est eam esse verissimam. Filius namque non minus est de concomitantibus altissimam Trinitatem, quam manus sit de concomitantibus Socratem, eo quod quasi pars quaedam gloriosissima Trinitatis sit, cum ea non ponens in numero. Quare licet haec consequentia nulla est, solus Socrates scribit: ipsius manus non est Socrates: ergo manus non scribit, quia dictio exclusiua non excludit concomitantia: ita haec consequentia nihil valet, sola benedictissima Trinitas est Deus: Filius non est gloriosissima Trinitas: ergo Filius non est Deus.

Sola Trinitas est Deus an sit admittenda.

A neganda: ergo datur in Deo pluralitas personarum, quarum vna sit generans, alia genita: vna producens, alia producta. Hac eadem ratione ad hoc ipsum probandum vltus est Deus ipse optimus & maximus Ilaiae vltimo dicens: Numquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam; si ego, qui generationem ceteris tribuo sterilis ero?

Confirmatur haec ratio, quoniam producere actu est perfectio: ergo ex aeternitate conuenit Deo, alioquin aliqua perfectio ex aeternitate ei defuisset: cum ergo ex aeternitate non produxerit res creatas, fit vt produxerit personam aliquam increatam, ac proinde, vt in Deo sit pluralitas personarum.

Confirmatio

Quare communicare se infinito modo est perfectio: ergo conuenit Deo, at non communicat se infinito modo producendo res creatas, sed producendo personam sibi coaequalem & consubstantialem: ergo in Deo est pluralitas personarum.

Quare

Quinto, sine consortio & societate non est iugunda possessio, ac proinde nec perfecta felicitas: si enim vnus tantum homo in hoc illustri mundi domicilio habitaret, sane licet abundaret rebus omnibus, quibus abundant ij, qui beati putantur, miseram tamen sortem, & conditionem haberet sine consortio alterius sibi in natura similis, quocum familiares sermones conferret, & animum reficeret: cum ergo in lumine naturali euidenter sit, Deum esse ens felicissimum, fit, vt in eodem lumine euidenter quoque sit, eum habere consortium plurium personarum naturae diuinae: & cum ex lumine ipso naturali constet, esse vnum tantum Deum, fit, vt eodem lumine notum sit, in Deo esse pluralitatem personarum in vnitae essentiae.

Quinto

Sexto, euidenter possumus ostendere, mysterium sanctissimae Trinitatis non esse de numero carum rerum, quae esse nequeunt, ac proinde Deo non repugnare, vt sit Trinus in personis, atque adeo posse optime ei conuenire: sed euidenter est, id omne reale, quod Deo ad intra potest conuenire, semper, necessariumque eum habere: tum quia, vt autor est Aristoteles 3. Physicorum textu 32. in Deo rebusque aeternis, idem est esse, & posse: tum etiam quia si in Deo ad intra non esset idem esse, & posse, Deus esset in potentia ad aliquid reale suscipiendum, atque adeo non esset actus purus quo cum lumine naturae pugnat, fit ergo, vt euidenter sit naturaliter Deum esse Trinum in personis.

Sexto

Confirmatur, quia haereticus, qui negat alium articulum, constiteturque articulum excellentissimae Trinitatis, ex solis suis viribus naturalibus, sine speciali auxilio Dei, ei assentitur: ergo solo lumine naturali possumus cognoscere Deum esse Trinum in personis.

Confirmatio

Septimo in homine est imago beatissimae Trinitatis, iuxta illud Genes. 2. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: sed per imaginem cognoscitur id, cuius est imago: ergo viribus naturae possumus inuestigare mysterium altissimae Trinitatis, in cuiusque cognitionem venire.

Septimo

Postremo, multi ex antiquis Philosophis mysterium gloriosissimae Trinitatis artigisse videntur, neque aliter, quam lumine naturali: ergo mysterium augustissimae Trinitatis lumine naturali cognosci valet. Minor & consequentia perspicuae sunt: maior vero probatur, quoniam teste August. 10. de ciuitate Dei, cap. 21. Plotinus Platonius, & Porphyrius de Patre & Filio sunt locuti. Trismegistus etiam multa de mysterio adorandissimae Trinitatis docuit, vt quaest. 27. artic. 2. ex parte relatum est, copioseque refert Augustinus Eugubinus de perenni philosophia.

Octavo

QUESTIO XXXII.

De diuinarum personarum cognitione qualiter videlicet a nobis cognoscantur.

ARTICVLVS I.

Vtrum sanctissima Trinitas personarum possit per rationem naturalem cognosci.



VTDAM, quos Durandus in 1. dist. 2. quaest. 4. refert, asseruerunt, posse demonstrari sanctissimam Trinitatem, aut pluralitatem personarum esse in Deo. Argumentantur vero primo in hunc modum. Omnis operatio terminatur ad aliquid productum: sed in Deo intelligere & velle sunt operationes immanentes: cum ergo in Deo non aliud per eas producat, quam Verbum per intellectionem, & amor per volitionem, fit, vt in Deo sit verbum, & amor productus. Tunc vltra inter producens & productum necessario reperitur realis distinctio: cum ergo in Deo non sit ea distinctio in essentia, fit, vt sit in personis, ac proinde fit, vt in Deo detur vna persona producens, & duae productae per intellectionem & volitionem.

Trinitatem personarum demonstrari posse probant quidam. Trini.

Secundo, quidquid perfectionis cernitur in rebus creatis, id totum Deo seclusa imperfectione tribuendum est: sed naturam reperiri in multis suppositis, est perfectio in rebus creatis, tamen si diuidi, ac multiplicari in eis, sit imperfectio: ergo primum est Deo tribuendum, secluso secundo: hoc autem solum fit, si in Deo concedatur pluralitas personarum in vnitae essentiae: ergo in Deo pluralitas est personarum.

Secundo

Confirmatio prima.

Confirmari potest haec ratio in primis, quoniam lumine naturali cognoscitur, humanum animum esse totum simul in pluribus partibus corporis inter se realiter distinctis, Angelicumque simul esse totum in pluribus partibus loci: ergo eodem naturali lumine potest cognosci, eandem naturam ac essentiam diuinam esse simul totam in pluribus suppositis diuinis re inter se distinctis.

Confirmatio secunda.

Deinde potest confirmari, quoniam natura, quae in vno tantum est supposito, ad illud videtur limitata: Deo autem nulla ratione limitatio est tribuenda.

Tertio

Tertio possumus argumentari in hunc modum: generare ac producere sibi simile in natura est perfectio, quae proinde nulla ratione est Deo de-

phia. Augustinus etiam 7. confessionum, cap. 9. as-
 sentit, se in quibusdam Platoniorum libris legisse
 rationes multas, quibus probare nitebantur, quod
in principio erat Verbum & Verbum erat apud Deum,
& Deus erat Verbum, & pleraque alia ex iis quae in
 1. cap. Euangelij Ioannis continentur. Nonnulla
 etiam circa mysterium sanctissimae Trinitatis vide-
 tur docere Plato in aliquibus ex suis operibus, pro-
 pter quae Basilio Patriarcha Constantinopolitano
 lib. 2. aduersus calumniam Platonis, cap. 4. & D.
 Cyrillus lib. 1. aduersus Iulianum affirmant, Plato-
 nem mysterium altissimae Trinitatis cognouisse, &
 Augustinus de vera religione, cap. 4. de Platone,
 Platonisque ait: *Si hanc vitam illi viri nobiscum*
rursum agere potuissent, viderent profecto cuius autori-
tate facilius consuleretur hominibus, & paucis miratis
verbis atque sententiis Christiani fierent, sicut pleri-
que recentiorum, nostrorumque temporum Platonici fe-
cerunt. Quo in loco docet, Platonicos pleraque do-
 cuisse de Deo, quae Christiana fides docet.

Prima con-
clusio.
Mysterium
Trinitatis
non esse lu-
mine natu-
rally demon-
strabile.

Sit nihilominus prima conclusio. Solo lumine
 naturali deuenire non possumus in cognitionem
 mysterij diuinissimae Trinitatis, nedum illud de-
 monstrare. Non affirmamus hac conclusione, nos
 solis viribus natura non posse per fidem humanam
 assentiri mysterio sanctissimae Trinitatis exterius
 nobis proposito, si vel autoritati proponentis, vel
 communitatis credentis innitatur, aut etiam per-
 moueamur simul miraculis, quae in illius confirma-
 tionem facta narrantur, aliisque argumentis quae
 persuadent ea quae fides Christiana docet, à Deo
 esse reuelata, quo pacto Lutherani fidem mysterio
 gloriosissimae Trinitatis habent. Neque item affir-
 mamus deesse rationes naturales, quae ad huius my-
 sterij explicationem conducant, ad cuiusque facilio-
 rem assensum, postquam reuelatum fuerit, coadiu-
 uent, de quarum numero sunt aliqua earum, quae
 propositae sunt: sed quod affirmamus est, nullum esse
 argumentum, rationemve ex lumine naturali pe-
 titam, propter quam, seclusa omni autoritate ac re-
 uelatione, potuissent homines sibi persuadere, au-
 gustissimam Trinitatem personarum esse in Deo,
 nedum id demonstratiue cognoscere. Imò addo,
 neque Angelos, solum lumen naturale secutos, su-
 spicari potuisse in Deo esse pluralitatem personarum,
 nedum id certo cognoscere. Conclusio proposita
 est D. Thomae hoc loco, & quaest. 10. de veritate,
 artic. 13. & quaest. 9. de potentia artic. 5. Alexandri
 Ales. 1. par. q. 2. memb. 1. artic. 3. Bonaurenturae in
 1. dist. 3. q. 4. Scoti quodlib. 1. 4. Durandi in prologo
 quaest. 1. & dist. 2. q. 4. & est communis.

Neque An-
gelis solo lu-
mine natu-
rally videnti-
bus inuesti-
gabile.

Potest autem probari, quoniam omnis naturalis
 cognitio, qua Deum in hac vita cognoscimus, origi-
 nem trahit à cognitione rerum creatarum, vt pater,
 tum ex Aristotele, qui saepe docet, omnem cogni-
 tionem nostri intellectus ortu habere à sensu: tum
 vel maxime ex illo Pauli ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei*
à creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta con-
spiciuntur, quo modo etiam Angelus ex rebus crea-
 tis Deum naturaliter cognoscit: sed res creata non
 emanant à Deo quatenus est Trinus in personis, sed
 quatenus est vnus in essentia, eodemque modo ab
 eo emanarent, si vnus esset in persona, vt eum Phi-
 losophi crediderunt, ac ab eo Trino in personis e-
 manant: ergo res creata non ostendunt pluralitatem
 personarum, sed vnitatem essentiae, eaque quae ad
 vnitatem spectant, ac. proinde nulla est ratio à solo
 lumine naturali ducta, quae vel probabiliter myste-
 rium gloriosissimae Trinitatis suadeat. Vt enim cae-
 cus per odorem rosae in notitiam pulchritudinis de-

uenire nequit, eod quod odor non à colore & figura
 rosae, in quibus pulchritudo est posita, sed à substan-
 tia emanat: ita homo, aut Angelus ex notitia rerum
 creatarum deuenit nequit in notitiam mysterij al-
 tissimae Trinitatis, sed solius essentiae: eod quod res
 creata non à Deo, vt est Trinus in personis, sed vt
 vnus est in essentia proficiuntur. Imò verò si ho-
 mines & Angeli solum lumen naturae consulerent,
 atque ad obiectum adeo sublime, & extra metas natu-
 ralis cognitionis positum sese extendere cona-
 rentur, iudicarent Deum non Trinum, sed vnum esse
 in persona: quia id potius, quam contrarium, ar-
 gumenta à rebus creatis petita suadent. Constat au-
 tem naturale lumen falli, & errare posse, si vltra ob-
 iectum naturale sibi commensuratum extendatur,
 de eodemque iudicium ex propriis viribus ferre
 praesumat, vt quaest. 1. artic. 3. explicauimus. Adde,
 concessa pluralitate personarum eum vnitatem essen-
 tia, sequi, non esse eadem inter se illa, quae sunt ead-
 em re, & ratione formali vni tertio eidem nume-
 ro ac indiuisibili. Sequi praeterea in Deo, cum om-
 nimoda simplicitate, esse pluralitatem realem per-
 sonarum, & alia huiusmodi, quae lumen naturale
 intellectus minime suspicari potuissent esse posse,
 nedum sibi persuadere ita esse, seclusa reuelantis au-
 thoritate, cui merito captiuandus esset intellectus.

Eandem conclusionem confirmant nonnulla
 Scripturae sacrae testimonia. Matth. 11. ait Christus:
Nemo nouit Filium nisi Pater, aequè Patrem quis no-
uit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Mat. 16.
 cum dixisset Petrus: *Tu es Christus Filius Dei viui,*
 subiunxit Christus: *Caro & sanguis non reuelauit tibi,*
sed Pater meus. 1. ad Corinth. 2. *Sapientiam autem lo-*
quimur inter perfectos: sapientiam verò non huius seculi,
neque principum huius seculi, quam nemo principum
huius seculi cognouit: & loquitur de incarnationis
 mysterio, quod sanctissimae Trinitatis mysterium
 includit ac supponit. Eccles. 3. *Plurima supra sen-*
suum hominum ostensa sunt tibi: at si quid aliud supra
sentium est hominum, id maxime est mysterij glo-
riosissimae Trinitatis. Quamuis autem quaedam ex
 his testimoniis potius probent, nos nostris viribus
 deuenire non posse in eam cognitionem mysterij
 diuinissimae Trinitatis, qualis necessaria est ad salu-
 tem, quod sanè est dogma fidei, quam nos seclusa
 omni autoritate, nostris viribus comparare non posse
 vllam illius cognitionem: hoc tamen secundum suo
 etiam modo confirmant.

Secunda conclusio. Lumine naturali demonstri-
 ri nequit, articulum altissimae Trinitatis esse de nu-
 mero rerum, quae esse possunt: est tamen mysterium
 hoc, non contra, sed supra lumen naturale nostrae
 mentis. Haec est Durandi locis citatis, probarique
 potest quoad priorem partem. Quoniam res crea-
 ta, per quas naturaliter possumus Deum cognosce-
 re, ducunt potius in cognitionem contrarij, vt di-
 ctum est: cum ergo non aliunde possumus Deum
 naturaliter cognoscere: fit, vt lumine naturali non
 valeamus demonstrare articulum sanctissimae Tri-
 nitatis nihil continere impossibile: praesertim cum
 tamquam impossibilia tenuitati luminis naturalis
 intellectus nostri sese offerant, tam mysterij ipsum
 in se, quam ea, quae ipsum necessario sequuntur.
 Adde, quod si demonstrari posset mysterium bene-
 dictissimae Trinitatis esse de numero earum rerum,
 quae esse possunt: cum quicquid reale potest esse in
 Deo ad intra, necessario ita sit, vt ea, quae supra in
 argumento sexto obieciamus aperte demonstrat,
 vtique demonstrare possemus Deum esse re ipsa
 Trinum in personis, cuius contrarium conclusio-
 ne pri

Secundum
elapsa.

ne prima ostensum est.

*Res fidei no-
stra non esse
praecipua na-
turalibus ra-
tionibus per-
suadenda.*

Hinc clarè licet colligere, fidem nostram, praesertim quoad hoc mysterium, non rationibus naturalibus esse infidelibus persuadendam: tamen si possumus eis uti, tum ad mysterium explicandum, tum etiam ad eos alliciendos, ut facilius illud per fidei assensum approbent. Qui enim vellet rationes adhibere naturales, quasi illa deberent esse praecipua motiva ad suadendum hoc reconditum mysterium, duplici via sanctissimae fidei nostrae, ut hoc loco D. Thomas docet, esset iniurius. Detraheret namque de illius dignitate, quatenus est de iis, quae, quod captum intellectus nostri superent, non videntur (qua de causa à Paulo ad Hebr. 11. *argumentum non apperentium appellatur*.) Praeterea impedimento esset infidelibus, ne converterentur, ludibrioque ac irrisione exponeret sanctissimam fidem nostram, dum arbitrarentur, nos tam debilibus fundamentis duci ad assensendum tanto mysterio. De via autem & ratione persuadendi hoc, & caetera fidei nostrae mysteria, & de efficacissimis rationibus, & argumentis, quae superperunt, ut merito quisque sibi persuadere debeat ea omnia, quae Romana Ecclesia profertur, Dei esse revelationes, dicemus 2. 2. cum de fide erit sermo.

Posterior pars conclusionis ex eo probatur, quoniam lumen naturale nostri intellectus participatio quaedam est (tamen si interuallo infinito deficiens) luminis diuini intellectus, solumque ex se inclinatum ad verum: cum ergo verum vero consonet: fit, ut sanctissimae Trinitatis mysterium, quod in se est verissimum, cum lumine nostri intellectus pugnare non possit: tamen si propter sui excellentiam supra captum sit illius. In usu ergo luminis nostri, si eo uti velimus ad iudicandum eodem modo de iis, quae eius captum excedunt, quo de iis, quae illi sunt commensurata iudicat, poterit interuenire error: non verò quasi ipsum secundum se ad falsum inclinet, D ut quaest. 1. artic. 5. explicatum est.

*Tertia con-
clusio.
scilicet argu-
menta omnia
contra hoc
mysterium in-
tra fides sum-
duntur.*

Tertia conclusio. Posito mysterio adorandissimae Trinitatis, quod tenemus innixi solum Dei reuelantis auctoritati, quae omni demonstratione est certior, sufficienter solvuntur argumenta omnia, quae aduersus illud proponuntur, sufficientissimèque ostendere possumus nullum eorum concludere. Quando verò in argumento aliquo ad aliquid devenimus, quod mysterium ipsum ponit, ac concernit, non possumus demonstrare aduersario, id esse verum: sed respondendum illi est, id esse, quod fides nostra nos docet, & quod tenemus propter auctoritatem Dei reuelantis, verbi gratia. Si quis ita nobiscum argumetur, quae sunt eadem re, & ratione formali vni tertio singulari & indiuisibili, sunt eadem re inter se: dato autem mysterio altissimae Trinitatis, contrarium est verum: ergo mysterium, quod profiteris, falsum est. Sufficienter solvemus argumentum, si respondeamus, maiorem esse veram, quando illud tertium est incommunicabile: secus autem quando est communicabile pluribus re ipsa distinctis, ut in re proposita cernitur: quae solutio sufficientissima est in lumine naturali. Quod si ulterius obieciat, qui fieri potest, ut idem numero indiuisibile sit communicabile, ac idè re & ratione formali cum multis re ipsa inter se distinctis? Dicendum est, id nos tenere auctoritate Dei, qui eo ipso quod nos docuit in diuinis esse tres personas eiusdem essentiae, id reuelauit: neque nos in hac vita, ex rebusque creatis, posse contrarium demonstrare. Praeterea evidens esse in lumine naturali, potius adhaerendum esse Dei reuelationi, quam cuiquam rationi aut argumento in contrarium oblato. Quod si ulterius quaereret, vn-

A de nos sciamus hanc esse Dei reuelationem? Addenda ei essent argumenta, & rationes sufficientissimae, quibus id nobis persuaderemus, quas lumen naturale docet ad id esse sufficientissimas, in culpaque lethali omnes esse, qui eis ad fidei nostrae accipationem non permouentur.

Dicit fortè aliquis, quorsum Deus reuelauit nobis hoc mysterium, quod tam difficile est ad credendum? quorsum illud non abscondit, quousque nos in claram sui visionem perduceret? Multas, nec contemnendas, reddit huius rei rationes D. Thomas 1. contra gentes, cap. 5. Porriusimam autem esse arbitror, propter mysterium incarnationis, quod Trinitatis mysterium supponit, quodque adueniente Christo tantopere hominibus reuelari expediebat, ad gratitudinem, amorèque in Deum excitandū, ad spem nostram erigendam, segnitiam, ac torporem in Dei famulatu excutiendum, vestigiisque Filij Dei carnis facti, crucisque pro nobis affixi sequendum, & ad pleraque alia emolumenta, quae ex noticia incarnationis, aduentusque Filij Dei in humanum genus extiterunt. Vnde quod clarior fuit in orbe noticia mysterij incarnationis, eò apertior fuit noticia mysterij sanctissimae Trinitatis: & quemadmodum ante Christi aduentum solis Prophetis, insignibusque Patribus, tam legis naturae, quam scriptae, explicitè erat traditum mysterium incarnationis, caeteris verò implicite, ut propheta tanti mysterij explicitam vniuersis illius promulgationem antecederet, quod facilius susciperetur, corroborarenturque magis homines in fide: sic etiam ante Christi aduentum reuelatio explicita mysterij gloriosissimae Trinitatis solis Prophetis, insignibusque aliis Patribus legis naturae ac scriptae facta est: post Christi verò aduentum, vniuersis, sicut & incarnationis mysterium, explicitè promulgari coepit.

Dubium.

*Solutio.
Diuinissima
Trinitatis
mysterium cur
fuerit nobis
reuelatum.*

Ad primum ergo argumentum propositum negaret Philosophus naturalis maiorem, de operatione quae est idem proterus cum operante, neque est quid productum, aut comproductum, ut est intelligere & velle diuinum, nosque ipsi eam sanè negare renemur. Etenim intelligere & velle in diuinis non minus sunt operationes Filij & Spiritus sancti, quam Patris; & tamen Filius per intelligere, & Spiritus sanctus per intelligere, & velle nihil producant. Adde, intelligere in Patre, ut supra ostensum est, non esse ipsammet productionem actiuam Filij: sed dicere, hoc est, intelligendo producere, esse productionem actiuam Filij: id verò non aliud est, quam habitudo Patris ad Filium, tamquam eius à quo Filius per intellectum, supponens intellectionem essentialem, eamque quodammodo includens, ut ibidem explicauimus.

*Ad primum
argumentum
partis oppo-
sita.*

Ad secundum diceret, naturam reperiri in multis suppositis, esse imperfectionem: quia id nulla ratione esse potest sine illius diuisione & multiplicatione. Vnde adderet, implicare contradictionem, naturam diuinam esse in multis suppositis, & in eis non diuidi. Diceret praeterea, pugnare cum diuina simplicitate, naturam diuinam esse in multis suppositis, & in vnoquoque eorum reperiri quid reale communicabile & absolutum, & quid reale incommunicabile, & respectiuum. Insuper sequi, non, quae sunt eadem re, & ratione formali vni tertio singulari ac indiuisibili, esse eadem inter se: quod asserere inuolueret contradictionem. Adderet praeterea, si esse in multis esset perfectio, quod natura esset in pluribus, eò esset magis perfecta, ac proinde si argumentum quippiam probaret, cogeret etiam, non esse in tribus tantum suppositis, sed in infinitis.

Ad secundum.

Ad

Ad confirmacionem.

Ad primam confirmationem, concessio antecedente, negaret consequentiam: quoniam est latum discrimen inter ea, quae in antecedente assumuntur, & id quod in consequente infertur, propter quod diceret, hoc contradictionem implicare, illa vero minime. Etenim natura diuina ita esse deberet in multis suppositis, ut cum singulis esset idem: id vero esse non posset, nisi in eis diuideretur ac multiplicaretur. Sequeretur praeterea, non, quae sunt eadem vni tertio, esse eadem inter se, neque in Deo esse omnimodam simplicitatem, quae omnia contradictionem implicare asseret, ut paulo antea dictum est. Cum vero nec humanus animus idem sit cum partibus corporis, in quibus est, neque item Angelus cum partibus loci, sane nihil tale sequitur ex iis, quae in antecedente assumuntur.

Ad secundam confirmacionem.

Ad secundam vero confirmationem responderet, quod si esset in aliquo vno supposito, in quo reciperetur tamquam in re aliquo modo a se distincta, argumentum quidem haberet probabilitatis speciem: sed tunc probaret etiam, non esse in tribus tantum: quia esset etiam coactata & limitata ad tria supposita. Verum tamen diceret non ita se habere naturam diuinam, sed ipsamet esse suppositum quoddam infinitum & illimitatum, quod proinde nullam infert limitationem in diuinitate.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum negaret priorem partem antecedentis. Diceret enim id esse non posse, sine diuisione naturae: naturam autem posse diuidi, ex imperfectione illius prouenit. Praeterea si generare aut producere sibi simile esset perfectio in Patre, aliqua perfectio esset in Patre, aut Filio, quae non in Spiritu sancto, quod nulla ratione est concedendum: quare posse producere sibi simile in natura, non dicit perfectionem in Patre. De testimonio autem Isaiae ethnicus nihil curaret, praeterquam quod ex antecedentibus, & sequentibus alium etiam sensum patitur testimonium illud, ut supra dictum est. Neque ratio illa demonstratio, ut videtur aliqua argumentatio est in solo lumine naturali, esto in eo sensu exponantur verba Isaiae.

Ad confirmacionem.

Ad confirmationem negandum est antecedens: ignem namque producere actu, nullam perfectionem dicit in producente, sed in re producta, ut saepe in superioribus notauimus.

Ad quartum.

Ad quartum, negaret Philosophus maiorem. Tum quia communicare se actu, nullam dicit perfectionem in eo, qui se communicat, ut dictum est. Tum etiam quia diceret, implicare contradictionem Deum communicare se infinito: ad extra quidem, quia nulla ratione esse potest effectus infinitus: ad intra vero, quia diceret id fieri non posse sine diuisione naturae, ac proinde id iam non esset communicare se ad intra, sed ad extra eo modo, quo Arius processionem Filij a Patre constituit in diuinis.

Ad quintum.

Ad quintum negaret maiorem, de persona infinita omnia in se eminenter continente, qualis esset illa vna persona diuina: neque enim, existente altissima Trinitate personarum in Deo, singulis diuinis personis aliquid felicitatis ex aliarum consortio accrescit.

Ad sextum.

Ad sextum neganda est maior, ut ex dictis est manifestum.

Ad confirmacionem.

Confirmationem vero ex iis, quae conclusionem prima diximus, constat nihil ad rem praesentem efficere. Non enim negamus quempiam ex suis tantum naturalibus posse fide humana propter autoritatem proponentis, aut communitatis credentis, &c. assentiri articulo gloriosissimae Trinitatis: sed quod asserimus est, nullam esse rationem ex lumine na-

turali petitam, propter quam, seclusa omni autoritate & reuelatione, homines sibi persuadere possunt in Deo esse sanctissimam Trinitatem personarum, ne dum demonstratiue, euidenterque cognoscere.

Ad septimum, negaret infidelis maiorem: Catholicus autem dicere posset, in homine esse imaginem altissimae Trinitatis, verum tamen imperfectam, quae minime sufficiens sit, ut ea gloriosissima Trinitas personarum naturaliter cognoscatur: praesertim cum naturaliter non apprehendatur ut imago felicissimae Trinitatis, sed ut est quaedam res in se: post reuelatum vero mysterium diuinissimae Trinitatis conducere, ut per eam explicetur. Porro in homine dicitur esse imago adorandissimae Trinitatis, tum quia in humano animo sunt tres potentiae, sicut in Deo sunt tres personae: tum vel maxime quia, quemadmodum Pater intelligendo producit Verbum, Paterque ac Verbum producit Spiritum sanctum, qui est amor productus: ita humanus animus intelligendo producit verbum, idemque animus concurrente verbo producit amorem. Dicitur praeterea homo esse ad imaginem Dei, quatenus Deus est, quia sicut in Deo est liberum arbitrium, quo Dominus est suorum actuum per intellectum & voluntatem: ita etiam in homine. Vide Damascenus lib. 2. fidei orthodo. cap. 12. His verbis, inquit, ad imaginem, vis intelligendi, arbitriique libertas intelligitur. Praeterea quia sicut in Deo est intellectus, quo videt se, & voluntas, qua seipsum diligit, fruique seipso clare viso, in quo beatitudo ipsius est posita: ita in homine est intellectus, quo capax est visionis diuinae essentiae, & voluntas, qua Deum potest diligere, eoque clare viso frui: eaque ratione instar Dei esse potest beatus, iuxta illud 1. Ioan. 3. Scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus, quia videmus eum sicuti est.

Ad postremum argumentum responderet D. Thomas, Philosophos illos naturales cognouisse quidem de Deo attributa aliqua, quae diuinis personis appropriantur, ut potentiam quae appropriatur Patri, sapientiam quae appropriatur Filio, bonitatemque & amorem, quae appropriatur Spiritui sancto. Ut tamen altissimam Trinitatem, personarumque diuinis minime cognouerunt: ita neque appropriationem eiusmodi tributorum. Dicendum praeterea est, si quid de arcano gloriosissimae Trinitatis mysterio docuerunt, id non acumine sui intellectus, lumineque naturae ductos comparasse, sed vel a Prophetis, virisque Catholicis insignibus tam legis naturae, quam scriptae didicisse, iuxta ea quae quaest. 1. §. art. 1. disp. 1. diximus. In numero autem horum insignium viro- rum legis naturae, non solum Iob, & similes, sed etiam Sibyllas comprehendendo. Vel certe eis ipsis Philosophis aliqua illustratio diuinitus facta est.

ARTICVLVS II.

Utrum sint ponenda notiones in diuinis.

DISPUTATIO I.

Notio in re proposita non est aliud, quam ratio cognoscendi vnam personam, ut ab alia, aut aliis distinctam. Hoc est, est forma, aut quasi forma, qua vna persona cognoscitur distingui ab alia, aut aliis. Hanc explicationem notionis innuit D. Thomas initio articulo sequentis, consonatque Augustinus §. de Trinitate, cap. 6. Cum autem personae distinguantur relationibus originis, duo necessaria sunt, ut

aliquid notio dicatur. Vnum est, vt significetur in abstracto: eo enim modo significatur vt ratio, seu forma, aut quasi forma personae. Alteru' verò est, vt pertineat ad originem. Vnde paternitas est notio, qua pater intelligitur distingui à Filio: filiatio est notio, qua Filius intelligitur distingui à Patre: spiratio actiua est notio, qua tam pater, quam Filius intelliguntur distingui ab Spiritu sancto: & processio, seu spiratio passiuæ est notio, qua Spiritus sanctus intelligitur distingui à Patre & Filio. His quatuor notionibus addunt Augustinus & alij, innafcibilitatem, quæ sit quinta notio, qua Pater intelligitur distingui à Filio & Spiritu sancto, de qua re articulo sequenti.

Diuinorum nominu' tria genera. Essentialia nominu' quid.

Notionalia.

Personalia.

Notio est notio notionalis & diuersa sunt.

Propositio est.

Impugnatio. Nominibus sunt abstracta in concreto & in diuinitate.

Possumus etiam ad hominem in hunc modum argumentari. Concreta potius, quam abstracta, denotant compositionem ergo abstracta potius quam concreta, quadrant in diuinam simplicitatem: non

Ne verò quis æquiuocatione fallatur, animaduertendum est, tria esse nominum genera in diuinis. Quædam dicuntur essentialia. Hæc sunt, quæ vel in concreto, vel in abstracto significant diuinam essentiam, aut id quod continet Deo ratione essentia. Vnde sicut essentia communis est tribus personis: sic etiam significata horum nominum tribus personis communia sunt. Eiusmodi sunt nomina, Deus, essentia diuina, sapiens, sapientia, potentia, aternitas, Dominus, creator, &c. Alia dicuntur notionalia, nempe illa, quæ significant processiones ipsas, hoc est, relationes originis per modum actionis, aut passionis: cuiusmodi sunt generans, genitus, spirans, spiratus, dicere, generare, spirare, generatio, &c. Alia denique dicuntur personalia, illa videlicet, quæ significant personas, aut id quod ratione personarum conuenit (excipe processiones, actus & notionalia, quos nomina notionalia significant.) Huiusmodi sunt nomina, Pater, Filius, Spiritus sanctus, persona in singulari, & persona in plurali (quicquid aliqui ex doctoribus Nominalibus in contrariu' dicant) vocabulū Trinitatis, & si quæ sūt huiusmodi.

A ergo propter diuinam simplicitatem excludenda sunt à diuinis abstracta, sed potius sunt admittenda. Atque id planè docet Bernardus sermone 80. super cantica, vbi sequitur, inquit, de Deo proprie dici possit, rebus congruentiusque dicitur, Deus est magnitudo, bonitas, iustitia, sapientia, quam Deus est magnus, bonus, iustus, aut sapiens. Refertque Eugenio, Pontifici maximo, ceterisque Patribus in Concilio Rhenensi congregatis, peruersam, suspectamque omnino vltimam fuisse expositionem Gilberti Pictauiorum Episcopi super Boëcium de Trinitate, vbi abstracta exponebat per concreta, dicens: pater est veritas, id est, verum: quare tuta non est opinio Præpositiui, cum sit illa eadem, quæ ad eod. Patribus in eo Concilio displicuit, vt ab eis reprobaretur.

Deinde reddit D. Thomas duas peculiare rationes, quare in personalibus admittenda sunt non solum concreta, sed etiã abstracta, atque ad eod. notiones, proprietateq; personales. Prima est, quoniam cum confiteamur Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, esse vnū Deum, & tres personas, quatuor tibus hæreticis, quo sint vnum? & quo sint tres? sicut respondetur essentia, ac Deitate esse vnū, sic etiã oportet esse similia nomina abstracta quibus respondeatur, quo sint tres, ac dicatur, paternitate, filiatione, & spiratione passiuæ, esse tres, tamquam proprietatibus, quibus re ipsa inter se distinguuntur: vnde inquit D. Thomas, essentia significatur, vt quid, seu quidditas personarum: persona, vt quis: & proprietates, vt quo persona hæc distincta est à ceteris.

Secunda ratio est, quoniam vna persona Patris refertur ad duas personas, nempe ad Filium & Spiritum sanctum, non vnica relatione: vnde enim Filius, & Spiritus sanctus referuntur eod. vnica relatione ad Patrem, ac proinde, cum relatio multiplicet sanctissimam Trinitatem, Filius, & Spiritus sanctus non essent personæ distinctæ inter se. Cum ergo pater sit vna tantum persona, & in se habeat duas relationes, oportet vtramque nominibus designemus, ac dicamus, vnam esse paternitatem, qua Pater refertur ad Filium: alteram verò spirationem actiuam, qua respicit Spiritum sanctum: neque enim nominibus concretis commodè possent designari tamquam ea quibus vnum quid refertur ad multa: quare admittenda sunt abstracta proprietatum ac relationum personalium, ac proinde notiones.

Ad hanc rationem negabat Præpositiuius, Patrem referri duabus relationibus ad Filium & Spiritum sanctum. Dicebat namque quemadmodum Deus vnica relatione refertur ad omnes creaturas, cum tamen creaturæ multis relationibus referantur ad Deum: sic etiam Patrem vnica relatione referri ad Filium & Spiritum sanctum: cum tamen Filius & Spiritus sanctus multis respiciant Patrem.

Hanc tamen responsionem inde vult euertere D. Thomas, quod cum ratio formalis specifica cuiusque relatiui sit ad aliud se habere, fieri nullatenus potest vt duabus relationibus specie, aut quali specie distinctis (quod addo propter diuinam relationes: vt enim in diuinis esse nequit genus, ita neque species) respondeat vna tantum relatio ex parte termini. Ad exemplum verò Præpositiui de relationibus creaturarum ad Deum, in primis responderet: creaturæ omnes referri ad Deum relationibus eiusdem rationis, ac speciei. Deinde verò adicit, esto ex parte creaturarum sint relationes ad Deum alterius, ac alterius speciei, nullum esse absurdum si concedas, ex parte etiam Dei relationes alterius, ac alterius speciei eis respondere, eod. quod Deus refertur ad creaturas relatione rationis, nullum quæ

Res. esse Præpositiui.

Refutatio.

O o omnino

Molina in D. Thom.

omnino absurdum sit concedere, in Deo multas

relationes rationis inter se specie distinctas.

Relationes
diuina quo
modo specie
potius quam
solo numero
distingui di-
cantur.

Ex iis, quæ circa hanc secundam rationem docet D. Thomas, notandum primò, Quamuis quatuor relationes diuinæ sint rationes formales primò diuersæ, nullòque vnico conueniant, vt q. 28. art. 4. disp. 2. ostendimus, nihilominus cum sint alterius, ac alterius rationis, potius videri quasi specie distinctas quam solo numero: cum tamē ratio speciei in eis non reperitur, eò quòd non minus repugnet vnquamque illarum rationum diuidi, multiplicari, aut contrahi, quàm naturæ ipsi diuinæ.

Obiectio.

Deinde aduersus id quod D. Thomas docet hoc loco nempe duabus relationibus specie, aut quasi specie distinctis, respondere non posse vnica specie relationem ex parte termini, obicit aliquis. Pugnancia dicere D. Thomam: quoniam vt ipsemet 3. part. q. 35. a. 5. affirmat, pater & mater in humanis referuntur ad filium duabus relationibus specie distinctis: eò quòd pater & mater secundum esse patris & matris, specie distinguatur: & tamen filius referatur ad eos vnica relatione filiationis specie: ergo falsum est, quod hoc loco docet secumque pugnat.

Solutio.
Pater & ma-
tris relatio-
nes an specie
differant.

Ad hoc argumentum respondent Caietanus, Torres, alique discipuli D. Thomæ, doctrinam eius hoc loco intelligendam esse, quando relata distincta specie sunt integra: secus autem quando sunt partes vnus integri relati. Tunc verò appellant relata distincta inter se specie partes vnus integri relati, quando ad fundamentum seu rationem fundandi relationum reciprocarum necessarius est varius concursus vtriusque: quo pacto ad generationem filij in humanis, quæ est ratio fundandi, tum filiationem, tum etiam paternitatem, ac maternitatem, necessarius est partialis, diuersusque concursus patris, ac matris: quare quia pater & mater sunt de numero horum relatorum, Filius verò & Spiritus sanctus, comparatione Patris in diuinis, non item, fit vt doctrina tradita à D. Thoma hoc loco, intellecta, vt eam exposuimus, verissima sit, nec repugnet doctrinæ, quæ 3. parte tradidit. Nos. Metaph. probabile existimabamus relationem patris in commune, vt sub se comprehendit patrem ac matrem, esse speciem infimam, diuidique parentem in partem ac matrem differentis accidentariis, quæ cum parente in commune efficiunt composita per accidens: non secus ac si hominem diuidas in matrem & feminam. Elige quod malueris.

DISPUTATIO II.

Examinantur Gregorij Ariminensis & Aureoli opiniones circa notiones, proprietatesque personales.

Opinio Greg.
negantis pro-
prietates, &
notiones.

Gregorius in 1. dist. 26. quæstio. 1. negat proprietates personales & notiones in diuinis iuxta eum sensum, in quo à D. Thoma & ab aliis constituuntur. At namque, non dari in diuinis personis proprietates, quibus distinguantur, quasi illæ aliquid sint diuinarum personarum, sed personas scilicet, & non aliquo sui, inuicem distingui. Quòd fit, inquit, vt abstracta & concreta pro eodem prorsus supponant, vt paternitas & Pater pro supposito Patris.

Arg. Greg.

Dicitur potissimum in hac assertionem, quoniam si personæ eiusmodi proprietatibus, quæ aliquid earum sint, constituerentur & distinguerentur inter se, non essent simplices omnino, sed compositæ ex essentia & eis proprietatibus realibus, quod fidei Catholicæ repugnat. Reliqua argumen-

ta Gregorij, quoniam facile ex iis, quæ dicemus, dilucentur, breuitatis gratia mitto.

Deinde ad rationem D. Thomæ hoc loco qua probabat, constituendas esse proprietates ac notiones, eò quòd oporteat esse, quo respondeamus ad instantiam hæreticorum, quando quærent, quo personæ diuinæ sint vnus, & quo sunt tres, responderet Gregorius: Sufficiens non esse edoctos ab Augustino, & Hieronymo ad respondendum sine dictis proprietatibus. Hieronymus enim in expositione symboli ad Damasum quarto tomo loquens de Patre, Filio, & Spiritu sancto, ita inquit: *Substantiæ sunt vnus, sed personis ac nominibus distinguuntur.* Et paulò superius dixerat: *Non nomina tantummodo, sed etiam nominum proprietates, id est, personæ, vel, vt Græci, exponunt, τὸς ἀρεῖς, hoc est, substantentias, consistuntur.* Vbi Hieronymus nomine proprietatum, personas ipsas proculdubio intelligit. Augustinus etiam, in sermone de fide & symbolo, *Credimus, hanc Trinitatem personis distinctam, & substantiâ vnitam.*

In aliam partem extremam vergit Aureolus citatus hoc loco à Caietano. Etenim vult proprietates ex natura rei distingui à personis, quarum sunt proprietates, vt paternitatem à Patre. Quòd probat, quia paternitas se tota distinguitur à filiatione: cum tamen Pater non se toto distinguatur à Filio, quippe cum in essentia conueniant, quam vtrique eorum includit. Quod si paternitas, & Pater distinguerentur sola ratione, non secus ac Deus & Deitas, sanè quanta identitas est inter Patrem & Filium tanta esset inter paternitatem & filiationem.

Sic nihilominus prima conclusio. Concedendæ sūt proprietates in personis diuinis, quæ in eo sensu sint aliquid earum, vt virtute, tamquam quid inclusum ab includente, ab eis ex natura rei distinguatur. Conclusio hæc est aduersus Gregorium, estque manifesta ex iis, quæ diximus q. 28. a. 2. d. 6. & d. 5. conclus. 3. vbi ostendimus, relationes diuinæ, quatenus præcisè relationes sunt, virtute distingui ab essentia, & neque essentia esse illis intrinsecam, neque eas essentias esse tamen idem re & ratione formali inter se: & tamen essentiam, quàm relationes esse de intrinseca ratione formali personarum, quarum sunt proprietates: quòd fit, vt eiusmodi proprietates virtute distinguatur ab iis personis, quarum sunt proprietates, tamquam inclusum ab includente, atque à deo vt in sensu explicato sint earum aliquid.

Præter ea quæ locis citatis dicta sunt confirmari potest conclusio, Quoniam Pater generando Filium communicat ei totam suam essentiam, vt cap. Damianus, de summa Trinitate & fide Catholica definitum est: sed non communicat ei id reale, quo ab eo distinguitur: alioquin non distinguerentur inter se: cum ergo Pater vtrumque includat, essentiam scilicet, in qua conuenit cum filio, & id reale relationis, quo ab eo distinguitur: planè id reale, quo distinguitur, & quod est proprium Patri, virtute saltem distinguetur à Patre tamquam inclusum ab includente. Confirmari id ipsum potest ex cap. Firmiter, eodem titulo, illis verbis: *Hæc sancta Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, & secundum proprietates personales discreta admittenda ergo sunt proprietates personarum.*

Secunda conclusio. Personales proprietates, nec re, nec ratione formali, distinguuntur ex natura rei à personis. Hæc est contra Aureolum, constatque ex dictis disput. 5. & 6. citatis. quare cum vniqueque persona constituatur ex essentia & proprietate personali, neutrum sanè distinguetur re aut ratione

Aureoli opi-
nio distin-
guens ex-
sentia rei à
personis pro-
prietates
personales.

Prima conclu-
sio.
Proprietates
personales
virtute dis-
tingui à per-
sonis.

Secunda conclu-
sio.
Personales
proprietates,
nec re, nec
ratione formali,
distinguuntur
ex natura rei
à personis.

tionem formali à persona, sed solum virtute tamquam inclusum ab includente.

Ex his duabus conclusionibus colligo primò aduersus Gregorium, paternitatem in abstracto sumptam vt præcisè significat relationem, proprietatemve personalem Patris, non supponere pro supposito, ac persona Patris: alioquin sicut hæc est orthodoxa, concediturque ab omnibus, Pater generat: ita hæc esset concedenda, paternitas generat: quam tamen Doctores negant, nullusque sanctorum Patrum admitteret. Quo fit, vt vocabulum paternitas ita sumptum supponat pro proprietate ac relatione, quæ non est suppositum & persona Patris, nisi per identitatem: est tamen quid, vnà cum essentia, suppositum ac personam illius complectens. Sicut enim id substantiale, quod Socrates addit supra naturam humanam, in comune, aut etiam supra suam singularem humanitatem, nec est suppositum, nec subsistens, sed vnà cum humanitate complet Socratem in esse suppositi, ac rei subsistentis: ita proprietates relatiuæ Patris, nec est subsistens, nec suppositum, sed vnà cum diuina essentia complet Patrem in esse suppositi incommunicabiliter subsistentis, vt q. 29. art. 2. disp. vltima ostensum est.

Quòd si obiicias, D. Thomam aliosque Doctores sæpe affirmare relationes subsistere in diuinis. Dicendum est, sumere relationes, non præcisè, vt cum essentia cõstituunt personas, sed vt includunt essentiam: quo pacto paternitas dicit id totum in abstracto, tam absolutum quam respectiuum, quod Pater includit in sua ratione formali: sumptæ verò hoc modo relationes in abstracto, solum differunt à personis ratione concipiente, vt q. 28. art. 2. disp. 6. & q. 29. art. 2. disp. vltima dictum est.

Ex eisdem conclusionibus colligo secundò maiorem esse distinctionem in diuinis inter Patrem pro supposito, & paternitatem, pro proprietate Patris, quam fit inter Deum & Deitatem: Deus namque & Deitas solum distinguuntur ratione concipiende: Pater verò & Paternitas distinguuntur virtute ex natura rei tamquam inclusum & includens.

Ad id ergo vnde Gregorius dicebatur, vt suam opinionem assereret, negandum est, ex eo quòd personæ ex essentia & proprietatibus personalibus modo explicato, constituantur, sequi, personas non esse simplices omnino: si namque personæ ex illis cõstituerentur tamquam ex rationibus formalibus ex natura rei inter se distinctis, id quidem earum simplicitati repugnaret: at verò cum solum nostro intelligendi more constituantur ex illis eisdem prorsus inter se ex natura rei, solumque virtute inter se distinctis, id nihil omnino earum simplicitati derogat, vt in præcedentibus sæpe est explicatum.

Petit Gregorius loco citato, siue proprietates Patris aliquid præter essentiam, vel non: Cui interrogationi respondendum est, si dictio præter, denotet quid ex natura rei distinctum ab essentia, proprietatem non dicere aliquid præter essentiam: si verò donotet quid virtute solum distinctum, dicere aliquid præter essentiam, nempe rationem formalem relationis, eandem re & ratione formali cù essentia, sed ab ea virtute distinctam. Nota, hanc propositionem, proprietates personalis est aliquid præter essentiam, numquam esse absolutè concedendam: sed vel simpliciter & absolutè negandam, vel distinguendam esse, sicut eam distinximus.

Ad id, quod Gregorius respondere conatur, vt rationem D. Thomæ eneruet, dicendum est. Siue D. Hieronymus, siue quilibet alius autor eius operis extiterit, Patres illos, dum dicunt, sanctissimam Trinitatem

Molina in D. Thom.

A nitam essentia esse vnã, & personis distinctam, intelligere, tamquam iis, quæ in ea distinguuntur, seu inter quæ cernitur distinctio. Cùm verò conueniant in essentia, quam singulæ includunt, adhuc quatenus restat quo, ab essentia aliquo modo distincto, tamquam forma, aut quasi forma, nostro intelligendi more ab inuicem distinguuntur: id quod non est aliud, quàm notio, proprietatisque personalis.

Ad argumentum verò Aureoli, dicendum est, vt paternitas, præcisè quæ relatio est, se tota distinguatur à filiatione: Pater verò in eo sensu improprie dicatur non se toto distingui à Filio, quòd detur in eo aliquid, nempe essentia, quod non distinguitur à Filio, satis esse virtualem distinctionem inter paternitatem & essentiam, & inter paternitatem & Patrem, neque necessariam esse distinctionem ex natura rei.

Argumentum Aureoli dissoluitur.

DISPVATIO III. Vtrum paternitas, & spiratio actiua re distinguantur ab inuicem.

Dvbiũ est hoc loco, quanta sit distinctio inter duas illas relationes, quas D. Thomas ostendit esse in Patre, inter Paternitatem nimirum, & spirationem actiuam. Durandus in 1. d. 13. q. 2. præmittens, eandem esse quæstionem de generare & spirare, eò quòd non aliud sint, quàm paternitas & spiratio actiua, vt per modum actionis significatur, affirmat inter paternitatem & spirationem actiuam, inter generare & spirare esse distinctionem realem. Idem dicit de filiatione & spiratione actiua, quæ sunt in Filio, & de generari ac spirare.

Dur. opin.

Probat autem hanc suam sententiã primò, quoniam ea, quæ nequeunt conuenire nisi comparatione diuersorum, non sunt idem ex natura rei: sed paternitas conuenit Patri comparatione Filij, non verò comparatione Spiritus sancti, è contrario autem, spiratio actiua conuenit Patri comparatione Spiritus sancti, non verò comparatione Filij: ergo paternitas & Spiratio actiua non sunt idem re.

Probatur Primò.

Secundò sicut se habet paternitas ad filiationem, ita se habet spiratio actiua ad spirationem passiuam: vtrouque namque est distinctio realis, atque oppositio relatiua: ergo à commutata proportionem sicut se habet filiatio ad spirationem passiuam, ita se habet paternitas ad spirationem actiuam: sed filiatio, & spiratio passiuam distinguuntur re inter se, quòd vna sit in Filio, & alia in Spiritu sancto: ergo paternitas etiam & spiratio actiua reali distant discrimine.

Secundò.

Tertiò, paternitas & spiratio actiua sunt relationes reales distinctæ inter se specie, aut quasi specie, vt hoc loco docuit D. Thomas: ergo distinguuntur realiter. Patet consequentia, quoniam, quæ differunt specie, differunt numero: quæ autem differunt numero, distinguuntur inter se realiter.

Tertiò.

Quartò, si paternitas & filiatio essent idem secundum rem cum spiratione actiua, paternitas & filiatio essent idem realiter inter se, quòd tamen est hæreticum. Consecutio probatur, quoniam quemadmodum in absolutis, quæ sunt eadem vni tertio singulari absolutum, sunt eadem inter se: ita quoque in relatiuis quæ relata sunt eadem vni tertio singulari relato, inter se videbuntur eadem.

Quartò.

Quintò, ab vna productione actiua non sunt duæ emanationes passiuæ: sed generari & spirari sunt duæ emanationes passiuæ re inter se distinctæ, & à generare proficiscitur generari, ab spirare verò est spirari: ergo generare & spirare non sunt vna & eadem

Quintò.

Proprietates personalis non supponit pro supposito.

Obiicitur.

Dicitur.

Mais est distinctio inter patrem & paternitatem, quam inter Deum & Deitatem.

Soluitur Greg. arg.

Eiusdem interrogationi soluitur.

Nota, hanc propositionem, proprietates personalis est aliquid præter essentiam, numquam esse absolutè concedendam: sed vel simpliciter & absolutè negandam, vel distinguendam esse, sicut eam distinximus.

Sexto.

*Spiratio à paternitate & filiatione ex natura rei non nisi virtute distinguitur.
Dur. opinio- nem esse pa- rum tutam.*

eadem productio, sed duæ re ipsa inter se distinctæ. A
Sexto, licet eadem res possit esse producens & producta comparatione diuersorum, fieri tamen nequit, vt per eandem relationem ei conueniat, vt simul producat: sed Filius per generari est quid productum, per spirare verò est producens, ergo generari, & spirare non sunt idem re in Filio.

Contraria sententia, nempe spirationem actiuam non distingui ex natura rei à paternitate & filiatione, sed esse ex natura rei idem prorsus cum illis eo modo, quo relationes & essentia sunt idè inter se, est D. Thomæ art. sequenti ad tertium, q. 30. articulo 2. ad primum & cõmunis Doctorum, opinio- que Durandi est parum tuta in fide, imò meo iudicio erronea posset appellari. Probat primum, quoniam si spiratio actiua re distingueretur à paternitate & filiatione, in Deo essent quatuor relationes distinctæ realiter inter se, vt concedit Durandus, ac pròinde in Deo esset quaternitas rerum: contrarium autem definitur in Concilio Lateranensi cap. *Damnatus*, de summ. Trinit. & fide Catholica.

Ad hoc respondent Durandus, in eo cap. solum damnari quaternitatem personarum, aut quaternitatem rerum, quæ sit trium personarum, & quarta essentia, non verò quaternitatem rerum, quæ sunt relationes reales re inter se distinctæ. Expndamus tamen definitionem Concilij in eo cap. Cùm Abbas Ioachim reprehenderet Petrum Lombardum, sententiarum magistrum, quasi asseruerit, in Deo esse unam summam rem, essentiam videlicet diuinam, quæ simul est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, argueretque eum, quasi ea ratione, non tam constitueret in Deo Trinitatem, quam quaternitatem, videlicet tres personas, & illam essentiam communem quasi quartam rem, subiungit Concilium, aut potius Innocentius 3. tamquam Concilij caput. Nos autem, sacro approbante Concilio, credimus & confitemur cum Petro, quòd una quedam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, tres simul persona ac sigillatim qualibet earundem, & idè in Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas, quia qualibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, seu natura diuina. Hactenus Concilium. Ex quibus facile patet, nullam esse responsionem Durandi: cùm enim sententiarum Magister constitueret essentiam communem personis, manifestum erat Magistrum non eam constituisse tamquam personam (persona namque ex magistri definitione est quid communicabile) neque id illi obieciebat Abbas Ioachimus, sed quasi eam constituisset tamquam rem quamdam communem, vt ipsemet Abbas refert: ei verò obieciebat, quaternitatem rerum ab eo iuxta illum modum constitui, nempe trium personarum & quartam essentiam communem. Ad obiectionem responderet Concilium, id minimè sequi, eò quòd essentia communis sit singulis personis & omnibus simul sumptis, eaque de causa non ponatur in numero rerum cum personis. Non est ergo in eo cap. sermo de quaternitate personarum, sed rerum. Cùm ergo absolute definiat Concilium, solummodò esse sanctissimam Trinitatem, & non quaternitatem rerum in Deo, sanè aut error est in fide, aut quid errori proximum, ea opinio, quæ vult esse in Deo quaternitatem rerum realium inter se re distinctarum, vt Durandus asserit. Etenim si Patres illius Concilij suspicari fuissent aliqua ratione in Deo esse quaternitatem rerum, numquam absolute definiuissent, solummodò esse in Deo gloriosissimam Trinitatem, & non quaternitatem.

Secundò argumentor in hunc modum. In Patre, iuxta sententiam Durandi, sunt duæ relationes distinctæ re inter se, nempe paternitas & spiratio actiua: ergo suppositum Patris nõ est simplex omnino: quippe cùm constet rebus distinctis re inter se, quòd cùm pugnet cum Catholica fide, profectò plusquam periculosa, erroneaue, dici debet opinio Durandi.

Tertiò, propterea Pater & Filius sunt duo supposita in diuinis, quia suis relationibus re ab inuicem distinguuntur: si ergo Spirator, quem de fide constat esse vnum numero principium, vni quæque spiratione actiua producere Spiritum sanctum (vt in Concilio Lugdunensi, cap. *fidelis*, de summa Trinitate, & fide Catholica lib. 6. est definitum) in esse spiratoris sua relatione distinguitur re à Patre, & Filio, & Spiritu sancto, sit, vt sit quartum suppositum, & quarta persona in diuinis, contra diuina Patri, Filio, & Spiritu sancto, quod est hæreticum.

Quartò, Ratio spiratoris, vel est communis Patri & Filio, vel non. Si des hoc secundum, spirator erit quippiam incommunicabile, ac pròinde suppositum & persona, & cùm ex tua sententia distinguatur realiter à Patre & Filio, erit in diuinis quatuor personæ realiter distinctæ, quod est hæreticum. Si verò des primum, tunc vel ratio spiratoris est communis Patri & Filio per identitatem cum vnoquoque eorum, vel non. Si des primum, habemus institutum, rationem videlicet spiratoris non distingui realiter à Patre & Filio, sed esse idem cum illis. Secundum verò dici non potest, quia si ratio spiratoris esset communis Patri & Filio tamquam res ab vnoquoque eorum realiter distincta, id esse non posset sine compositione reali, & nisi ratio vna compararetur ad aliam tamquam actus cum potentia, vt fiet ex illis vnè per se, quæ duo cum diuina simplicitate & actualitate pugnant, apertèque essent errores in fide: sit ergo, vt spiratio actiua à paternitate & filiatione realiter non distinguatur.

Quintò, in diuinis, iuxta axioma Theologorum, solum inter ea est distinctio, ex natura rei, inter quæ cernitur relatiua oppositio: sed spiratio actiua, nec paternitati, nec filiationi opponitur relatiue: ergo nec re, nec ratione formali ex natura rei ab eis distinguitur.

Dicendum itaque est, spirationem actiuam esse idem secundum rem & rationem formalem cum paternitate & filiatione, ab eis tamen distingui virtute ex natura rei. Primum patet ex dictis. Secundum verò affirmat Caietanus hoc loco. Atque id est, quod probant rationes Durandi. Potestque confirmari, tum quia communicabile & incommunicabile cùm minimè distinguatur virtute ex natura rei, spiratio autè actiua est quid commune Patri, & Filio, paternitas verò & filiatio minimè. Addi possent alia rationes, quibus q. 28. art. 2. probauimus distinctionem virtutalem inter attributa inter se & inter personas & attributa.

Ad primum igitur argumentum Durandi neganda est maior. Ad id enim satis est distinctio ex natura rei virtute, qualis cernitur inter paternitatem & spirationem actiuam. Ad 1. Durandi.

Ad secundum concessio antecedente, neganda est prima consequentia: nam argumentum à commutata proportione vim non habet vniuersum, nisi in solis quantitatibus. Profectò si ratio illa argumentandi aliquid valeret, probari posset spiratorem actiuè esse suppositum in diuinis, arguendo in hunc modum. Sicut se habet Pater ad Filium, ita spirator actiuè ad Spiritum sanctum: ergo sicut se habent Filius & Spiritus sanctus, ita se

se habent Pater & Spirator actiue: sed Filius & Spiritus sanctus sunt duo supposita: ergo Pater & Spirator actiue sunt alia duo.

Ad 3. Ad tertium neganda est consequentia: ad id enim satis est distinctio virtualis. Ad probationem verò consequentia dicendum est, ad distinctionem numeralem, eo modo sumptam, necessariam non esse distinctionem realem: candor namque & similitudo distinguuntur numero iuxta illum modum, eò quòd differunt specie & genere, & tamen non distinguuntur re inter se: sufficit ergo ad distinctionem illam numericam distinctio ex natura rei, aut formaliter, aut virtute, qualis inter paternitatem & spirationem actiuam cernitur.

Ad 4. Ad quartum neganda est consequentia: vt enim argumentum illud valeat, necesse est, vt sint eadem vni tertio incommutabili, qualis non est spiratio actiua. Vide quæ diximus, q. 28. art. 3. Ad probationem dices, peculiarem rationem esse in rebus quæ sunt eadem vni tertio singulari, cur possint non esse eadem inter se, quæ non cernitur in absolutis: eò quòd relata possunt distingui inter se propter oppositionem relationum, absoluta verò, quia non solent habere oppositionem, si sint eadem vni tertio singulari, non solent distingui.

Ad 5. Ad quintum neganda est maior, quando productio actiua vna secundum rem est plures virtute, vt in generare & spirare videre est.

Ad 6. Ad secundam partem maioris sexti argumenti dici debet, satis esse pluralitatem relationum, quæ solùm virtute distinguantur inter se, vt idem dicatur producus & productum comparatione diuerforum, quod cernitur in generari & spirare Filij.

DISPUTATIO IV.

Quenam predicata dicantur de notionibus, & ceteris abstractis quæ reperiuntur in Deo.

Propositiones in quibus actio aut productio in concreto tribuitur alicui subiecto in diuersis quomodo sunt vera.

Quæstio hæc excitatur circa responsum ad secundum D. Thomæ. Eam paucis dirimemus, si notauerimus, peculiare esse propositionibus, in quibus actio, aut emanatio in concreto tribuitur alicui subiecto, non facere sensum identicum, sed denotare prædicatum conuenire subiecto tamquam rationi, aut habenti rationem, seu principium, à quo emanat actio. Quare ad iudicandū, an huiusmodi propositiones veræ sint, an falsæ, attendendum est, an subiectū significet rationem ac principium, à quo procedat actio, vel certe supponat pro habente tale principium, an non. Et quidē si, vel significet principium, vel supponat pro habente proprium, propositio est vera, sin minus falsa. Verbi gratia hæc omnes propositiones sunt veræ, intellectus diuinus intelligit, voluntas vult, sapientia gubernat, essentia intelligit, vult, gubernat, & creat, iustitia diuina tribuit vicique suam, misericordia condonat, iustitia punit. Ratio est, quoniam subiectum earum significat principium & rationem, à qua emanat actio: essentia namque diuina est principium remotum illarum omnium actionum seu operationum: cetera verò sunt principia proxima. Similiter hæc etiam sunt veræ, Deus intelligit, vult, & omnia paulò ante dicta præstat, Pater creat, Deus generat, generis creat, genitus spirat, sapiens generat, &c. subiecta namque primæ & secundæ continent in se essentiam, quæ illa omnia præstat: subiectum verò tertie, nempe Deus, cum sit concretum supponit pro Patre, cui generate conuenit: subiectum quartæ supponit pro Patre, qui includit essentiam, ratione cuius habet,

Molina in D. Thom.

A vt creare possit, subiectum quinta supponit pro Filio, cui ratione spirationis actiua ac essentia conuenit spirare: subiectum verò sexta, cum sit concretum, supponit pro Patre, cuius proprium est generare. Hæc verò sunt falsæ, intellectus vult, voluntas intelligit, eternitas creat, essentia generat, paternitas generat, filio creat, spiratio intelligit, &c. quoniam subiecta, neque significant id, ratione cuius conuenit & emanat actio, neque supponunt pro habente tale principium, eò quòd sint abstracta.

B Vbi notanter diximus in principio, peculiare esse propositionibus, in quibus actio in concreto tribuitur alicui, non facere sensum identicum: quia quando actio in abstracto alicui rei diuinae tribuitur, propositio sensum facit identicum, hoc est, vt propositio sit vera, satis est, si prædicatum sit idem identitate formali cum subiecto. Vnde hæc propositiones sunt veræ, intellectus est volitio, voluntas est intellectio, paternitas est sapientia, &c. Imò si actiones in concreto significantur substantiue, & (vt vocant) in actu signato, & non in actu exercito, quasi emanare denotetur ab iis, quibus tribuuntur, propositiones efficiunt sensum identicum. Vnde hæc sunt veræ, voluntas diuina est intelligere diuinum, intellectus diuinus est velle diuinum, velle diuinum est intelligere diuinum. Hæc tamen non sunt veræ: Deum intelligere peccatum, est velle peccatum, aut Deum intelligere hanc rem est velle illam: quoniam intelligere aut velle hanc vel illam rem creatam, addit respectum rationis supra velle diuinum aut intelligere diuinum comparatione talis obiecti, atque ratione horum respectuum propositiones illæ sunt falsæ.

Cur hæc sit vera, intelligere diuinum est velle diuinum: non tamen hæc intelligere peccatum est velle peccatum.

C Quando actio à parte prædicati sumitur in concreto, & significatur in actu exercito, substantiue tamen, propositio sæpe est vera ratione eius, pro quo prædicatum substantiue sumptum supponit: cum tamen, si prædicatum sumeretur adiectiue, propositio esset falsa. Verbi gratia hæc est vera, paternitas est generans, si prædicatum sumatur substantiue: quoniam non denotat actum generandi conuenire paternitati, quemadmodum denotat, quando prædicatum sumitur adiectiue, sed efficit hunc sensum, paternitas est id, aut est illa res, cui conuenit generare: hoc autem est verum, quia paternitas est Pater, cuius est proprium generare. Haud secus hæc propositio, paternitas est sapiens, si prædicatum sumatur substantiue, est vera: quia efficit hunc sensum, paternitas est id, nempe Pater, aut Deus, cui conuenit vt sit sapiens, quod etiam est verum. Si verò sumatur adiectiue est falsa, vt ex dictis est manifestum.

Substantiui, & adiectiui significantur actionem in concreto districim.

E Illud tandem animaduerte, quando prædicatum concretum adiectiue sumptum significat veram productionem, vt propositio sit vera, non satis esse, si ei rei tribuatur, à qua est tamquam à principio quo, quando tale principium non est quid distinctum à re producta. Ratio est, quia inter producus & productum debet esse distinctio realis. Hac ratione, licet Pater intellectu tamquam principio proximo generet Filium, & essentia tamquam principio remoto, quia tamen nec intellectus, nec essentia distinguuntur à Filio per generationem productam, hæc sunt falsæ, essentia generat, intellectus generat: quia licet sint principia, quibus Pater generat, ipsa tamen non generant Filium cum quo sunt idem, sed Pater est, qui eum generat.

Productio vera, vt in concreto verè alicui tribuatur quid sit necesse.

ARTICVLVS III.

Virum sint quinque notiones.

DISPVATIO I.

Conclusio affirmans.



ONCLUSIO est. Tantum sunt quinque notiones. Est communis. Probatur verò, quia notio est ratio cognoscendi vnam personam, vt ab alia, aut aliis distinctam: personae autem diuinae multiplicantur & distinguuntur per originem eius à quo alius, & qui ab alio: ergo innotescunt per modos originis eius, à quo alius, & qui ab alio. Pater autem innotescere non potest per hoc, quòd sit ab alio, sed per hoc quòd non sit ab alio, atque ad eòd ipsius notio est innascibilitas. Per hoc verò, quòd ab eo sit alius, innotescit dupliciter, comparatione quidem Filij, per paternitatem: comparatione verò Spiritus sancti, per spirationem actiuam. Atque ita in Patre sunt tres notiones, innascibilitas, paternitas, & spiratio actiua. Filij verò comparatione Patris innotescit per filiationem, secundum quam passiuè est ab illo: comparatione verò Spiritus sancti, per spirationem actiuam sibi cum Patre communem, secundum quam Spiritus sanctus etiam à Filio procedit. Vnde in Filio sunt duae notiones, filiatio scilicet, & spiratio actiua, quam habet cum Patre communem. Demum Spiritus sanctus non potest cognosci per hoc, quòd alius sit ab eo, sed per hoc, quòd ipse sit à Patre & Filio per processionem seu spirationem passiuam. Vnde in eo vnica tantum est notio. Fit ergo, vt in personis diuinis quinque tantum sint notiones, quibus cognoscuntur abinuicem distingui, videlicet, innascibilitas, paternitas, communis spiratio, filiatio, & processio, seu spiratio passiuam.

Notiones personarum diuinarum qua.

Ex his docet D. Thomas quatuor tantum esse relationes: eò quòd innascibilitas non sit relatio, sed negatio respectus eius, qui ab alio, quae reducit ad genus eius respectus, quem negat. Quatuor item tantum esse proprietates, quippe cum spiratio actiua non sit propria alicui personae, sed communis Patri & Filio. Item tres tantum esse notiones personales, aut proprietates personales, hoc est, constituentes personam in esse personae, reive incommunicabilis. Innascibilitas namque, cum sit negatio, non constituit: communis verò spiratio non reddit quippiam incommunicabile. Licet autem vna & eadem res (vt paternitas verbi gratia,) esse possit notio, relatio, proprietas, notio personalis, aut proprietates personales: dicitur tamen notio, quatenus est ratio cognoscendi personam, vt ab alia, aut ab aliis distinctam: relatio verò, quatenus est ratio referendi vnam personam ad aliam: proprietates, in quantum conuenit vni tantum personae: & notio personalis, aut proprietates personales, vt est notio, aut proprietates constituens personam in esse personae, reive incommunicabilis.

Argumenta aduersus positionem conclusionem. Primum.

Aduersus ea quae dicta sunt, aliquis obiicit. Primum, quia quemadmodum in Patre, quatenus non est ab alio, est vna notio, quae dicitur innascibilitas: ita in Spiritu sancto, quatenus ab eo non est alius, erit alia notio: ergo notiones non sunt tantum quinque.

Secundum.

Secundò, sicut Patri conuenit innascibilitas: ita Patri & Filio conuenit inspirabilitas passiuam: ergo sicut innascibilitas conceditur notio Patris, sic etiam inspirabilitas constitui debet notio communis Patri & Filio.

A Tertiò, generatio actiua, & generatio passiuam, Terrium, itemque spiratio actiua, & spiratio passiuam (sumptae pro processionibus) sunt etiam notiones, eò quòd per eas etiam personae cognoscantur inter se distinguuntur: ergo plures sunt notiones, quam quinque.

B Scotus in 1. d. 28. q. 1. victus secundo argumento proposito fluctuat in concedenda sexta notione. Pro solutione tamen aduertam in primis, innascibilitatem, quae hoc loco notio & proprietates Patris constituitur, significare formaliter negationem, non quidem natiuitatis praesentiae ac proprie sumptae, qualis est qua Filius procedit à Patre: talis namque innascibilitas etiam Spiritui sancto conuenit: sed natiuitatis late pro quacumque processione, ita vt in re proposita innascibilitas idem sit, quòd non processio, & ingenitus idem, quòd non habens esse ab alio quocumque modo, id quòd soli Patri coepit.

C Aduertam secundo, negationes originum, eo ipso quòd negationes sunt, & quòd personis diuinis non sunt intrinsecae, de communi lege ad notiones diuinarum personarum, vt hoc loco bene notat Caietanus, minime pertinere. Quòd autem innascibilitas notio Patris à sanctis Patribus constituta sit, fuit praeter communem legem, propter rationes, quas hoc loco Caietanus reddit. Cum enim esse primum principium in benedictissima Trinitate ad maximam Patris auctoritatem spectet, propter quam ab Hilario 9. de Trinitate, & ab aliis Sanctis maior Filio dicitur, esse Filius, quatenus Deus, minor Patre non sit: & propter quam etiam Filius in Euan-gelio solius est omnia ad Patrem referre, quem imitata Ecclesia, omnes ferè orationes ad Patrem etiam dirigit, voluerunt sancti Patres tradere, non solum notiones principij, & eius qui à principio, quae sola iuxta legem communem dicenda erant notiones personarum diuinarum, sed etiam notionem principij, vt primum est, quae praeter communem legem in notionibus ab eis numeratur. Pater ergo, quatenus principium, innotescit per paternitatem comparatione Filij, & per spirationem actiuam comparatione Spiritus sancti: quatenus verò primum, id est, non de principio, per innascibilitatem cognoscitur. Rationes alias lege si placet, apud Caietanum.

D His ita constitutis, ad primum argumentum neganda est similitudo. Negatio namque de communi lege non est notio personae diuinae: innascibilitas verò peculiari ratione extra communem legem in notionibus est numerata, iuxta modum explicatum. Ad secundum dices inspirabilitatem esse etiam negationem: in ea verò desiderari peculiarem illam rationem, quare praeter communem legem constituatur notio, quae tamen est, quare innascibilitas constituatur.

E Ad tertium dicendum est. Cum vnumquodque per ea, ex quibus constituitur, distinguatur: & quamuis processionibus & relationibus diuinis idem omnino sint in Deo, etiam virtute, solumque inter se ratione concipiente distinguantur, nihilominus accommodatis significantur nominibus abstractis relationum tamquam principia constituentia vnà cum essentia personarum, quam nominibus abstractis professionum: inde esse, quòd relationes potius, quam processionibus constituentur à sanctis Patribus notiones personarum. Vel certe dicendum est, tam processionibus, quam relationibus significatas in abstracto reputari à sanctis patribus pro eodem, vt constituentur notiones: sicque tantum esse quinque notiones virtute, rationeque ratiocinata inter se distinctas. Plures verò esse, si de distinctis ratione etiam ratiocinante sit sermo, processione liquet.

F

Ad 1. ad 1. ad 1.

MOL
D.

cessionis que tanquam distincta quædam à relationibus computantur. Ratio quam hoc loco reddit Torres quare non plures, quam quinque notiones constituantur, videlicet quia non sunt plura abstracta, quam illa quinque, nullius sanè est momenti. Ea namque omnia, quæ argumentis propositis notiones esse continentur. proculdubio abstracta sunt, quibus Patres sapè vtuntur.

DISPUTATIO II.

Num hæc enuntiatio vera sit. paternitas est spiratio.

Opinio D. Thomæ.

DI VVS Thomas hoc loco in responsione ad tertium negat eam esse veram. Has tamen concedit esse veras, paternitas est essentia, intellectus est voluntas, Cui placuerit, quæ Caietanus, Torres, & alij hoc loco docent, vt defendant priorem illam propositionem esse falsam, poterit eam sententiam complecti.

Spiratio vera in sensu formali affirmatur de paternitate, & spiratione.

Cæterùm cum ex Diui Thomæ sententia ac veritate, ipsa paternitas & spiratio actiua, nec re, nec ratione formali distinguantur inter se (etiam secundum esse rationis formalis relationis realis) sed tantum virtute, non video quare hæc in sensu formali non sit concedenda, paternitas est spiratio actiua: sicut hæc duæ in eodem sensu conceduntur, paternitas est essentia, intellectus est voluntas. Neque satisfacit ratio, quam hoc loco reddit Caietanus, videlicet quia paternitas & spiratio actiua differunt differentis relationis, cum vna sit ad Filium, & alia ad Spiritum sanctum, & multiplicantur secundum esse relationis (sunt namque duæ relationes) idcirco hæc esse falsam, paternitas est spiratio: cum tamen illa duæ alia propositiones sint veræ. Hæc, inquam, ratio non satisfacit: neque enim paternitas & spiratio simpliciter differunt formaliter differentis relationis, sed virtute dumtaxat: neque sunt duæ relationes formaliter inter se distinctæ secundum esse relationis realis, sed virtute dumtaxat, vt articulo præcedente ostendimus, alioquin in Patre esset distinctio ex natura rei inter ea, quæ in eo sunt formaliter, quod nulla ratione est concedendum: cum ergo intellectus & voluntas sint etiam duæ rationes formales reales entis absoluti virtute inter se distinctæ, sic planè, vt non sit maior ratio, quare hæc sit falsa, Paternitas est spiratio, quam hæc, intellectus est voluntas.

Quod si in hunc modum argumenteris. Paternitas est respectus ad Filium, & non ad Spiritum sanctum: spiratio verò est respectus ad Spiritum sanctum, & non ad Filium: ergo paternitas non est spiratio: neganda est consequentia: non secus atque hæc alia negatur, intellectus est id, quo Deus intelligit, & non quo vult: voluntas verò est id, quo vult, & non quo intelligit: ergo intellectus non est voluntas in Deo. Sic enim in hac secunda consequentia, quia intellectui conuenit esse principium intelligendi, vt ratione ac virtute distinguitur à voluntate, & voluntati conuenit esse principium volendi, vt similiter distinguitur ab intellectu, conceditur antecedens, & negatur consequentia, quia inferitur absolute non identitas intellectus & voluntas inter se, propterea quod in ea committatur fallacia accidentis: sic quoque cum paternitati conueniat, vt sit respectus ad Filium, vt virtute distinguitur ab spiratione actiua, & spirationi actiua conueniat, vt sit respectus ad Spiritum sanctum, vt virtute distinguitur

A à paternitate, neganda est illa prior consequentia, in qua pari ratione, committitur fallacia accidentis.

Illud tamen hoc loco est animaduertendum, sicut hæc conceditur, intellectus est voluntas, & tamen hæc negatur: attributum intellectus est attributum voluntatis, quia attributum de formali significat ens rationis, quod est aliud in intellectu, & aliud in voluntate: ita hæc esse concedendam, paternitas est spiratio, & hæc esse negandam, notio paternitatis est notio spirationis: quia simili modo vocabulum, notio, de formali significat ens rationis, quod est distinctum in paternitate ab eo, quod fundatur in spiratione actiua, estque in significatis materialibus sufficiens distinctio pro ratione significatorum formalium, vt nomē notio, dicatur pluraliter de paternitate & spiratione actiua, vt etiam de attributis diuinis quæst. 28. art. 2. disputatione 3. dictum est. Atque hoc est, quod probat exemplum Diui Thomæ, hoc loco in responsione ad tertium, vt Scotus quodlib. 5. artic. 2. egregiè notauit, & hæc in re nobiscum consentit, tametsi dissentiat, quatenus credit, inter paternitatem & spirationem actiuam esse distinctionem formalem, & ob id censet hæc, paternitas est spiratio, in sensu formali esse negandam. Quod si Diuus Thomas hoc loco solum intendit hæc esse falsam, notio paternitatis est notio spirationis actiua, hæc verò esse veram, paternitas est spiratio actiua, ab ea, quam sequimur, sententia non discrepat.

Obiectio. Solutio. Notio paternitatis non est notio spirationis actiua, licet paternitas sit spiratio.

ARTICVLVS IV.

Vtrum liceat contrariè opinari de notionibus.

NOTANDVM est, sine periculo hæresis asseuerari posse, quatuor tantum esse notiones, aut esse sex, vel plures. Neque propter eam, qui id asseueraret, excitat Diuus Thomas hæc questionem, sed propter sententiam Præpositiui, possetque eam etiam excitare propter sententiam Durandi, & alias similes. Responderetque, cum notiones non sint de numero eorum, quæ principaliter credenda proponuntur, circa quæ non solet esse ignorantia probabilis, soletque in assertionem contrarij præsumi pertinacia, ad rationem hæresis necessaria, circa notiones esse posse opiniones falsas absque periculo hæresis, dum scilicet aliqui eis opinionibus adherent, non attendentes ex eis aliquid sequi fidei contrarium. Vnde, ait, non esse eos censendos hæreticos, qui circa notiones contrarij aliquid opinati sunt, esto ex opinione alicuius eorum colligeretur aliquid fidei contrarium. Reliqua, quæ hoc loco dici poterant, commodius disputabuntur 2. 2. q. 1. dum de hæresi erit sermo.

QVÆSTIO XXXIII.

De persona patris.

ARTICVLVS I.

Vtrum patri competat esse principium.

DISPUTATIO I.

Differit D. Thomas deinceps de personis in particulari, ac primò de persona Patris.

I res diuinas personas, quatenus Deus sunt, vnicum esse principium rerum creaturarum, est manifestum, docetque Augustinus 5. de Trinitate c. 13. &

14 Neque D. Thomas in hoc art. querit an Patri conveniat ut sit hoc modo principium ad extra, sed utrum conveniat ei ut sit principium ad intra.

Pater est principium filij & spiritus sancti.

Conclusio affirmat, estque de fide. Pater ex Concilio Lugdunensi cap. Fidei, de sum. Trinitate & fide Catholica, lib. 6. Vbi definitur, Patrem & Filium esse unicum principium Spiritus sancti. Idem definitur in Concilio Florentino in literis sanctæ unionis in decreto de processione Spiritus sancti. Probari etiam potest, quoniam, ut ad præcedens Physicorum ex Aristotele 5. Metaph. c. 1. explicauimus: Principium est id unde aliquid est, fit, aut cognoscitur: cui ergo Filius sit ex Patre æterno, iuxta illud Ioan. 15. Cum uenerit paracletus, quem ego mittam uobis à Patre, Spiritum ueritatis qui à Patre procedit, & illud symboli: Qui ex Patre Filioque procedit, consequens est, ut Pater principium sit Filij & Spiritus sancti. Idem docet Augustinus 5. de Trinitate cap. 14.

Principium quid.

Quæstio de principij analogia.

Querit aliquis, utrum principium dictum de Patre æterno comparatione Filij, & de Patre & Filio, in ratione spiratoris comparatione Spiritus sancti, & de Deo, quatenus Deus est, comparatione creaturarum, quarum est principium efficiens, sit uniuocum, an analogum. D. Thomas, Scotus, Durandus, Capreolus & plerique, alij in 1. d. 39. conueniunt, dicentes esse analogum. Ratio est, quoniam relatio principij Dei ad creaturas, est rationis, relationes uero principij, quæ sunt in Patre comparatione Filij, & in Patre & Filio comparatione Spiritus sancti, cum non sint aliud, quam paternitas & spiratio actiua, sunt reales: nihil autem uniuocum potest esse commune enti reali & rationis.

Principium dici principij de patre & filio ut sunt principij ad intra.

Durandus affirmat, principium principalius dici de Deo comparatione creaturarum, quam de Patre comparatione Filij, & de Patre & Filio comparatione Spiritus sancti. Contrarium existimo esse uerum, idemque aperte sentire uideatur D. Thomas art. sequenti ad quartum. Possuntque argumentari aduersus Durandum, quoniam si aliqua esset ratio: quare principalius diceretur de Deo comparatione creaturarum, maximè esset, quia principium magis propriè diceretur comparatione rei essentialiter distinctæ, id tamen est falsum: quandoquidem Pater, ut est principium Filij, siue creati siue increati, principalius dicitur de Patre æterno, a quo, ut habetur ad Ephel. 3. omnis paternitas in celo, & in terra nominatur, quam de patre creato: cum tamen pater creatus producat filium à se distinctum essentialiter. Pater uero æternus minime. Legitò Dionium Thomam in responsione ad quartum citata.

DISPUTATIO II.

Utrum hæc sit uera, Pater est principium totius Deitatis.

Pars affirmans uideatur.

Patrem affirmantem suadent primò, autoritas Augustini 4. de Trinitate cap. 20. hoc loco in argumento, sed contra relata à Dico Thoma, ubi eam expressè affirmat. Gregorius etiam Nazianzenus in quodam sermone de statu Episcopali ait, Patrem esse causam, id est, principium diuinitatis. Secundo, quia Dionysius 2. de diuinis nominibus ante eos dixit, solum Patrem fontem esse celestis diuinitatis. Et paulò inferius subiugit: A diuinis Scripturis accepimus, Patrem esse ut ita dicam fontaneam diuinitatem: lesam autem, & Spiritum sanctum secundam

A diuinitatis si ita fas est loqui, gemmas, seu germina à Deo procedentia, & quasi flores, ac lumina. Quæ auerunt hæc sint, nec dici, nec cogitari potest. Hæc Dionysius. Et de Cœlesti Hierarchia c. 1. Pater, inquit, diuinitatis fons atque principium. Tertio, quia in Concilio Toletano 6. c. 1. habetur: Credimus Patrem ingenitum, fontemque & origine totius diuinitatis. Idem habetur in Concilio Tolet. 11. in processione fidei.

Pars uero, quæ negat, suaderi potest. Primò, quoniam si Pater esset principium Deitatis, Deitas procederet à Patre: quod tamen damnatum est in Concilio Lateranensi cap. Damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica. Secundo, quia si Pater esset principium totius Deitatis, esset principium sui: quandoquidem Pater est aliquid Deitatis, id quod nulla ratione esse potest.

Pars neg. probatur.

Ad hoc dubium dicendum est, propositionem illam non esse admodum propriam, ut argumenta, quæ in partem negantem sunt proposita, satis persuadent: prolatam tamen esse ab Augustino & ab alijs Patribus, & Concilijs in hanc sententiam. Est principium totius Deitatis, id est, Filij, & Spiritus sancti, in quibus est tota Deitas, aut quibus totam communicat Deitatem: uel est principium cæterarum personarum, quæ secum sunt in Deitate. Atque hunc sensum satis exprimit Concilium Toletanum undecimum, dicens: Et Patrem quidem ingenitum profitemur: ipse enim à nullo origine duci, ex quo & Filius natus sit, & Spiritus sanctus processionem accipit: fons ergo, & origo totius diuinitatis ipse est. Hæc Concilium Toletanum undecimum. Iuxta quam expositionem cessant argumenta, quæ in partem negantem proposita sunt.

Pars quæ sit explicata.

DISPUTATIO III.

Utrum concedendum sit, Patrem esse causam Filij & Spiritus sancti.

Quæstio hæc excitatur circa responsonem ad primum D. Thomæ. Pars, quæ affirmat, suaderi potest. Primò, quoniam Damascenus lib. 1. fidei orthodoxæ c. 9. & 11. Gregorius Nazianzenus sermone disp. precedente citato, alijque Doctores Græci, indifferenter appellant Patrem causam & principium Filij atque Spiritus sancti, quod non reprobat Concilium Florentinum in literis sanctæ unionis in decreto de processione Spiritus sancti, ubi hæc habetur: Declarantes quod id, quod sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre per Filium procedere Spiritum sanctum, ad hanc intelligentiam tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse, secundum Græcos quidem, causam: secundum Latinos uero, principium Spiritus sancti, sicut & Patrem.

Afirmans probatur.

Secundo, quoniam Augustinus 7. de Trinitate c. 1. de Patre loquens, ait, Id quod est causa illi ut sit, est causa ut sapiens sit. Et lib. 53. quæstionum q. 15. Quod omnium rerum, inquit, causa est, etiam sua sapientia causa est. Et q. 16. addit: Sempiterna sapientia sua causa est sempiterna. Hieronymus quoque super illud ad Ephelios 3. Ex quo omnis paternitas, sic loquitur de Deo, Sui origo est, suæque causa subiugit.

Pars nihilominus quæ negat, probari potest. Primò, quoniam Pater in nullo genere causæ est causa Filij, aut Pater & Filius Spiritus sancti: ergo neque concedendum est Patrem esse causam Filij, neque Patrem, & Filium esse causam Spiritus sancti. Consequentia est manifesta, antecedens uero probatur, quia in primis non sunt causa in genere

Pars neg. probatur.

nere causae materialis, aut formalis, ut est notissimum: neque finalis, eod quod finis praestantior sit eo, quod est ad finem: inter personas autem divinas vna non sit praestantior altera: neque etiam in genere causae efficientis, quia tunc Filius esset effectus Patris, ac proinde factus, idemque conveniret Spiritui sancto comparatione Patris & Filij, quod tamen est haereticum. De Filio namque in symbolo Missae dicitur, *Deum verum de Deo vero, genitum, non factum*. Et Spiritus sanctus in Symbolo Athanasij dicitur, *A Patre, & Filio, non factus, nec creatus*. Secundum, causa & effectus relatiue dicuntur: cum ergo Filius & Spiritus sanctus non fortiantur rationem effectus, ut proximè ostensum est, fit, ut in nullo genere causae Pater sit causa Filij, aut Pater & Filius Spiritus sancti. Adde, causam sonare quid essentialiter distinctum ab effectu: definitur namque, esse id, ex quo aliud sequitur. Præterea est quid prius natura eo, cuius est causa, ex Aristotele in postpraedicamentis: cum ergo personae divinae, neque distinctae sint inter se essentialiter, neque vna sit prior alia, ut ex symbolo Athanasij constat, fit, ut vna non sit dicenda causa alterius.

Quaestio vera explicatio. Vnam personam causam esse alterius, eum non sit admissum.

Propter has rationes meritò doctores Latini noluerunt concedere, vnam personam esse causam alterius, neque inter Latinos id vquam esse concedendum. Appellat tamen vnam personam principium alterius: eod quod principium latius patet quam causa, ut ex Aristotele 5. Metaph. cap. i. constat, diciturque ordinem eius, à quo est aliquid, siue causalitas ad sit, siue non, quod sanè conuenit vni personae comparatione alterius. Modus verò loquendi Graecorum toleratur à Latinis, quod Graeci latius quam Latini, vocabulum *αἰτία* id est, causa, vsurpent, quando Patrem causam Filij aut Spiritus sancti appellant, nec aliud significare intendant, quam quod Latini, dum Patrem appellant principium Filij, aut Spiritus sancti.

Solutio argumētū parit affir.

Ex his patet, quid dicendum sit ad testimonia, vsūque Graecorum. Ad testimonia verò ex Augustino desumpta dici debet, Augustinum loqui de causa, non quae verè causa sit, sed quae nostro intelligendi more concipitur ut causa. Concipimus namque Deitatem tamquam formam, qua Deus est Deus: hancque eandem propter identitatem cum sapientia appellat Augustinus causam, ut sit sapiens. Apprehendimus etiam Deum tamquam causam efficientem, à qua per essentiam tamquam per principium remorum, & per intellectum tamquam per principium proximum, emanat sua sapientia. Testimonium Hieronymi exponendum est negatiue, quasi dixerit, non habet aliquid, quod ipsius sit origo, aut quod causa sit suae substantiae. Et quidem ex antecedentibus, & sequentibus clarè patet eum esse sensum verborum Hieronymi. Eodemque modo exponi fortè possunt aliqua ex testimoniis Augustini.

DISPUTATIO IV.

Vtrum haec sint concedenda, *Filius est principatus, Pater est autor Filij, Filius est autor Spiritus sancti.*

Responso D. Thomae ad secundum huius quaestiois excitandae occasionem dedit. Et quod ad primam propositionem attinet D. Thomas affirmat eam ab aliquibus Doctoribus Graecis concedi. Non tamen à Doctoribus Latinis, ne detur erroris occasio. Possimus tamen in gratiam Graecorum argumentari. Quoniam principium est relatiuum quoddam: ergo habet correlatiuum: non aliud quam principiatum: ergo si Pater est principium Filij, Filius est principiatum cōparatione Patris.

Dices tamen, si nomen, *principiatum*, solum significet ens à principio, propositionem esse veram: atque in illo sensu cōcedi à Graecis. Quia tamè principiatum videtur sonare quid effectum, habensque principium durationis, ne detur erroris occasio, non concedi à Latinis, meritòque inter absonas propositiones, quae absolute non sunt concedendae, numerari: licet adhibita distinctione concedi possint. Hæc, *Filius habet principium*, propter eandem rationem negatur à Magistro in prima dist. 29. neque est, nisi cum distinctione concedenda, videlicet quod non habet principium durationis, habet tamen principium à quo procedit.

Principiatum quo sensu verè dicatur de Filio & Spiritu sancto. Eà tamè propositione esse absonam.

Quod attinet ad secundam & tertiam propositionem, D. Thomas in 1. dist. 29. q. 1. art. 1. concedit hanc, *Pater est autor Filij*, cum Hilario 4. de Trinit. Negat verò hanc, *Filius est autor Spiritus sancti*, quia inquit, *de ratione autoris est, ut sit principium non de principio*. Hilarius tamen 2. de Trinitate, secundam etiam concedit. Ait namque, à Patre & Filio autoribus confitendus est Spiritus sanctus. Ac sanè videtur omninò concedenda. Etenim pater Peronis dicitur eius autor, cum tamen ipse fuerit ex alio principio. Vnde Augustinus libro 3. contra Maximum cap. 14. *Si propterea, inquit, Deum Patrem Deo Filio dicis autorem, quia ille genuit, genitus est iste, quia iste de illo est, non ille de isto, fateor & concedo. Si autem per nomen autoris, minorem vis facere Filium, Patremque maiorem, nec eiusdem substantia Filium, cuius est Pater, detestabor, & respuam.*

Autor dici potest nō solum Pater Filij, sed etiā Filius Spiritus sancti.

ARTICVLVS II.
Vtrum hoc nomen, *Pater*, sit nomen propriè diuinae personae.

In quaestione proposita nomen, *Pater*, sumitur, non analogicè ac in commune, ut comprehendit Patrem creatum & increatum: sed pro principio significato, quo principium Verbi diuini dicitur Pater. Dicitio verò illa, *propriè*, sumitur, tum ut distinguitur contra appropriatè, quo pacto nomen commune alioqui tribus personis, aliqua de causa vni earum appropriatur, ut sapientia Filio, amor Spiritui sancto: tum etiam ut distinguitur contra translatiuè, & contra nomen commune.

Sensus quaestiois.

Conclusio affirmat, neque vllam continet difficultatem. Nomen enim, *Pater*, in diuinis significat personam Patris, etiam quoad id, quo distinguitur à reliquis personis: quare est proprium nomen primae personae adorandissimae Trinitatis.

Conclusio affirmans.

In responsione ad quartum notat cum D. Thomas Caictanus: cum ad generationem duo necessaria sint, videlicet distinctio geniti à generante: alioquin non esset productum, nec proinde genitum: & similitudo in natura inter vtrumque, eod quod generans intendat red dere sibi similem rem, quam producit: quo sanè (salua distinctione inter generantem & genitum) maior fuerit identitas, ac similitudo in natura inter rem generantem & genitam, eod perfectior erit generatio. Atque inde est, ut generatio vniuoca praestantior sit, quam æquiuoca. Quare cum in generatione Filij in diuinis, cum distinctione personarum, cernatur identitas nume-

Generatio vniuoca m̄ sit praestantior æquiuoca.

rica

rica naturæ generâti & geniti: fit, vt si perfectissima omnium generationum, neque parem habeat, fortiatûrque rationem vniocæ potiùs, quàm æquiuocæ generationis.

ARTICVLVS III.

Virum Pater per prius dicatur in dominis, secundum quod sumitur personaliter.

Pater & dicitur personaliter de sola prima persona, & essentialiter de tribus comparatione creaturarû.

PATER & dicitur de prima persona sanctissimæ Trinitatis comparatione Verbi diuini, quo pacto est nomen personale, & dicitur de Deo quatenus Deus comparatione rerum creaturâ: quo pacto, *Pater noster*, dicitur, tum quod nos produxerit, conseruet, ac gubernet: tum etiam quod per gratiam nos adoptet in filios, hæredesque vitæ æternæ, & per gloriam hæreditate filiorum adoptiuorû nos afficiat. Vocabulû, *Pater*, hoc secundo modo vsurpatum, nomen est essentialiter commune tribus personis: eoque modo sumitur in illis verbis orationis Dominicæ, *Pater noster, qui es in caelis*, &c. ac aliàs sæpe in Scripturis sacris.

Quæst. sensus.

In quæstione proposita, dici per prius, non intelligitur duratione (tamen hoc etiam probent nonnulla ex iis, quæ D. Thomas in hoc articulo docet.) Constat namque paternitatem prius duratione fuisse in prima persona gloriosissimæ Trinitatis comparatione secundæ, quàm in Deo comparatione rerum creaturâ: cum illud fuerit ex æternitate, hoc verò ex tempore. Sensus ergo quæstionis propositæ est, vt rum esse Patrem, dicatur tamquàm de magis proprio significato, principaliori quæ analogato, de prima persona altissimæ Trinitatis, quatenus Pater est Verbi diuini, quàm de Deo, quatenus Pater dicitur rerum creaturâ. Sicut vocabulû, *leo*, magis propriè dicitur de leone, quàm de Christo, qui translaticè leo dicitur per similitudinem ad leonem verum.

Regula penes quâ in dicandû sit quod nomen propriè, & quod translaticè dicatur.

Vt articulus intelligatur, notandum est. Quoduis nomen solum dici propriè de eo, in quo tota ratio significata per nomē inuenitur: impropiè verò, seu translaticè, de iis, in quibus id absolute non inuenies, sed solum secundum quid, per aliquam videlicet similitudinem, attributionem, aut proportionalitatem. Quia ergo ratio patris in eo est posita, vt sit principium generationis eius viuentis, quod cognoscat, à viuente, secundum principium vitæ cōiunctum in ratione similitudinis in eadem natura saltem specifica, vt q. 27. art. 2. explicatum est: fit, vt Pater propriè dicatur de prima persona diuinissimæ Trinitatis, & de patre creato respectu filij creati, sed principalius, & magis propriè de prima persona augustissimæ Trinitatis, à qua est principalior, & magis propria ratio generationis definitæ, iuxta ea, quæ art. 1. disput. 1. & art. 2. dicta sunt. Fit praterea, vt de Deo comparatione rerum creaturâ non dicatur propriè, sed in translaticè significatione, eò quod Deus non producat res creatas eiusdem naturæ specifice secum. Efficitur item, vt quod creaturæ minùs Deo sunt similes, eò minùs propriè Deus, quatenus earum principium, dicatur illarum pater. Ex quibus constat, quamuis Deus in translaticè solum significatione dicatur pater quorumcumque creaturarum, minùs tamen propriè dici patrem earum quæ cognitione carent (quo pacto Iob, 38. *pluuia pater vocatur*) quàm earum, quæ mente præditæ sunt, & ad ipsius imaginem conditæ: & minùs propriè dici patrem harum, qua-

Pater dicitur de Deo comparatione creaturarû non propria significatione, sed translaticè.

tenus eis esse confert, quàm quatenus per iustificationem eas gratia dirat, cuius esse præstantior est similitudo, ac participatio diuinæ naturæ, quàm esse naturæ. Cum verò beati similitudinem maximam inter eas, quarum pura creatura sit capax, cum Deo habeant: eò quod similes ei sint in gloria, eumque videant sicuti est, profectò minùs propriè dicitur Deus infortunus pater in hac vita, quàm beatorum, qui diuino conspectu perfuuntur.

Circa responsonem ad primum animaduertendum est in primis, prioritatem, de qua in eo est sermo, nihil omnino efficere ad prioritatem analogiæ, de qua est sermo in corpore articuli. Notanda deinde est D. Thomæ regula, quam tradit. Nimirum essentialia, id est, communia tribus personis, quæ ratione essentiali eis conueniunt, sunt priora nostro intelligendi more personis ipsis, dummodò eiusmodi essentialia absoluta sint. Ratio est, quia includuntur in personis, & non è contrario. At verò si respectiua sint, quia dicunt ordinem ad creaturas, esse posteriora personis.

Notat autè Caietanus, congruenter ad D. Thomam q. 34. art. 3. ad secundum, hoc intelligendum esse de respectibus, quæ dicunt eos respectus ad creaturas, qui actiones transeuntis consequuntur: cuiusmodi sunt, *Dominus pater creaturarum*, &c. non verò de respectibus quæ dicunt eos respectus, qui consequuntur actiones immanentes: vt de intelligere, quæ Deus in sua essentia intelligit creaturas scientia naturali. Verbum namq; diuinum procedit de notitia, quæ Deus seipsum, & in seipso scientia naturali omnes creaturas comprehendit. Quò fit vt necesse non sit, notitiam Dei naturalem, quæ creaturas cognoscit, respectumve illius ad creaturas ita cognitas, nostro intelligendi more posteriorem esse Verbo diuino. De qua re fufius quæst. sequenti. Neque tamen intelligas Caietanum asserere, omnem respectum Dei ad creaturas, qui actionem Dei immanentem consequitur, esse priorem nostro intelligendi more personis diuinis: illi namque, qui actiones liberas immanentes consequuntur, posteriores nostro intelligendi more sunt, quàm personæ.

ARTICVLVS IV.

Virum esse ingenitum sit Patri proprium.



T æquiuocatio, quæ apud sanctos Patres circa vocabulû, *ingenium*, reperitur origòque illius innotescat, sciendum est: Vocabula, *ingenium*, & innascibile, variis modis vsurpati. Vno modo, vt significant idem, quod ens nulla ratione ab alio, id est, nec per generationem, nec per quamcumque aliam processionem, siue creatam, siue incretam, ita vt non solum non sit res producta, sed nec alicui communicata per processionem, productionemve aliquam. Hoc modo, esse ingenitum, & innascibile, ita est proprium Patri, vt nulli omnino alteri rei, nec quidem diuinæ essentia, conueniat: siquidem ea Filio & Spiritui sancto per generationem ac processionem communicatur.

Origo huius acceptionis, vt Athanasius in disputatione cū Ario Laodicæ habita est autor, ex hæresi Sabeliana (quæ Montanistis, Cataphrygibus, vt q. 27. art. 1. disput. 1. dicebamus, ortum habuit) occasione accepit. Cum enim illi asseuerarent, Patrem de virgine fuisse natû, Ecclesia aduersus eum errorem appropriauit Patri vocabula, *ingenium*, & in

Essentialia absolute dicuntur priora personis.

Quatenus respectus ad creaturas, qui actiones transeuntis consequuntur.

Ingenium & innascibile, ita quod acceptum propriè sit.

& innascibile, secundum acceptionem explicatam, tamquam ei, cui proprium omnino sit, ut nulla ratione ab aliquo alio habeat esse.

Iuxta hanc acceptionem Damasus in suo symbolo fidei, quod tomo 4. operum Hieronymi scriptum est, ait; Spiritum sanctum, non genitum, neque ingenitum non creatum, neque factum, sed à Patre Filioque procedentem. Concilium etiam Toletanum II. in confessione fidei, Spiritus, inquit, sanctus, nec genitus, nec ingenitus creditur. Ne aut si ingenitum dixerimus, duos patres dicamus, aut si genitum, duos filios predicare monstemur. Idem Iustinus martyr in expositione fidei eis verbis: Pater ingenitus est, à quo & Filius generatus est, & profectus Spiritus sanctus. Et paucis interiectis: Hac verba, inquit, ingenitum, genitum & profectum non natura, essentiaque sunt nomina sed modi, & rationes, quibus res (id est, personae) constant. Et infra: Si modum, quo Pater consistit queramus, cum eum à nullo alio ortum videas, ingenitum appellabis. Gregorius Nazianzenus in oratione de modestia in disputationibus observanda: Spiritum sanctum, inquit, cognoscimus substantiam ex Deo habentem, Patri quidem, quod is sit ingenitus, Filio vero, quia genitus sit, cedentem. Eodem modo accipit vocabulum ingenitum Hilarius 4. de Trinitate. Augustinus quoque 15. de Trinitate capite 26. confitetur etiam eodem modo à Doctoribus usurpari in Ecclesia idem vocabulum, dicens: Ideo cum Spiritum sanctum genitum non dicamus, dicere tamen non audemus ingenitum, ne in hoc vel vocabulo, vel duos patres in illa Trinitate, vel duos qui non sint ab alio quospiam suspicetur. Pater enim solus non est ab alio, ideo solus appellatur ingenitus, non quidem in Scripturis, sed in consuetudine disputantium, & de re tanta sermonem, qualem valuerunt, proferebant. Haec Augustinus. Eodem modo usurpasse videtur id vocabulum Ecclesia in antiphona illa ad magnificat in secundis vespers festi gloriosissimae Trinitatis: Te Deum patrem ingenitum, te Filium unigenitum, &c. Concilium Toletanum 6. c. 1. Euaristus epistola 1. decretali ad omnes Episcopos Africanos, Sixtus primus epistol. 1. ad omnes Christi fideles, Chrysost. 3. tomo in homilia de fide in Christo, & plerique alij, dum Patrem ingenitum appellant. Dixi videri sumere: quoniam cum non exprimant id soli Patri convenire, neque quicquam de Spiritu sancto loquantur ingenitum sit, nec ne, non omnino vincunt ea testimonia. Licet etiam Chrysostomus loco citato addat, non esse duos ingenitos, confert solum Patrem cum Filio, dicitque eos non esse duos ingenitos, nihilque de Spiritu sancto eo loco meminit.

Alio modo sumitur vocabulum ingenitum, ut in concreto significat negationem generationis propriae dictae, absque aliquo alio. Quo pacto nemini potest esse dubium, continere, non solum Patri sed etiam Spiritui sancto. Certè Augustinus 5. de Trinitate cap. 6. & 7. & 15. de Trinitate cap. 26. in testimonio citato, satis aperte eam rem docet. In eaque acceptione sumitur à Hieronymo in regulis definitionum contra haereticos: quem locum citat in hoc articulo D. Thomas in responsione ad secundum, & D. Gregorius Nazianzenus in sermone Epiphaniae, dum Spiritum sanctum appellant ingenitum. Ac sanè nisi veritas, nequitiaeque haereticorum obtulistent, haec erat propriissima usurpatione vocabuli, ingenitum. Quia tamen sumpta occasione ab errore Sabellianae haereticis, usus Ecclesiae illud in prima acceptione Patri proprium fecit, neque affirmat, neque concedi sine distinctione debet, Spiritum sanctum esse ingenitum.

Athanasius in epistola de decretis synodi Nice-

anae contra haesim Arianam, ait: Arianos cum à Nicena synodo fuissent damnati, malitiose eos fuisse vocabulo, ingenitum, ut significat idem, quod non factum, nec creatum: mutatisque, fuisse vocabulum ab ethnicis philosophis, qui Deum in ea vocabuli significatione ingenitum esse docebant: docerentque cepisse, solum Deum Patrem esse ingenitum, id est, non factum: Filium autem esse genitum, id est, factum. Quare peruersè solum Patrem ingenitum appellabant iuxta modum loquendi Ecclesiae propter haesim Sabellianam in prima acceptione explicata, & nihilominus in logè alia significatione ingenitum eum appellabant, hoc est, non factum nec creatum, ut inde concluderent, deciperentque imperitos, Filium esse factum & creatum à Patre.

Ibidem ergo Athanasius, & oratione secunda contra Arianos, & in epistola de Synodis Arimini & Seleucia, distinguit duplicem acceptionem vocabuli, ingenitum. Vna (quae hoc loco sit tertia) ut significat idem quod ens non factum, in qua acceptione docet, non solum Patrem, sed etiam Filium esse ingenitum: quia neuter est factus, aut creatus. Alteram, ut sonat idem, quod ens non habens alium sui autorem, seu principium. Quae est prima usurpatione vocabuli, ingenitum, à nobis tradita, patrique propria.

In eadem epistola citat Ignatium martyrem, qui in epistola ad Ephesios, Christum quatenus Deum, appellavit, ingenitum, id est, non factum, & quatenus homo est, genitum, id est, factum. Verba Ignatii quae Athanasius eo loco refert, haec sunt: Unus est medicus, carnalis, & spiritualis, genitus, & ingenitus, in honore Deus. Athanasius, addit, ab Ignatio appellatum, Christum genitum ob carnem, eoque quod Christus caro factus sit: ingenitum vero, hoc est, non factum, quoniam creatura non sit, sed Filius ex Patre. Iuxta versionem tamen Perionij aliter habet verba illa in epistola ad Ephesios, quae est undecima inter epistolas Ignatii longèque diuersam faciunt sententiam.

Eandem distinctionem vocabuli, ingenitum, tradit etiam Damasus lib. 1. fidei orthodoxae c. 9. his verbis: Nolle oportet ingenitum homonymum esse, id est, aequiuocum, & nunc, non factum significare: nunc vero non genitum. Addit in prima acceptione omnes tres personas diuinas esse ingenitas, quia non factas: in secunda vero solum Patrem esse ingenitum. Quod idem sepe eodem & precedente cap. inculcat.

Propter tertiam illam vocis, ingenitum, usurpationem, qua Ariani peruersè utebantur, Basiliius libro 1. aduersus Eunomium ait: Ego autem ingenitum siue innascibile appellacionem, quamvis summo opere cogitationibus nostris congruat (in prima videlicet usurpatione) tamen quoniam nullo loco in Scriptura ipsam inuenio & quoniam primum est elementum blasphemiae istorum (Arianorum videlicet) silentio tradendam merito dixerim. Eadem de causa Ambrosius in libro de Sacramento Domini incarnationis usurpare renuit vocabulum, ingenitum, ut Patri illud tribuat. Iuxta eandem tertiam vocabuli acceptionem Epiphanius 1. aduersus haesim haereticam 76. affirmat, etiam Filium & Spiritum sanctum esse ingenitos. Et iuxta eandem potest exponi illud authoris operis imperfecti homil. 3. in Mat. ubi exponens verba illa, tertia die resurget, loquentem de Patre & Filio ait: Quis est ante dies alius de die, nisi ingenitus Deus de ingenito Deo. Qui locus reprehenditur à Sixto Senensi secundo tomo Bibliothecae lib. 6. annotatione 91. quasi cum doctrina & errore Arij illis verbis consentiat. At certè ex dictis satis est manifestum, logè aliud docuisse Arianos, solum videlicet Patrem esse ingenitum, id est, non factum, Filium vero non esse ingenitum sed genitum, id est, factum à Patre.

Q V Æ

Ingenitum acceptione, quae Spiritui sancto convenit.

Ingenitum acceptione, quae Patri convenit.

Autor operis imperfecti in Mathaeum ab Ariano errore vitulicatur.

QVÆSTIO XXXIIIJ.

De persona Filij.

ARTICVLVS I. & II.

Vtrum Verbum in diuinis sit nomen personale.

DISPVATIO VNICA.

Ac & quæstione sequenti disputat Diuus Thomas de persona Filij. Quæ in eis dici poterant, fusiè dicta sunt quæstione 27. articulo 1. præsertim d. 6. 7. & 8. & 23. disputatione 4. idèd paucis eas absoluam.

Durandi opinio.

Durandus in 7. distinctione h. 7. quæst. 3. vult, sicut sapientia diuina, quæ simpliciter & absolute est quid essentiale tribus personis commune appropriatur Filio, qui dicitur sapientia genita: sic etiam Verbum, simpliciter & absolute esse quid essentiale, ex accommodatione tamen vsus appropriati Filio esse quæ quid personale.

Fundamta. Primum.

Ad id asserendum duobus fundamentis innititur. Primum est, verbum non esse aliud, quam intelligere, ad rationemque verbi necessarium non esse, vt sit quippiam productum. Atque hinc vult, intelligere essentiale, commune tribus personis diuinis, esse verbum essentiale illis commune.

Secundum.

Secundum est, Filium non procedere à Patre per intellectum, sed per naturam secundam, vt quæst. 27. a. 5. disput. 2. retulimus, ac impugnauius. Atque hinc vult, Filium non aliter dici Verbum Patris, quam per quamdam similitudinem & appropriatione vocabuli, verbum. Quatenus videlicet sicut volitio in nobis præsupponit intellectum, sic etiam in diuinis processio Spiritus sancti præsupponit processionem Filij. Quare vult, Filium in diuinis non proprie, sed per appropriationem solum dici Verbum.

Hoc secundum fundamentum Durandi, & quod ex eo inferitur, non solum periculosum in fide, sed etiam erroneum esse ostendimus loco citato. Primum verò fundamentum, & quod ex eo colligit, nempe, intelligere essentiale esse verbum essentiale commune tribus personis, dummodo non negetur Verbum dici etiam propriissime personaliter, ita vt secunda persona gloriosissime Trinitatis secundum suam propriam rationem formalem propriissime fortitur etiam rationem Verbi non est, quod tamquam periculosum in fide damnatur. Quin potius aliquando fuit opinio D. Thomæ, vt ex 1. d. 27. quæst. 2. artic. 2. constat, & quorundam aliorum. Atque id est, quod hoc loco in examen adducimus.

Verbi dici essentialiter sua datur. Primum.

Potest vti de ea opinio suaderi. Primum, quonia patet est ratio de Verbo, & de amore: sed amor dicitur essentialiter de amore, quo Deus, quatenus Deus, diligit se & creaturas, & personaliter de Spiritu sancto: ergo Verbum dicitur etiam essentialiter de intelligere essentiali, quo Deus quatenus Deus intelligit se & creaturas, & personaliter de secunda persona altissime Trinitatis.

Secundum.

Secundum dicere est fortare verbum: sed vnaquæque persona diuina intelligens dicit se & creaturas: quia vt Anselmus Monolog. c. 6. est autor, refertque hoc loco D. Thomas: Dicere summo spiritui nihil est aliud, quam cogitando inuerti, quod commune est tribus personis, subiungitque Anselmus: Sicut Pater est intelligens, & Filius est intelligens, & Spiritus sanctus est intelligens: ita Pater est dicens, Filius est dicens, & Spiritus sanctus est dicens, & similiter quilibet eorum dicitur: ergo vnaquæque trium personarum diuinarum format verbum, ac proinde datur verbum essentiale commune tribus personis diuinis.

Contaria sententia, videlicet in diuinis Verbum, proprie sumptum, non esse quid essentiale, sed personale, est D. Thomæ hoc loco, qui, vt Caietanus ait, processu temporis deposita priori esse est amplexatus. Etenim in primo loco citato, cum aliis asseruit dari etiam verbum essentiale. De veritate verò quæst. 4. a. 2. non sine formidine partis oppositæ, idem quod hoc loco docuit. At verò hoc loco absque vlla ambiguitate hanc sententiam amplexatus est. In eadem est Magister in 1. dist. 27. & ibidem Diuus Bonaventura a. 2. q. 1. Richardus a. 2. q. 2. Scotus q. 2. Gabriel quæst. 3. Capreolus quæst. 2. Henricus quodlibet. 7. quæst. 26. Caietanus hoc loco, Ferrarientis 4. contra gentes cap. 13. & plerique alij. Eadem est aperta sententia Augustini 6. de Trinitate capite 2. vbi ait, Verbum solus Filius accipitur, non simul Pater & Filius tanquam ambo vnum Verbum. Sic enim Verbum, quomodo imago, non autem Pater & Filius simul ambo imago sed Filius solus imago patris, quemadmodum & Filius non enim ambo simul Filius. Et 7. de Trinitate capite 1. Pater, inquit, & Filius simul vna essentia, & vna sapientia: sed non pater & Filius simul ambo vnum Verbum, quia non simul ambo vnum Filius: sicut enim Filius ad Patrem refertur, non ad seipsum dicitur, ita & Verbum ad eum, cuius est Verbum, refertur, cui dicitur Verbum. Eo quippe Filius, quo Verbum, & eo Verbi, quo Filius, quibus multa alia subiungit, vt idèd probet. Item docuerat c. 1. eiusdem libri, docetque aliis sæpe.

Potissima ratio, quæ eadem opinio probari potest, est, quam hoc loco attingit D. Thomas. Nempè quia Verbum non est intelligere, vt quæst. 27. articulo 1. disp. 8. ostendimus, sed est quippiam productum intelligendo tamquam imago rei cognitæ: cum ergo in diuinis solus Filius sit quid intelligendo productum tamquam imago obiecti primarij, nempe substantiæ Patris, vt quæst. 27. art. 1. & 3. ostensum est: fit, vt solus Filius in diuinis sit proprie Verbum, non verò intelligere essentiale. De ratione itaque Verbi est, esse verè productum intelligendo, quod est proprietas Filij complens Filium in esse Filij ac Verbi, vt locis citatis explicauimus. Quod fit, vt nomen verbum, vt de diuinis dicitur, sit nomen personale proprium Filij, quia Filius est, vt D. Thomas secundo articulo huius quæstionis definit.

Ad primum igitur argumentum pro parte oppositæ neganda est maior: nomen namque amor, significat, tum actum voluntatis, quo diligimus, tum etiam terminum eius actus, & propter penuriam notinum, & quia terminus est nobis valde occultus, vt quæstione 27. articulo 3. disputatione 2. explicatum est. At verò nomen, verbum, solum impositum est ad significandum terminum intelligendo productum tamquam imaginem rei intellectæ, & utique intelligendi habet suam peculiare nomen, diciturque intelligere. Atque in de est, vt intelligere in diuinis, proprie solum dicatur essentialiter, Verbum verò personaliter: amor autem & personaliter, & essentialiter dicitur.

Pro solutione secundi notandum est: In Verbo, vt quæst. 7. artic. 1. disput. 6. explicatum est, vt docet D. Thomas artic. 3. sequenti, affirmantque Augustinus lib. 83. quæstionum quæstione 63. & 15. de Trinitate cap. 14. & 11. confessionum cap. 7. & Anselmus monologion 32. & 33. cerni duplicem respectum: Vnum significantis ad significatum, qui est respectus rationis, conuenientique Verbo diuino ratione absoluti, essentialis communis tribus personis, nempe ratione intellectiois essentialis, quam includit. Alterum, dicitur ac prolati ad dicentem qui est respectus realis, constituitque Verbum diuinum vt

Verbi dicitur non solum dicitur personaliter

Ad primum argumentum

Ad finem

Verbi dicitur dicitur esse

vt Verbum & Filius est. Ratione huius secundi respectus habet Verbum diuinum; quod dicitur, id est, proferatur, producat, ac generetur à Patre, sitque Verbum Patris tamquam dicentis & proferentis: huiusmodique respectus est proprietas personalis Verbi ac Filij: ratione verò primi respectus habent omnia, quæ à Patre intelliguntur, vt Verbo diuino, in ea significatione, dicantur, qua id quod Verbo significatur, verbo dici consuevit, ac proinde ratione eiusdem respectus habet Verbum diuinum, vt sit verbum illorum omnium tamquam eorum, quæ ipso dicuntur, & significatur: nec tamen respectus ille est proprietas personalis Verbi diuini.

Ad argumentum in forma dicendum est, dicere, propriè loquendo, esse formare verbum, mediante quo dicitur quicquid verbo significatur ac intelligitur, & hoc conuenit soli Patri. At verò Anselmum lapsisse dicere latè & improprie, prout dicere est idem quod intelligere, vt D. Thomas hoc loco. Scotus in 1. dist. 32. quaest. 2. & alij affirmant: quia enim intellectioe diuina cernitur ille idem respectus à quo Verbum personale habet, vt res in eo representata dicantur, intellectioe diuinæ tribuit, vt sit id, quo dicuntur res in ea representata.

ARTICVLVS III.

An Verbum diuinum procedat ex cognitione essentiae personarum, & creaturarum, an ex cognitione solius essentiae.

DISPUTATIO VNICA.

Y. A. S. T. I. O. simul excitatur circa responsionem ad 3. articuli 1. In ea verò non quarimus, an Verbum diuinum representet essentiam, personas, & creaturas, ac proinde, an ad hæc omnia habeat habitudinem rationis. Cum enim Verbum diuinum includat intelligere essentiale, manifestum est ratione illius representare, ac ad viuum exprimere quicquid per intelligere essentiale à Deo cognoscitur, videlicet, essentiam, personas, & creaturas omnes, non solum quoad illud quod scientia naturali, sed etiam quoad id, quod scientia libera Deus de illis cognoscit. Verumtamen cum pater æternus intelligendo dicat Verbum, & tam dicere quam Verbum supponant intelligere essentiale, vt quaest. 27. art. 3. disp. 4. & alias sæpe ostendimus, quod in quaestione vocamus est, an supponant intelligere essentiam tantum, an etiam intelligere essentiam, personas, & creaturas, ita videlicet, vt nostro intelligendi more prius sit Patrem intelligere non solum essentiam, sed etiam personas & creaturas, quam dicat Verbum: ac proinde quam sit Verbum, an potius, prius sit Verbum, quam cognitio personarum & creaturarum, quasi Verbum solum oriatur per notitiam, qua Pater, precise cognoscit, essentiam, tamquam per aliquid quod dicere & Verbum præsupponant: non verò ex notitia etiam personarum & creaturarum, sed posterius Verbum terminatur ad personas & creaturas, & atque representet, quod quod posterius intellectio ipsa essentialis, quam includit, sortitur rationem cognitionis personarum & creaturarum.

Scotus, vt colligitur ex 2. dist. 1. quaest. 1. artic. 2. ex quodlib. 4. quaest. 14. artic. 2. atque aliis ex locis, existimat Verbum procedere ex notitia solius essentiae diuinæ. Progreitque suaderi hæc sententia. Primò, quoniam sicut Pater intelligendo producit Filium, sic etiam Pater & Filius amando spirant Spiritum

Molina in D. Thom.

A sanctum: sed Spiritus sanctus non procedit ex amore essentiae & creaturarum: ergo filius non procedit ex notitia essentiae & creaturarum. Maior & confuentia patent: minor verò probatur, quia Deus libere amat creaturas: ita Spiritus sanctus procedit naturaliter: ergo non proficiscitur ex amore creaturarum.

Secundò, prius nostro intelligendi more cognoscit Deus suam essentiam tamquam obiectum primarium, quam in ea cognoscat creaturas, quæ pertinent ad obiectum secundarium: sed in illo priori, & per eam notitiam, tamquam omnium perfectissimam, Pater generat Verbum, quod pertinet etiam ad obiectum primarium diuinæ cognitionis: ergo Verbum procedit à Patre per notitiam solius essentiae, non verò creaturarum.

Tertiò, Verbi diuini, ad id de quo gignitur, est relatio realis: sed Verbi diuini ad creaturas non est talis relatio: ergo non gignitur ex notitia creaturarum.

Quartò, notitia diuina creaturarum dicit supra notitiam diuinæ essentiae respectum rationis ad creaturas cognititas: si ergo Verbum procederet de notitia creaturarum, sequeretur aliquem respectum rationis Dei ad creaturas antecessisse Verbum æternum, quod est absurdum.

Quintò, si Verbum procederet ex notitia essentiae, personarum, & creaturarum: cum ipsummet Verbum sit vna è tribus personis, procederet ex seipso, quod est absurdum, Verbum namque, non à se, sed à Patre procedit.

Sextò, prius est essentiam concurrere cum Patre in ratione speciei intelligibilis, quam Patrem intelligendo producere Verbum. Quo posito tamquam notissimo, argumentor in hunc modum. Aut in illo priori essentia habet rationem Verbi: aut non. Si des primum: ergo Verbum iam tunc est: ac proinde est antequam producat, quod contradictionem implicat. Sequeretur præterea, Verbum concurrere ad productionem sui ipsius, quod non minus contradictionem implicat. Si verò des secundum: ergo intellectio & notitia, quæ tunc producitur, non est notitia Verbi, sed solius essentiae: quippe cum notitia esse nequeat tunc nisi eius, quod tunc sit in essentia, quæ concurrat in ratione speciei intelligibilis: Verbum igitur non procedit ex notitia, qua Pater Verbum ipsum cognoscit, sed ex notitia ad solam essentiam terminata.

Contraria sententia est D. Thomæ hoc loco & art. 1. ad tertium, D. Bonauenturæ in 1. d. 17. art. 2. q. 2. Richardi ibidem art. 2. q. 3. Egidij q. 4. Gabrielis, q. 3. Caietani hoc loco, & complurium aliorum. Eandem innuit Alexander Aletensis 1. p. q. 62. art. 4. Eadem videtur Augustini, & Anselmi locis disputatione præcedente in responsione ad secundum citatis. Continetur verò hac conclusione, Verbum procedit de notitia Patris, qua cognoscit suam essentiam, omnes tres personas, & creaturas omnes scientia naturali: non autem scientia libera.

Prior pars probatur, quoniam Verbum procedit ex notitia, qua Pater comprehendit suam essentiam: tum quia in Deo, nulla alia esse potest: tum etiam quia alioqui non esset perfecta: quippe cum sola comprehensua, cognitio perfecta: quippe cum essentia sit: sed ad comprehensionem, essentia requiritur cognitio personarum, quæ in eius secunditate virtute continetur: requiritur etiam cognitio naturalis creaturarum omnium, quæ in ea sunt eminenter, quæque in ea cognoscuntur tamquam in obiecto primario, vt ex dictis q. 12. est manifestum: ergo Verbum procedit de notitia Patris, qua cognoscit, non solum suam essentiam, sed etiam tres personas

Pp

Scotus quaerit.

Scoti opinio existimat...

Secundò.

Tertiò.

Quartò.

Quintò.

Sextò.

D. Thomæ & aliorum sententia contra.

personas, & creaturas omnes scientia naturali. Ita scilicet; vt dicere paternum supponat ex natura rei cognitionem horum omnium obiectorum, eaque cognitio, nostro intelligendi more cum fundamento in re, antecedit Verbum ipsum.

Ferrariensis opinio resistitur.

Reicienda est ergo sententia Ferrariensis 4. contra gentes canon. 13. asserentis, prius, nostro intelligendi modo, cognitionem diuinam terminari ad productionem Verbi diuini, quam per eam cognoscantur, non solum personæ & creaturæ, sed etiam diuina essentia: motus eo fundamento, quod nulla sit ratio constituendi Verbum, nisi vt in eo, tamquam in obiecto cognito, cognoscantur res intelligendæ: & ideo prius per quamcûmq; cognitionem producat Verbum, in quo obiecta cognoscantur, quam cognitio, tamquam ad res cognitæ, terminetur ad obiecta. Fundamentum hoc impugnauimus q. 27. art. 1. disp. 8. estque omnino improbabile, ne ridiculum dicam, asserere in Deo propterea Verbum constitui, vt in eo tamquam in re cognita cognoscantur vterius obiecta cognitionis diuinæ: cum Filius & Spiritus sanctus cognoscant eadem cognitione, & non producant Verbum.

Obiectio.

Obiicit tamen, ad comprehensionem diuinæ essentia necessaria est etiam notitia libera de rebus creatis: ergo si quia Verbum procedit de notitia comprehensionis diuinæ essentia, procedit de notitia, qua naturaliter creaturas cognoscit, etiam procedit de notitia, qua liberè eadem cognoscit.

Solutio. Scientia libera cur necessaria non sit ad comprehensionem diuinæ essentia.

Negandum est tamen antecedens: etenim si Deus ex æternitate statuisset nihil omnino creare, sanè nihil eorum sciuisset futurum, quæ re ipsa scientia libera futura esse cognouit: & tamen comprehenderet suam essentiam: quare scientia libera de rebus creatis necessaria non est ad diuinæ essentia comprehensionem. Cuius rei hæc est ratio, quoniam ea omnia, quæ Deus scit, scireque potuit scientia libera, scit scientia naturali: non quidem quod futura sint, aut non sint absolute, sed ex hypothesi, si ipse hunc vel illum ordinem rerum libera sua voluntate condere velit, vt quæst. 14. art. 13. copiose explicauimus: quare cum, inspecta sua essentia per scientiam naturalem, etiam in esse futuro iuxta illum modum, cognoscat ea omnia, quæ in ipso sunt eminenter, quæque in facultate suæ liberæ voluntatis continentur: sit, vt scientia naturali se suamque voluntatem plenissimè comprehendat, esto nondum in esse absoluto videtur, quid futurum sit per liberam determinationem suæ voluntatis: quemadmodum enim, quod Deus modò per scientiam liberam non sciat futurum id, quod non fore statuit, quodque futurum sciuisset, si constituisset vt foret, non tollit quo minus se & suam voluntatem comprehendat, idque quia scientia naturali scit, qualiter illud foret futurum, si ipse hoc vel illud sua voluntate constituere velleret: ita, quod ante determinationem liberam suæ voluntatis non sciat secundum esse absolute, quæ pertinent ad scientiam liberam, id non tollit, quominus se, suamque voluntatem comprehendat: quandoquidem scientia naturali scit, qualiter ea omnia suæ subiaceant liberæ voluntati, modòque omnes quos ex determinatione suæ voluntatis possunt habere, habebuntque re ipsa, aut non habebunt, ex hypothesi, quod ipse hoc, vel illud liberè velle, quod est se plenissimè comprehendere.

Posterior pars conclusionis probatur. Primum, quoniam naturalia in Deo, nostro intelligendi more, antecedunt ea quæ libera sunt: sed generatio Verbi, Verbumque ipsum in Deo sunt naturalia: ergo actum liberum voluntatis diuinæ, qui terminatur

ad creaturas, antecedunt, atque ad eam etiam scientiam liberam, quam Deus habet de creaturis, quippe quæ consequitur eiusmodi actum, per quem in diuina essentia tamquam in obiecto primario cognoscit Deus ea, quæ de creaturis liberè cognoscit, vt quæst. 14. art. 13. explicatum est. Secundo, prius, nostro intelligendi more cum fundamento in re, est in Deo actus liber suæ voluntatis circa creaturas, quam sit in eo scientia libera, quæ hunc actum consequitur: sed non prius est in Deo actus liber suæ voluntatis circa creaturas, quam sit actus naturalis, quo seipsum diligit, imò posterior: ergo prius est in Deo actus naturalis, quo seipsum diligit, quam sit in eo scientia libera. Tunc ultra. Prius nostro intelligendi more cum fundamento in re procedit Verbum de notitia Patris, quam sit amor in Deo: ergo Filius procedit solum de notitia Patris naturali, non verò de notitia libera. Consequentia est manifesta: quoniam notitia libera est posterior amore, vt ostensum est. Antecedens verò probatur, quoniam, vt sæpe in superioribus inculcatum est, ea ratione est ordo originis inter Filium & Spiritum sanctum, Filiusque vnà cum Patre est principium Spiritus sancti, & non è contrario, quia Filius procedit per intellectum, & Spiritus sanctus per voluntatem: notitia autè intellectus nostro intelligendi more cum fundamento in re, etiam in Deo, antecedit actum voluntatis, eò quod nihil sit volitum, quin præcognitum: quare quia notitia naturalis, qua essentia diuina seipsam intelligit, prior est quam actus naturalis amoris, quo seipsum diligit, inde est quod Filius procedens per intellectum de notitia illa Patris, non solum nostro intelligendi more cum fundamento in re antecedit processionem Spiritus sancti, quæ est per actum amoris, sed etiam in illo priori accipiat à Patre vim spirandi Spiritum sanctum per amorem essentialem, quò se mutuo diligunt. Quò fit, vt prius nostro intelligendi more cum fundamento in re, procedat Verbum de notitia Patris, quam sit amor in Deo, quod erat probandum.

Aduersus hanc posteriorem partem conclusionis obiicit aliquis: Pater æternus per generationem communicat Filio non solum scientiam naturalem, sed etiam liberam: quippe cum nihil sit in Filio, quod non accipiat à Patre per generationem: ergo scientia libera antecessit generationem Filii, atque ad eam Filius non solum processit de scientia naturali, sed etiam de scientia libera.

Ad hoc argumentum, concessio antecedente, neganda est consequentia: neque enim Pater solum communicat Filio per generationem ea, quæ generationem antecedunt, sed etiam ea, quæ in Filio generationem consequuntur. Prius namque est Filium esse genitum à Patre, quam cum vnà cum Patre spiraret Spiritum sanctum: & tamen, quod spiraret Spiritum sanctum, habet à Patre per generationem. Item creare, gubernare, exercereque ceteras functiones ad extra, habet Filius à Patre per generationem: & tamen posteriora sunt generatione. Similiter ergo scientiam liberam habet à Patre: & tamen, tam in Patre, quam in ipso Filio, est posterior generatione. Cum enim Filius essentiam, intellectum, & voluntatem habeat à Patre per generationem, quicquid ratione essentia, intellectus, & voluntatis illi conuenit, sive id nostro intelligendi more antecedit in Deo generationem, siue non, id habet totum à Patre, quatenus per generationem, essentiam, intellectum, ac voluntatem ab eo accipit. Haud secus dicendum est, Spiritum sanctum habere à Patre & Filio per spirationem quæcumque habet, siue ex natura rei antecedat in Deo spirationem, sive illam sequatur.

Ex hac tenus dictis de Verbo, tam hac quam praecedentibus quaestionibus, facile intelligi potest, in quo sensu Pater aeternus dicatur produxisse omnia per Verbum Filium suum unigenitum, iuxta illud Ioan. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil; & iuxta illud ad Hebraeos. i. Per quem facta est saecula. Cum enim Verbum, vi suae productionis, includat scientiam naturalem Dei Patris, quae comparatione rerum creaturarum rationem habet artis: Patetque per scientiam suam producat res creatas: fit, ut per Filium, ratione scientiae, quam ei Pater peculiari quadam ratione vi suae productionis communicat, & secundum quam Filius rationem habet artis comparatione creaturarum, eas producat: non vero ratione proprietatis personalis Filij. Filius vero & Spiritus sanctus per eandem scientiam ac artem, ipsimet communicatam à Patre, producant etiam unà cum Patre res creatas: opera namque omnipotentissimae Trinitatis ad extra sunt indivisa, idemque est principium operandi ad extra omnibus tribus personis diuinis commune.

Ad primum igitur argumentum in oppositum, concessa maiori & minori, neganda est consequentia, si in ea sermo sit de amore libero, quo Deus conferre esse rebus creatis voluit, de quo probatio, quae subiungitur, videtur loqui. Ratio est, quia Pater producit Filium per notitiam comprehensivam suae essentiae, quae esse nequit, nisi sit simul cognitio naturalis omnium creaturarum, quae in essentia continentur eminenter. At verò amor liber creaturarum non est necessarius coniunctus cum amore naturali, quo Pater & Filius diligendo spirant Spiritum sanctum, cum potuerint statuere nulli omnino creaturae conferre esse: quando autem coniunctus est, ut re ipsa ex aeternitate fuit coniunctus liberè Deo constitutentem creare creaturas, prius nostro intelligendi more Pater & Filius se mutuo, essentiamve suam diligendo, spiraverunt Spiritum sanctum, quam amor illi coniungeretur amor liber creaturarum: eò quod naturalia in Deo nostro intelligendi more antecedant eas, quae in Deo libera sunt.

Ad secundum neganda est maior. Cum enim Deus non aliter cognoscat suam essentiam, quam illam comprehendendo, ad quod necessaria est cognitio creaturarum, quae in ea eminenter continentur, non prius cognoscat essentiam, quae ex eò dicitur obiectum primum, quod in ea tamquam in obiecto cognito caetera omnia cognoscat, quam in ea notitia naturali cognoscat omnia, quae pertinent ad obiectum secundarium.

Atque hinc diluatur etiam hanc aliam obiectionem. Si per impossibile Pater in essentia non intueretur creaturas, Verbum diuinum procederet ex notitia solius essentiae, & non etiam creaturarum: ergo non procederit de notitia etiam creaturarum. Concesso namque antecedente, neganda est consequentia. Sicut enim re ipsa contradictionem implicat esse in Patre notitiam essentiae, quin simul in essentia, illa eadem notitia, naturaliter cognoscat creaturas omnes possibiles, eò quod in Patre non alia notitia esse possit, quam comprehensivam essentiae, quae eo ipso necessario est creaturarum omnium in essentia: ita etiam contradictionem implicat, Verbum diuinum procedere à Patre, & non de notitia naturali creaturarum.

Ad tertium dicendum est, maiorem solum esse veram de eo, à quo Verbum gignitur, tamquam ab eo, quod gignit ut quod, qualis est Pater: non verò de eo, à quo gignitur tamquam à principio quo. Verbi namque ad essentiam, aut intellectum Patris, quae

Molina in D. Thom.

sunt principia quibus Pater Verbum gignit, non est relatio realis: & multo minus ad notitiam, per quam gignitur: multoque adhuc minus ad res creatas cognitatas tamquam obiectum secundarium eius notitiae. Etenim licet eatenus concedendum sit, Verbum gigni de notitia, qua Pater creaturas, personaeque diuinas cognoscat, qua tenet dicere Patris, quo producit Verbum, notitiam illam praesupponit, & quodammodo includit: concedendum tamen non est produci de obiectis cognitis perfectam notitiam; atque adeò concedendum non est, produci de creaturis, aut personis cognitis per eam notitiam.

Ad quartum, concessio antecedente, concedenda est quoque consequentia. Neque est aliquod absurdum, respectum rationis ad creaturas, fundatum in operatione immanente, ac naturali Deo, nostro intelligendi more antecedere productionem Verbi diuini, Verbumque ipsum productum.

Ad quintum neganda est conclusio: neque enim haec consequentia valet: Verbum procedit de notitia, qua Pater Verbum ipsum & Spiritum sanctum cognoscat: ergo Verbum procedit de se ipso, aut de Spiritu sancto, ut in responsione ad tertium explicauimus. Maxime quia sicut creaturae non concurrerunt ad notitiam, qua Pater aeternus eas in sua essentia cognoscat: ita neque Verbum & Spiritus sanctus concurrunt ad notitiam: qua Pater utramque personam cognoscat, sed sola essentia diuina ad eam in ratione speciei intelligibilis concurrat, ut responsio ad sextum argumentum explicabit.

Ad sextum igitur argumentum, data positione illa, dandum quoque est secundum eorum, quae petit argumentum, nempe nondum in illo priori intelligi essentiam habere adiunctam rationem Verbi, esse tamen suapte natura foecundam, ut producat Verbum concurrente ipsa cum intellectu Patris in ratione speciei intelligibilis. Quando autem inde inferatur: ergo intellectio & notitia, quae tunc producit, non est notitia Verbi, neganda est consequentia. Sicut enim notitia, quae tunc producit, est notitia essentiae & creaturarum: eò quod, ut per eam cognoscantur creaturae, satis sit, quod virtute & eminenter contineantur in essentia, quae per eam notitiam comprehenditur, esto nec sint formaliter in essentia cognita, nec in essentia concurrente in ratione speciei intelligibilis ad eam notitiam: ita notitia, quae tunc producit, est essentiae & relationum, eò quod relationes virtute, & tamquam in radice, ac primo fundamento, continentur in essentia, neque fieri vlla ratione possit, ut comprehendatur essentia, quin foecunditas, quae in ea est ad relationes & personas, atque adeò, quin relationes ac personae ipsae in ea cognoscantur. Quare, ut producat notitia, quae simul sit essentiae, personarum in essentia, & creaturarum omnium iudem in essentia, satis est, si sola essentia diuina concurrat in ratione speciei intelligibilis ad eam notitiam productionem. Res haec fusius explicata est quaest. 12. art. 8. disput. 4.

Quod si petas, utrum notitia illa, quam Pater tunc habet de Filio & Spiritu sancto, dicenda sit abstractiua, simpliciterve intelligentia, an verò intuitiua, seu visionis? Dicendum est esse visionis: quoniam satis est simul duratione esse rei praesentis, ut praesens est, ut dicatur notitia visionis. Licet ergo notitia illa non habeat, quod sit visionis ex eo capite, quod nostro intelligendi more cum fundamento in re, nõdum Verbum in illo priori intelligatur existere in essentia: habet tamen id ex eo capite, quod simul duratione existit: atque id satis est ut simpliciter notitia illa dicatur visionis Verbi, nõ verò simpliciter intelligentiae.

Quo sensu pater dicatur omnia per verbum produxisse.

Ad primum responsio.

Ad secundum.

Quaedam alia obiectione diluatur.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad sextum. Verbum generatur sola essentia concurrente in ratione speciei intelligibilis ad notitiam omnium personarum.

Verbum generatur de notitia intuitiua trium personarum.

QVÆSTIO XXXV.

De imagine.

ARTICVLVS I & II.

Vtrum imago dicatur personaliter in diuinis, sitque nomen proprium Filij.

DISPVATIO VNICA.

imago quid.

IMAGO proprie loquendo, vt ex August. in lib. de Genesi ad literam, qui dicitur imperfectus, colligitur, est similitudo, seu quippiam simile ad alterius imitationem productum. Vt statua Cæsaris ad imitationem Cæsaris producta. Quare cum in diuinis nihil sit productum, nisi persona Filij & Spiritus sancti, personæque Spiritus sancti vi suæ productionis, quatenus scilicet per voluntatem procedit, non producatur ad imitationem Patris & Filij: Filius vero quia procedit per intellectum producatur ad imitationem substantiæ Patris, quæ in ratione speciei intelligibilis ad Verbi diuini productionem, vt sæpe in superioribus explicatum est: concurret: fit, vt solus Filius in diuinis proprie rationem imaginis sortiatur, atque adeo vt imago in diuinis dicatur personaliter, sitque nomen proprium Filij. Porro Filius, vt cum Augustino docet D. Thomas hoc loco art. 2. estque communis Doctorum sententia, non in relatione similis est Patri, sed in essentia, quatenus habet rationem sapientiæ: quia tamen, vt aliquid similitudo; imagoque alterius dicatur, necesse est, vt sit quippiam ab eo distinctum, productumque ad illius imitationem, vtique quemadmodum à relatione habet Filius, vt sit quid productum, distinctumque à Patre, sic etiam à relatione completiue habet, quod sit imago Patris, esto non in ea, sed in essentia, quatenus rationem habet sapientiæ, sit similis Patri, vt sæpe in superioribus explicatum est. Circa hæc tamen sunt nonnulla animaduertenda. Primum est, Quamuis imago proprie sit similitudo ad alterius imitationem producta, id verò, ad cuius imitationem aliquid producitur, non imago, sed exemplar rei sic productæ dicatur: vnde quia Verbum diuinum non producitur ad imitationem rerum creaturarum, sed è contratio, creata ad imitationem illius producuntur, Verbum diuinum non imago, sed exemplar, id est re rerum creaturarum dicitur: quamuis, inquam, hæc ita sint, aliquando tamen exemplar ad cuius imitationem aliquid producitur, dicitur improprie imago eius, quod ad illius imitationem producitur. In eaque significatione videtur sumi imago, quando Genes. 2. homo dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei. Atque de imagine ita sumpta intelligit illum locum Fulgentius de fide ad Petrum cap. 1. Tametsi D. Thomas hoc loco hæc quoque expositionem innuat eius loci, vt ad denotandum imperfectè in homine imaginem Dei reperiri dictum sit, *ficiamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Quod si in diuinis concedenda sit imago, ad cuius imitationem conditus fuerit homo, tunc imago essentialiter de Deo, improprie tamen dicitur.

Spiritus sanctus an sit dicens imago patris.

Secundum est, nonnullos ex Græcis, vt Basilium 5. contra Eunomium, & Damascenum 1. fidei orthodoxæ cap. 18. concedere Spiritum sanctum esse etiam imaginem. Patris & Filij, vt hoc loco refert D. Thomas. Ex eo autem videntur moti, quod Spiritus sanctus sit quid productum, habeatque om-

nia, in quibus Filius similis est Patri: Filius namque similis est Patri, quoad illius substantiam in essentialibus, nempe in essentia, vt rationem habet sapientiæ: essentialia autè omnia communia, eademque sunt Patri, Filio, & Spiritui sancto: quod fit, vt non minus Spiritus sanctus similis sit Patri & Filio quoad eorum substantiam, quam Filius similis sit Patri. Melius tamen, congruentiusque Scripturis sacris & veritati, Doctores Latini affirmant, solum Filium in diuinis habere proprie rationem imaginis. Ratio est, quia ad rationem imaginis non satis est similitudo inter aliqua duo (duo namque oia similia sunt inter se, & tamen neutrum est imago alterius) sed vterius requiritur, vt producatur ad imitationem eius, cuius dicitur imago: quia ergo Filius vi suæ productionis producitur ad imitationem substantiæ Patris, eò quod producatur per intellectum concurrente essentia diuina in ratione speciei intelligibilis, qui concursus ex natura rei est ad exprimendum quippiam simile concurrenti eo modo: Spiritus sanctus autem non producitur ad imitationem substantiæ Patris & Filij: eò quod producatur per voluntatem, cuius non est imitari principium, aut obiectum talis productionis, sed per accidens est quod eo modo productum sit simile producenti, efficitur, vt solus Filius proprie habeat rationem imaginis in diuinis: eaque de causa Scripturæ sanctæ eam soli Filio attribuant. Ad Colos. 1. *Est imago Dei inuisibilis.* Ad Hebr. 1. *Cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius.* Sapient. 7. *Candor est lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis.* (in quo diuina maiestas seu essentia representatur) & *imago bonitatis illius.* Doctores ergo Græci sumunt imaginem improprie, prout omne, quod simile est alteri, dici improprie potest imago illius, maxime, si ex eo sit productum: nullus autem negare potest tres personas diuinas esse similes inter se. Notauerim tamen, etiam aliquos ex Græcis solum Verbum appellare imaginem, de quorum numero, sunt Athanasius in decretis synodi Nicænæ contra Arianos. Vbi vnus, inquit, *Dei, vna est tantum imago, vni Verbum, vnus Filius.* Didymus 2. lib. de Spiritu sancto. Nazianzenus in Apol. de fuga in Pontum, & Chrysostomus homilia 74. in Ioannem. Tertium est, Durandum in 1. d. 28. q. 3. asserere, imaginem non esse proprie in diuinis: eoque modo, quo in diuinis improprie cernitur, conuenire non tantum Filio, sed etiam Spiritui sancto: per appropriationem verò dici de solo Filio. Sententia hæc singularis est, & parum consona Scripturis sacris. Quamuis autem Durandum eo loco cuidam alteri fundamento innitatur (quod, si placet, apud ipsum lege) hæc tamen sententia videtur habere ortum ex illa alia eiusdem Durandi erronea sententia, qua affirmat, nec Filium procedere à Patre per intellectum, nec Spiritum sanctum à Patre & Filio per voluntatem, quæ supra impugnata est: neque est, quod de hac re verbum aliud adiciamus.

QVÆSTIO XXXVI.

De persona Spiritus sancti.

ARTICVLVS I.

Vtrum nomen, Spiritus sanctus, sit proprium nomen alicuius diuine personæ.

AC & duabus sequentibus questionibus distulit D. Thomas de his, quæ ad personam Spiritus sancti spectant. Quod ad propositam disputationem attinet, Richardus, & Durandum,

Durandus, yterque in 1. d. 10. notant, vocabulum Spiritus, posse dici, tum à spiratione, tum etiam à spiritualitate. Si dicatur à spiratione, quasi spiritus significet idem, quod spiratus, tunc Spiritus sanctus in diuinis est proprium nomen tertiae personae diuinissimae Trinitatis, cui soli conuenit spirari.

Si verò dicatur ab spiritualitate, animaduertendum est, nomen Spiritus, ex primæua sua significatione videri impositum ad significandum halitum tenuem, & agilem, suapte natura in quietum, qualis est ille, qui ventorum materies est propria, qui que secum aërem concitat, & qualis est etiam ille qui ex feruore sanguinis, præsertim exhalat in corde, quem medici vitalem, ac sensitiuum spiritum appellant, quo mediante operationes animales viriūmq; sentitium exercemus. Quia verò spiritus ille fugit aciem oculorum, tenuisque ac subtilis est, inter alias acceptiones nomen Spiritus, eam induit, qua significat substantias materias expertes, quæ etiam videri nequeunt, adeoque, vt ita dixerim, subtiles sunt, ve penetrēt corpora, ac cum eidem, prorsus indiuisis, simul sint in eodem loco.

In hac significatione nomen hoc complexum, Spiritus sanctus, commune quid est omnibus personis diuinis: quamlibet namque earum verè dixeris esse spiritum, iuxta illud Ioan. 4. Spiritus est Deus: similiterque verè addideris, singulas personas esse sanctas. Licet autem ita complexè sumptum tribus personis diuinis sit commune, accommodatōne tamen Scripturæ & Ecclesiæ idem nomen, sumptum incomplexè, & usurpatum est ad significandam solam tertiam personam gloriosissimæ Trinitatis, transiitque in nomen illi proprium, vt constat ex illo 1. Ioan. 5. Tres sunt qui testimonium dant in celo. Pater, Verbum, & Spiritus sanctus, & ex illis verbis Matth. ultimo, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Rationem quare tertie personæ altissimæ Trinitatis fuerit accommodandum nomen duabus aliis personis alioquin commune, reddit D. Thomas. Quoniam, sicut relatio originis, qua constituitur in esse tertie personæ, sic & persona ipsa proprio nomine carebat, eaque de causa nomen aliquod fuit ei accommodandum. Ratio verò cur conueniret nomen, Spiritus sanctus, fuerit ei accommodatum, reddit duplicem. Primam cum August. 17. de Trinit. cap. 11. & lib. 15. cap. 19. prope finem, quoniam sicut Spiritus sanctus procedit à Patre & Filio, sic etiam nomen Spiritus sancti, quod vtrique personæ, à qua proficitur, erat commune, accommodandum fuit personæ procedenti. Secundam verò, quoniam nomen, Spiritus, prima sua significatione halitum impellentem ac mouentem significat: eum autem proprium sit amoris impellere ac mouere volentem in rem amatam, iure optimo prior illa pars nominis, nempe Spiritus, tertie personæ sanctissimæ Trinitatis fuit accommodata, quatenus per voluntatem procedit, estque Patris & Filij amor ab vtroque spiratus. At posteriorem partem nominis, illam videlicet, sanctus, ideò D. Thomas tertie personæ augustissimæ Trinitatis accommodatam esse affirmat: quoniam iis rebus sanctitas conuenit, quæ in Deum ordinantur: amoris autem est omnia in Deum referre. Aliam addit rationem Bartholomæus Torres, videlicet, quod cum sanctitas ad voluntatem, quæ prima virtutum est sedes, pertineat, merito nomen, sancti appropriatur personæ procedenti per voluntatem.

Nomen spiritus sancti est commune sit tribus diuinis personis. Vt accommodatur soli tertie personæ.

Sauili monetur tota personæ peculiariter significum.

Molina in D. Thom.

ARTICVLVS II

Virum Spiritus sanctus procedat à Filio.

DISPVATIO I



ONELVSTO affirmat, estque dogma fidei, vt sequenti disputatione demonstrabimus. Eam probat Diuus Thomas.

Spiritus sanctus procedit à Filio.

Primò, quoniam si Spiritus sanctus non procederet à Filio, ab eo minime distingueretur: consequens autem est hereticum, quippe cum excellentissimam Trinitatem personarum secundum rem distinctarum inter se de medio tollat: ergo Spiritus sanctus procedit à Filio. Sequelam probat, quia personæ non distinguuntur ab inuicem absolutis: absoluta namque in diuinis pertinent ad vnitatem essentiae, quæ communis est tribus personis: nec item relationibus, nisi sine adinuicem relatiue oppositæ. Etenim in Patre duæ sunt relationes, videlicet paternitas, qua ad Filium refertur, & spiratio actiua, qua refertur ad Spiritum sanctum: & tamen quia inter eas non datur oppositio relatiua, non constituunt duas personas, sed ad vnam personam

Patris spectant: quare si in Filio & Spiritu sancto non essent nisi duæ relationes, quibus referrentur ad Patrem, filiatio videlicet, & spiratio passiuua, iam hæ non magis opponerentur, quam illæ, quæ sunt in Patre, & propterea non constituerent duas personas: imò sicut persona Patris est vna tantum habens duas relationes ad Filium & Spiritum sanctum, sic etiam Filius & Spiritus sanctus essent vna tantum persona habens duas relationes ad Patrem, quatenus & Pater est, & spirator. Vt igitur Filius & Spiritus sanctus realiter distinguantur ab inuicem, necesse est in eis esse relationes originis oppositas, eius videlicet, qui ab alio, & à quo alius. Vnde cum Filius non sit à Spiritu sancto, vt omnes concedunt, si Spiritus sanctus non esset à Filio, minime profecto ab eo distingueretur, quæ erat sequela probanda.

Secundò probat eandem conclusionem, quoniam Filius procedit per intellectum, vt Verbum: Spiritus sanctus per voluntatem, vt amor: sed amor procedit à Verbo, eò quod nihil amamus, nisi quod prius mentis notitia apprehendimus: ergo Spiritus sanctus procedit à Filio.

Catetanus notat hoc loco, rationem hanc tamquam rationabilem solum, non verò tamquam necessariam adduci à Diuo Thoma. Dicere namq; quis poterat, vt personalis amor, qui est Spiritus sanctus, à Patre procederet, satis esse si in Patre præcederet essentialis cognitio sui ipsius, neque esse necessarium Verbum: quippe cum cognitione essentiali cognosceret Pater essentiam: eaq; sola sufficeret, vt tum amor essentialis, tum etia personalis à Patre maneret. Nihilominus cum D. Thom. disputet cum Christianis, qui Scripturas recipiunt, proficit utrique Patrem intelligendo dicere, seu producere Verbum, sicut sicut Scripturæ docent Patrem eò didisse omnia per Verbum tamquam per artem ac scientiam suam, quatenus in Verbo includitur intelligere essentialè, quod Pater Filio per generationem communicat: ita concedere debent Patrem per Filium tamquam per suum Verbum, cui ante omnem actum voluntatis intelligere essentialè, & citè attributa cetera communicantur, producere amorem personalem, atque adeò nò solum intelligere essentialè, sed etia Verbum ipsum ad productione Spiritus sancti, tamquam vnum ipsum cum Patre principium, concurrere. Equidem

D. Thom. ratio explicatur.

consonum est valde rationis, vt sicut amor essentialis à notitia essentiali, quam supponit, suo modo procedit, ita amor personalis à Verbo, notitiave Patris personalis, proficitur. Atque hac ratione, vt à nobis explicata est, vritur etiam Scorus ad hoc ipsum probandum in 1. dist. 11. quaest. 1.

Tertio ita argumentatur D. Thomas: Numquam ab vno procedunt multa absque ordine, quem habeant inter sese, nisi quando illa differunt ex parte materiae: quo pacto multi cultelli, qui ex parte materiae differunt, procedunt absque ordine ab eodè fabrico: species autem rerum, quae ex parte forma differunt, ordinem nobilitatis habent adinuicem, quo quaedam sunt perfectiores aliis, in quo diuina sapientia splendet: cum ergo Filius, & Spiritus sanctus procedant à Patre, nec differant ex parte materiae, aliquem ordinem seruabunt inter se: neque potest esse alius, quam originis, quo vnus sit ab alio: quare cum Filius non sit ab Spiritu sancto: fit, vt Spiritus sanctus sit à Filio: Haec solum est suadens quaedam ratio vnà cum reliquis.

DISPUTATIO II.

Num dogma fidei sit, Spiritum sanctum etiam à Filio procedere, vt Latina Ecclesia proficitur.

Vt, estque in hodiernum vsque diem, periculosum dissidium inter multos ex iis, qui ad Graecam Ecclesiam spectant, atque inter Ecclesiam Latinam, num Spiritus sanctus etiam à Filio procedat. Multis ex Graecis contendentibus, Spiritum sanctum, non à Filio, sed à solo Patre procedere: tamen si nec negent, nec negare possint, esse Spiritum Filij, nonnullique eorum doceant, esse à Patre per Filium: imò etiam quidam addant esse, & profuere à Filio, vt D. Thomas hoc loco refert: Latinis verò constanter asseuerantibus, Spiritum sanctum simul procedere à Patre & Filio. Patrem tamen à se habere vt Spiritum sanctum producat, Filium verò à Patre per generationem aeternam, qua, sicut communicat ei essentiam, sic etiam vt sit secum vnum principium Spiritus sancti.

Græcorum quorundam error circa processionem Spiritus sancti.

Suaderi potest. Primò.

Error Græcorum suaderi potest Primò, quia nobis non licet affirmare aliquid de diuinis personis, nisi fuerit in sacris literis expressum: vt enim Dionysius cap. 1. de diuinis Nominibus ait, Omnino audiendum non est quicquam de summa absque diuinitate, aut dicere, aut cogitare, præter ea quae nobis diuinitus scripta diuina enunciarunt: in sacris autem literis non legitur Spiritum sanctum procedere à Filio, à Patre verò procedere legitur Ioan. 16. Spiritum veritatis qui à Patre procedit: ergo Spiritus sanctus non procedit à Filio.

Secundò.

Secundò, quia prætermissa Nicæna Synodo, in qua de processione Spiritus sancti nihil definitum est, in Concilio Constantinopolitano 1. quod est secunda synodus generalis cap. 6. definitum est, Spiritum sanctum procedere à Patre, neque vilo modo significatur, quòd etiam à Filio procedat, vt patet ex verbis Concilij quæ sic habent: *Credimus in Spiritum sanctum Dominum & visificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum, & conglorificandum: cum ergo idem in sequentibus synodis generalibus vsque ad sextam synodum fuerit receptum, & in sexta synodo actione 17. in professione fidei eadem definitio eisdem verbis repetatur, certè mès illorum omnium Patrum ac Conciliorum fuit, Spiritum sanctum à solo Patre procedere. Imò cum in*

prædictis Concilijs sub anathemate præcipitur, vt nulli liceat aliud docere aut prædicare de fide gloriosissimæ Trinitatis, quam in eis definitur, inculant nos Græci, non solum tamquam à fide deuio, dum asserimus Spiritum sanctum etiam à Filio procedere, sed etiam vinculis anathematis alligatos, maxime cum teste Magistro sententiarum in 1. distinctione 11. c. 2. Leo tertius post altare beati Pauli in tabula argentea idem symbolum eisdè verbis Romæ sculptum reliquerit, pro amore (vt ipse ait) & cautela fidei orthodoxæ. Subiungitque hæc verba, *Qui aliud docuerit, vel aliter prædicauerit, anathema sit.*

His tamen non obstantibus, dicendum est: Latinarum sententiam, quam præcipui Græcorum, vt videbimus, etiam affirmarunt, esse dogma fidei, eòque Græcos, qui cõtrarium affirmant, si aliter quam verbis, à nobis dissentiant, errare in fide. Probatur primò, quia, vt inferius videbimus, persona diuina non mittitur propriè, nisi ab ea, à qua est per processionem: cum ergo Filius dicat se missurum Apostolis Spiritum sanctum, vt constat ex illo Ioann. 15. *Cum venerit Paraclitus, quem ego mittam vobis à Patre, & c. & Ioan. 16. Si abiero, mittam eum ad vos, efficitur, vt Spiritus sanctus à Filio procedat.*

Secundò, persona diuina nil accipit, nisi ab ea, à qua procedit: sed Spiritus sanctus accipit à filio: Ioannis enim 16. Christus de Spiritu sancto ait: *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet pater, mea sunt, propter à dixi vobis, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.* Quorum sanè verborum non alius, quam hic est sensus, *Omnia, quae habet Pater, mea sunt, mihi videlicet per generationem aeternam communicata: quare cum Pater vim habeat producendi Spiritum sanctum, eandem quoque ego habeo ab eo acceptam: propter à dixi, quia de meo accipiet, sicut à Patre accipit: Spiritus ergo sanctus non à solo Patre, sed à Filio etiam procedit.* Juxta hanc expolitionem Concilium Florentinum sessione vltima in literis sanctæ vnionis in decreto de processione Spiritus sancti, *Quonia, inquit, omnia, quae Patris sunt, ipse Pater vni genito suo gignendo dedit, præter esse Patrem, hoc ipsum quòd Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre aeternaliter habet, à quo aeternaliter etiam genitus est.*

Hinc possumus hanc tertiam elicere rationem. Spiritus sanctus accipit à Filio, vt ex testimonijs citatis constat: quòd autè accipit est essentia: quæ non est aliud quam ipsemet Spiritus sanctus, aliàs esset in eo cõpositio: ergo Spiritus sanctus procedit à Filio.

Quartò, Spiritus sanctus dicitur Spiritus Patris, quia ab eo procedit, iuxta illud Math. 10. *Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis:* sed Spiritus sanctus dicitur etiam Spiritus Filij, iuxta illud ad Rom. 8. *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est eius,* & ad Galat. 4. *Misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra:* ergo Spiritus sanctus à Filio etiam procedit.

Hinc possumus hanc quintam ducere rationem. In Deo illa persona, quæ est eiusdem nature cum altera, & insuper dicitur esse illius, necesse est vt ab illa procedat, vt de Filio comparatione Patris constat: sed Spiritus sanctus est persona eiusdem nature cum Filio, & in Scripturis dicitur Spiritus Filij, vt ex testimonijs citatis constat: ergo procedit à Filio.

Licet etiam promere hanc sextam. Spiritus sanctus est Spiritus Filij, sicut & Patris: ergo est relationum ad Filium sicut ad patrem: esse namque Spiritum Filij sanè relationem significat ad Filium: neque assignabitur alia, quam originis, quæ ab eo procedat, sicut à Patre: ergo Spiritus sanctus à Filio procedit.

Spiritum sanctum à Filio procedere dogma fidei esse demonstratur.

Septimò

MOL
L
D

Septimò possumus arguèntari, quoniam etiam ipsi Græci cōcedunt, Spiritum sanctum esse de substantia Patris & Filij, ad quod non satis est esse Patri & Filio consubstantialem: alioquin cōcedendum similiter esset, Patrem esse de substantia Filij & Spiritus sancti, quod nullus vnquam concessit, neque salua fide Catholica cōcedere potest: ergo Spiritus sanctus non solum est consubstantialis Patri & Filio, sed etiam ab vtroque procedit, accipitque naturam, eaque ratione dicitur esse de vtriusque substantia: cum ergo non aliter emanet, accipiatque naturam ab vtroque, quàm per processionem: eò quòd in Deo non alia sint emanationes & communicationes naturæ diuinæ, quàm generatio & processio: atque Spiritus sanctus non sit de substantia Patris & Filij per generationem: sit, vt Spiritus sanctus à Patre simul & Filio procedat.

Octauò, Pater generando Filium communicat ei, quicquid nec ei repugnat, nec ordini processionum personarum diuinarum: vt patet, quoniam generatio illa naturalis est, & non libera: sed spiratio actiua, nec Filio repugnat, nec ordini processionum personarum diuinarum, quemadmodum cum eodem ordine pugnetur communicari Spiritui sancto paternitatem, generationemve actiuam, eò quòd Filij procedat per intellectum, at Spiritus sanctus per voluntatem, operatiōque voluntatis ex natura rei præsupponat operationem intellectus: ergo Pater generando Filium communicat ei spirationem actiuam, qua secum, tamquam vnum & idem principium, spirat Spiritum sanctum: Spiritus sanctus ergo simul à Patre & Filio procedit. Vim huius rationis satis apertè docuit Christus illis verbis Ioan. 16. *Omnia quaecumque habet Pater mea sunt, propterea dixi vobis, quia de meo accipiet*, deduxitque Concilium Florentinum, vt in secundo argumento explicatum est.

Vt verò vis eiusdem rationis magis elucescat argumentor nonò. Prius nostro intelligèdi more cum fundamento in re Pater generat Filium, Filiusque est genitus, quàm Pater spirat Spiritum sanctum, vt sepe in superioribus est explicatum, idque propterea quòd ex natura rei, etiam in Deo, actus voluntatis præsupponat actum intellectus, eò quòd nihil sit volitum, quin præcognitum: sed in illo priori, in quo Filius est genitus, antequam Pater diligendo producat Spiritum sanctum, Filius habet communicatam sibi à Patre essentiam & voluntatem fecundam tunc ad productionem Spiritus sancti: ergo fieri nequit, vt Spiritus sanctus procedat à Patre per voluntatem, quin simul procedat à Filio tamquam ab eodem principio cum Patre per illam eandem voluntatem ita fecundam.

Confirmatur, quoniam ideò Pater generando Filium, & spirando Spiritum sanctum communicat illis vim ad creandum, & esseque vnum principium secum comparatione cuiusque effectus ad extra, quoniam generatione & spiratione communicat illis essentiam, intellectum & voluntatem fecundam tunc, & præintellecta ante omnem effectum ad extra: cum ergo simili modo generando Filium communicet illi essentiam, intellectum, & voluntatem fecundam & præintellecta ante productionem Spiritus sancti: sit vt communicet illi vim spiratiuam, esseque vnum principium secum Spiritus sancti. Accedunt etiam in confirmationem huius dogmatis fidei rationes D. Thomæ, quas præcedente disputatione proposuimus, præsertim prima, cuius vim disputatione sequenti expendemus.

Idem fidei dogma definiuit Concilium Ephesi-

num in epistola totius Concilij ad Nestorium, his verbis. *De Spiritu quoque cum dicit: Ille me clarificabit, hoc reuèlissimè sentientes, vnum Christum Dominum & Filium, non velut alterius egentem gloria, confitemur à Spiritu sancto gloriam consecutum, quia eius Spiritus, nec melior, nec superior ipso est. Sed quia humana opera faciens ad demonstrationem suæ deitatis, virtute proprii Spiritus vnebatur: ab ipso glorificari dicitur, quòd virtus sua, vel disciplina qualibet vnumquemque clarificet. Quamuis epim in sua sit substantia Spiritus eius, & intelligatur in persona proprietatis, iuxta id quod Spiritus est, & non Filius, atamen alienus ab illo non est: nam Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est.*

Vnde & ab isto similiter, sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic ipse Spiritus etiam per Sanctorum manus Apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominum clarificauit Iesum Christum, postquam ascendit in celum. Nam creditus est Christus natura Deum existens per suum Spiritum virtutes efficiens, idèque dicebatur meo accipiet, & annuntiabit vobis. Nequaquam vero participatione alterius, idem spiritus sapiens, aut potens dicitur, quia per omnia perfectus est, & nullo prorsus indigens bono. Nam paterna virtutis & sapientia, id est, Filij, Spiritus creditur, & ideò ipsa re, & subsistente

virtute, virtus & sapientia comprobatur. Hactenus Concilium. Cum enim Nestorius Christum hominem distinctum suppositum astrueret à Filio Dei, nec beatam virginem Dei genitricem confiteri vellet, cumque eum errorem etiam inde probare contereret, quòd Christus homo fuerit ab Spiritu sancto clarificatus, vt ipsemet Ioan. 16. prædixerat ea sententia: *Ille me clarificabit, &c.* explicat Concilium, quoniam ratione Christus ab Spiritu sancto sit clarificatus, addens eum ipsum Spiritum esse Spiritum Christi, quatenus Christus est Dei Filius, à quo etiam, inquit, sicut ex Deo Patre procedit.

Quòd autem epistola illa non fuerit solius Cyrilli, sed totius Ephesinæ Synodi, constat in primis ex verbis illis ad initium eiusdem epistolæ: *Religioso & Deo amabili Nestorio Cyrillus, vel quicumque sunt apud Ephesinam Synodum.* Fit autem in ea peculiaris mentio Cyrilli, quoniam auctoritate Cælestini Papæ præsidebat toti Concilio. Constat deinde, quoniam ex sequentibus Conciliis generalibus in Græcia celebratis est manifestum, Patres illius Concilij fidei definitionem aduersus Nestorium confecisse, quæ sanè nulla alia est in ea synodo, quàm ea, quæ in ea epistola continentur. Nam fidei confessionem, quam eius Concilij Patres fecerunt, in qua fusiùs, vt errores Nestorij flagitabant, exponuntur, Nicenæ, Constantinopolitanæque Synodi confessiones: eam, inquam, confessionem vnà cum tredecim anathematismis in epistolæ formam redactis ad eundem Nestorium ablentem, si fortè respiceret, & insaniam deponeret, tamquam ad amicum benignè direxerunt. Accedit præterea, quòd ex iisdem Conciliis, quæ sunt in Græcia cōsecuta, certum est, quæ continet ea epistola, fidei definitiones esse. In Concilio enim Chalcedonensi actione quinta in prima fidei definitione suscipiunt Patres tamquam

fidem orthodoxam ea, quæ in tribus præcedentibus Synodis generalibus definita fuerunt, in Nicænâ scilicet, Constantinopolitanâ & Ephesinâ. Cùmque ad Ephesinam ventum est, adiicitur sequens sententia: *Statuimus etiam sanctam Synodum Ephesi factam, cuius fuerunt auctores, venerabilis memoria Cælestinus Rome urbis, & Cyrillus Alexandrinæ Ecclesiæ Sacerdotes.* In secunda verò fidei definitione additur: *Beatissimi quondam Cyrilli Alexandrinæ Ecclesiæ Sacerdotis synodicas epistolas, tam ad Nestorium, quàm ad*

Concilium Chalcedonense.

caeteros per orientem congruas, & sibi consentientes suscipiunt ad consutationem quidem Nestorianæ amentia, & ad interpretationem eorum, qui religioso zelo salutaris symboli cupiunt introductum. In quinta præterea Synodo actione, anathematismo 13, & 14. fertur anathemate, qui repugnant definitis à sancta Synodo Ephesina & beato Cyrillo, sitque manifesta mentio de contentis in epistola ad Nestorium. In 6. etiam actione 7. in definitione fidei orthodoxæ suscipiuntur epistolæ synodica, quæ à beato Cyrillo scriptæ sunt aduersus impium Nestorium, & ad orientales Episcopos, & denique ea omnia, quæ à quinque præcedentibus Conciliis vniuersalibus definita fuerant. Quod sit, ut dogma de processione Spiritus sancti à Filio, in tertia Synodo generali fuerit definitum, & in tribus sequentibus in Græcia celebratis confirmatum, ac subscriptum.

Concilium Lateranense secundum.

Eandem veritatem statuit Concilium Lateranense secundum sub Innocentio III. cap. *Firmiter*, de summa Trinitate & fide. Catholica eis verbis: Pater à nullo, Filius à Patre, ac Spiritus sanctus pariter ab utroque.

Lugdunense.

Item in Concilio Lugdunensi cap. *Fideli*, de summa Trinitate & fide Catholica, lib. 6. vbi Gregor. X. *Fideli*, inquit, & deuota professione fatemur, quod Spiritus sanctus eternaliter ex Patre & ex Filio, non tamquam ex duobus principis, sed tamquam ex vno principio, non duobus inspirationibus, sed vna inspiratione procedit. Hoc professus est habentis, prædicantis, & docuit sancta Romana Ecclesia mater omnium fidelium, & magistra. Hoc habet orthodoxorum Patrum, atque Doctorum Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis & vera sententia. Sed quia nonnulli propter inrefragabile præmissæ veritatis ignorantiam in errores varios sunt prolapsi. Nos sacro approbante Concilio damnamus & reprobamus omnes, qui negare præsumpserint eternaliter Spiritum sanctum ex Patre & Filio procedere, siue etiam temerario ausu asserere, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio tamquam ex duobus principis, & non tamquam ex vno procedat. Hec Gregorius X. in eo Concilio.

Florentinum.

Accedit Concilium Florentinum, cui Ioannes Palæologus Græcorum Imperator, Patriarcha Constantinopolitanus, & multi alij Episcopi Græcorum interfuerunt, vbi post longam disputationem communi Latinorum & Græcorum consensu sessione vltima in literis sanctæ vniõnis in decreto de processione Spiritus sancti, sequens definitio edita est: Approbante hac sacra Synodo Florentina definitur & suscipiatur: quia Spiritus sanctus à Patre & Filio eternaliter est: & essentiam suam, & suamque esse subsistentiam habet ex Patre simul & Filio, & ex utroque eternaliter tamquam ab vno principio & vna inspiratione procedit. Declarantes quod id, quod sancti Doctores & Patres dicunt, ex Patre ipse Filium procedere Spiritum sanctum, ad hæc intelligendum tendit, ut per hoc significetur, Filium quoque esse secundum Græcos quidem causam, secundum Latinos vero principium subsistentie Spiritus sancti, sicut & Patrem. Et quoniam omnia, quæ Patris sunt ipse Pater vniuerso Filio suo gignendo dedit (præter esse Patrem) hoc ipsum, quod Spiritus sanctus procedit ex Filio, ipse Filius à Patre eternaliter habet, à quo æternaliter etiam genitus est. Hæc Florentina Synodus, in eisdem literis sanctæ vniõnis legere licet rationem, qua Græci & Latini ad concordiam venerunt, cum enim verique explicarunt quod antea dicebant, inuentum est, eos solis verbis dissensisse: cum Græci non se satis explicarent, neq; intelligerent, Latinos, crederentque eos in

ea esse sententia ut dicerent, Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio tamquam à duobus principis, distinctisque spiracionibus: quod nunquam assenserunt, ut patet ex Concilio Lugdunensi, vbi contrarium fuerat definitum.

Diuisus Antoninus tertia parte suarum historiarum tit. 2. cap. 13. §. 11. refert, nullum ferè fructum ex ea concordia fuisse secutum, quod Græci non curauerint eam definitionem populo tradere, quin potius Episcopi & Sacerdotes, qui Concilio præfentes non adfuerunt, in eodem errore suo permanserint, & mortuo Ioanne Palæologo, persequentis Imperatoris creationem, ad statum pristinum errores Græciæ redierunt: vnde perseuerant adhuc Græci ab Ecclesia Romana diuisi non minus, quam ante Concilium Florentinum. Addit D. Antoninus in penam tanti delicti quarto decimo anno sequenti post Concilium Florentinum Constantinopolim videri captam à Turcis, & pauld post totam Græciam.

Eandem veritatem statuit Concilium Toletanum I. in confessione fidei, cum dicit: Spiritum quoque esse Paracletum, qui nec Pater sit ipse nec Filius, sed à Patre Filioque procedens. Fuit verò Concilium hoc confirmatum à Leone I. Cuius autoritas congregauit, firmavitque Concilium Chalcedonense. Idem affirmat Leo I. sermone 2. in Pentecosten. Idem Toletanum III. anathematismo 3. Toletanum IV. §. 1. cap. 1. Toletanum V. cap. 1. Toletanum VIII. in 4. Symbolo fidei, demum Toletanum XI. in professione fidei.

Idem dogma non solum Latini omnes semper constanter asseruerunt, sed etiam, ut ex Concilio Lugdunensi relatum est, præcipui Græci Patres, in quorum numeris in primis referre possumus, quotquot Ephesina & tribus sequentibus Synodis generalibus in Græcia celebratis interfuerunt.

Accedunt alij multi, quorum primus Origenes in illud ad Rom. 8. Si quis Spiritum Christi non habet, & c. hæc promittit sententiam: Quantum vel consequentia loci præsentis intruor, vel illud quod Saluator in Euangelio de Spiritu sancto dicit: Qui à Patre procedit, & de meo accipiet: & huius verbi explanationem in sequentibus verbis iungit, dicens: Pater omnia tua mea sunt, & mea tua sunt: præterea dicit: quod de meo accipiet: cum, inquam, tantam hæc audo vnitatis inter Patrem & Filium aspirationem, Spiritus Dei, & Spiritus Christi vnus, atque idem mihi Spiritus videtur.

Athanasius in symbolo: Spiritus sanctus, inquit, à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Sermone quarto contra Arianos affirmat, Spiritum sanctum accipere à Verbo. In epistola ad Serapionem Episcopum, de Spiritu sancto sic loquitur: A Patre dicitur procedere, quoniam à Verbo Patris descendit, & mittitur, & donatur. Et infra: Spiritus porro à Filio accipit: De meo enim, inquit, accipiet & annuntiabit vobis. Et paucis interiectis: Cum igitur istius modi ordinem & naturam habet Spiritus ad Filium, qualem Filius habet ad Patrem, qui fieri potest, ut qui Spiritum sanctum creaturam dicit, non illud idem necessarid est de Filio sentiat.

Didymus 2. lib. de Spiritu sancto, & refertur de Didymo consecrat. dist. 5. cap. Saluator, dum expendit locum illius Ioann. cap. 16. in hunc modum scribit: Non enim loquitur à semetipso, hoc est, non sine me, & sine meo, & Patris arbitrio, quia inseparabilis à meo, & Patris est voluntate, quia non ex se est, sed ex Patre & meo est hoc enim ipsum, quod subsistit, & quod loquitur, à Patre & meo illi est. Latè deinde in iis, quæ sequuntur, explicat, perinde Spiritum sanctum accipere, habereque

Græci obierunt in Spiritum sanctum

Concilium Toletanum

Qui Cuiusdam fidei dogma fuerint

D. Athanasius

D. Didymus

D. non

haberéque naturam ab utroque, atque Filius accipit, habetque naturam à Patre.

D. Basilii. Subscribit citatis autoribus Basilii lib. 3. contra Eunomium his verbis: *Cur enim necesse est, si dignitate ac ordine tertius est Spiritus, natura quoque ipsum tertium esse. Dignitate namque ipsum secundum à Filio ab ipso esse habeat, ab ipso accipiat, & annunciet nobis, & omnino ab illa causa dependeat, pietatis ratio tradit: natura vero tertius uti, nec à divinis Scripturis docti sumus, nec à dictis possibile est consequenter ratiocinari.* Legito versionem Gregorij Trapezuntij, que habetur tertio tomo Conciliorum post sessionem vltimam Concilij Florentini.

D. Gregorius. Gregorius Nyssenus ad Ablabium, de eo quod non putandum sit tres dici Deos oportere, in eadem est veritate. *Omnis, inquit, actio ad creaturam à Deo perveniens, à Patre proficiscitur, & per Filium progreditur, & in Spiritu sancto perficitur. Quasi scilicet Filius à Patre, à quo eandem naturam divinam accipit, habeat operari, & Spiritus sanctus ab utroque.* Et infra: *Non divinum pro numero hypostaseon sancta Trinitas omnem actionem operatur, sed unus quidem bene voluntatis motus, una dispositio est, que à Patre, per Filium ad Spiritum sanctum usque deducitur atque dirigitur.* Et paulò inferius: *Cum Deus Græcè θεός τὸ θεῶν, id est, ab spectando, providendoque dictus sit, specularicem virtutem, per unigenitum Pater operatur, Filio autem omnem virtutem in Spiritu sancto perficitur.* Itaque vult Gregorius, quia in Patre, Filio, & Spiritu sancto eadem est natura, & vis providendi, ac influendi in res creatas, à Patre, tamquam à fonte, Filio communicata, & per Filium in Spiritum sanctum derivata, tres personas divinas non esse tres Deos, sed unum tantum, ab eadem numero Deitate, vtique inspicendi ac providendi à Græcis eo nomine appellatum.

D. Epiphani. Adde Epiphanium 3. lib. aduersus hæreses, hæresi 76. in confutatione capit. 35. libelli Actij: *Vbi Spiritus sanctus, ait, semper est ex Patre procedens, & de Filio accipiens.* Et in Anchorato, *Spiritus sanctus ab utrisque Patre & Filio Spiritus ex Spiritu.* Et paulò inferius: *Spiritus sanctus Spiritus veritatis est lux tercia à Patre & Filio.* Et *Spiritus sanctus, qui verè glorificatur, qui docet testimonia, qui testificatur de Filio, qui ex Patre & Filio solus dux est veritatis.* Item; itaque Pater semper erat, & Filius ex Patre, & Spiritus ex Patre & Filio spirat, id est, spiratione producit. Accedit Chryostomus homilia secunda in symbolum Apostolorum. Quo loco, *Spiritus sanctum, inquit, dicimus Patri & Filio esse coequaltem, & procedentem de Patre & Filio.*

D. Cyrillus. Cyrillus lib. 10. in Ioannem, cap. 33. hanc veritatem egregiè declarat ea sententia: *Cum Spiritum veritatis, id est, suum (ipse enim veritas est) paracletum appellauerit, ex Patre ipsum procedere ait. Nam sicut Filius Spiritus est naturaliter in ipso manens, & per ipsum procedens: sic certè Patris quoque Spiritus est.* Et infra: *Credere debemus, quoniam Spiritus sic proprius Filius est, sicut sanè ipsius quoque Dei Patris: idcirco ad sanctificationem suorum discipulorum ab eo mittit. Adem satis dilucidè docet sexto Dialogorum de Trinitate paulò post initium, deducens id ex illis verbis Ioannis 16. De meo accipiet, & annuntiabit vobis: & aliàs saepe.*

D. Maximus. Idem docet beatus Maximus, cuius testimonia aliorumque Patrum inuenies in oratione Bessarionis, cap. 5. & 6. scripta autem ea est ad finem Concilij Florentini.

D. Damascenus. Si quis nobis obiiciat Damascenum 1. lib. fidei Orthodoxæ ad finem capit. 11. *Vbi Spiritum, inquit,*

A *sanctum & ex Patre & Spiritum Patris nominamus, ex Filio autem Spiritum sanctum non dicimus. Quibus verbis videtur apertè docere, Spiritum sanctum ex Patre procedere, non verò ex Filio. Respondemus, Damascenum se verbis quæ continuò sequuntur exponere: neque ea in re à reliquis Patribus dissentire. Subiungit namque, sed Spiritum Filij nominamus (si quis enim Spiritum Christi non habet, diuinus inquit Apostolus, non est eius) & per Filium apparuisse, & nobis traditum consistemur. Insufflauit enim & dixit discipulis suis; Accipite Spiritum sanctum. Quomodo autem ex sole radius & splendor (ipse enim fons est, & radius & splendoris) atque per radium nobis splendor tribuitur: & ipse est, qui illuminat eos, & participatur à nobis. Porro Filium, neque Spiritum esse dicimus; neque etiam ex Spiritu. Hactenus Damascenus.*

Ex quibus verbis constat, eam esse Damasceni mentem, vt dicat, Spiritum sanctum esse Spiritum Filij: cum tamen è contrario (vt rectè subiungit) nec dicamus Filium esse Spiritum sancti, nec esse ex Spiritu sancto, eo quod Filius nihil prorsus accipiat ab Spiritu sancto: accipiat autem Spiritus sanctus à Filio. Patet etiam Damascenum ostendere ac velle, vt Spiritus sanctus per Filium à Patre procedat, sicut splendor proficiscitur à sole per radium. Vnde addit, *Spiritum sanctum per Filium apparuisse & nobis esse traditum, tamquam eum, qui à Filio, vt splendor à radio, emanavit: idèoque Christum Ioan. 20. insufflasse quasi qui ex se emitteret, produceret, darètque Spiritum sanctum, dixissetque discipulis, Accipite Spiritum sanctum.* Vt ergo Bessarion cap. 7. sua orationis rectè notauit, ea ratione dumtaxat Damascenus, & nonnulli alij ex Græcis affirmant Spiritum sanctum procedere ex Patre per Filium, non secus ac splendor procedit à sole per radium: reuult verò concedere ex Filio: quoniam apud eos dictio, *ex*, denotat emanationem ab aliquo tamquam à prima origine & fonte, quo pacto, Spiritus sanctus à solo Patre procedit: quoniam is solus à se, & non ab alio habet vim, qua spirat Spiritum sanctum. Verùm quia Filius spirandi vim, sicut & reliqua, accipit à Patre per generationem æternam, haud secus quam radius à sole accipit vim fundendi splendoris, idcirco licet Spiritus sanctus proficiscatur à Filio, sitque eius Spiritus, quin etiam ab eo deur & mittatur: reuult tamen aliqui Græci Patres concedere hanc propositionem, *Spiritus sanctus procedit ex Filio, licet concedant hanc aliam, Spiritus sanctus procedit à Patre per Filium tamquam per suppositum & causam intermediam inter Patrem & Spiritum sanctum, eo modo quo radius media causa est inter solem & splendorem.* Atque id dicunt denotare dictionem, *per*. Vnde sicut, quia radius principium est intermedium à quo emanat splendor, concedimus splendorem esse radij splendorem, non verò radium esse radium splendoris: ita vult Damascenus vt dicamus, Spiritum sanctum, esse Spiritum Filij, non verò Filium esse Spiritum sancti, aut de Spiritu sancto.

D *Ex hactenus dictis facile erit intelligere, eos Græcos, qui à Latina Ecclesia dissentire videntur, solis verbis differre: facillimamque esse inter vtramque Ecclesiam concordiam. Longè tamen melius accommodatiùsque ad rem, de qua agitur, loqui Latinos, eòsque Græcos, qui cum Latinis conueniunt.*

F Primum & secundum ex eo patent, quia neutri negant, Spiritum sanctum accipere vitam essentiam ac esse subsistens, procederetque à filio tamquam à supposito intermedio inter Spiritum sanctum & Patrem.

Cur Patres Græci Spiritum sanctum procedere per Filium non ex Filio scribant.

Patrem. Neutri item negant Patrem, non ab alio, sed à seipso habere, quòd Spiritum sanctum producat, Filium verò id ipsum, sicut etiam cætera, à Patre accipere. Vtrique etiam affirmant, Patrem & Filium non esse plura principia, sed vnum tantum Spiritus sancti, nec spirare Spiritum sanctum distinctis, sed vna tantum spiratione: licet Pater id habeat à se, & Filius à Patre iuxta dicta superius. Non secus atque Pater, Filius & Spiritus sanctus non sunt plura, sed vnum tantum principium creaturarum, vna & eadem prorsus actione attingens res creatas, licet Pater id habeat à se, Filius à Patre, Spiritus sanctus ab vtroque, seu (quod idem est) à Patre per Filium. Solum ergo differunt Græci quidam à Latinis in eo, quòd Græci nolunt spirationem Spiritus sancti vocare processionem ex Filio, sed ex Patre per Filium: Latini verò vocant eam spirationem processionem ex Filio, quæ sanè quæstio est de solo modo loquendi.

Modum verò loquendi Latinorum esse saniorum, & magis conformem rei, de qua loquimur (quòd erat tertium, quòd superius colligebamus) probatur. Primum, quoniam nemo est qui dubitet, quin concedendum sit res creatas procedere per creationem ex Patre, Filio, & Spiritu sancto, vnico & eodem influxu creationis, quandoquidem essentia diuina, intellectus, & voluntas, quæ in Deo sunt principia creationis, ex æquo sunt in tota gloriosissima Trinitate, esto quemadmodum Pater à se habet essentiam, intellectum, & voluntatem, Filius verò à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque, aut à Patre per Filium, sic etiam Pater à se habeat quòd creet, Filius à Patre, & Spiritus sanctus ab vtroque, aut à Patre per Filium, & eaque ratione Gregorius Nyssenus, vt supra relatum est, asserat actionem omnem Dei in creaturas derivari à Patre per Filium, & Spiritum sanctum. Cùm ergo simili modo Pater per Filium spirat Spiritum sanctum, quatenus ei per generationem æternam communicat essentiam, intellectum, & voluntatem, quibus Pater & Filius, vt vnicum principium, vnicæque spiratione, producant Spiritum sanctum, cum discrimine sæpe repetito, planè simpliciter concedi debet, Spiritum sanctum procedere simul ex Patre & Filio tamquam ex vnico principio.

Secundò Damascenus perinde concedit Spiritum sanctum emanare à Patre per Filium, quo splendor per radium emanat à sole, eaque ratione cum Scripturis sanctis affirmat, Spiritum sanctum esse spiritum Filij & non è contrario, Filium esse Spiritum sancti, Spiritum sanctumque accipere à Filio, & dari, ac mitti ab eodem, & non è contrario: sed rectè concedimus splendorem esse, procederèque ex radio tamquam ex immediato, instrumentalique principio, esto, tamquam ex causa principali & prima sit, procedatque ex sole: ergo concedendum etiam est, Spiritum sanctum esse, procederèque ex Filio.

Confirmatur hæc ratio, quoniam est hoc maximum, maximèque aduertendum discrimen inter emanationem, qua splendor emanat à sole per radium, & emanationem, qua Spiritus sanctus à Patre per Filium procedit, quòd splendor pars est lucis distincta à radio, nec immediatè à sole, sed de radio, tamquam ab instrumento solis, proficiscitur, licet per eandem actionem, per quam proximè à radio efficitur, emanet remotè à sole tamquam à causa principali, & prima in eo ordine causarum particularium. At verò Spiritus sanctus non emanat immediatè à Filio, & mediatè à Patre, sed im-

Spiritus sanctus longe aliter emanat à Patre per Filium quam splendor à sole per radium.

mediatè ab vtroque, non tamquam à duobus, sed tamquam ab vno sui principio, à quo eadem numero spiratione immediatè spiratur, & producit. Vt enim paulò ante de tota augustissima Trinitate, comparata cum productione rerum creaturarum, dicebamus omnes tres personas esse vnum tantum, immediatèque earum principium: eò quòd creaturæ omnes ab eis per essentiam, intellectum, & voluntatem, in quibus sunt vnum, immediatè proficiscuntur, iuxta dicta superius, nec ordo processio- num hanc immediationem impedit: ita quoque in re propòsita censendum est, Spiritum sanctum non ita spirari à Patre per Filium, quasi à Filio spiretur immediatè, & à Patre mediatè, sed quia vbi Pater per intellectum generauit Filium, eique communicauit essentiam, intellectum, & voluntatem, atque ad eò omnia, vt ait Damascenus cap. 9. præter inaccessibilitatem, hoc est, esse Patrem, principiumque non de principio, Pater & Filius per voluntatem iam communem spirant Spiritum sanctum vterque immediatè, vnicæque spiratione, atque ad eò licet in ratione Patris & Filij sint plura supposita inter se distincta, in ratione tamen spiratoris, sunt vnum tantum principium, vnicumque indiuiduum Patri & Filio commune: sicut tres personæ diuine, in ratione Dei, sunt vnus numerò Deus, Pater, Filius, & Spiritus sancto communis. Itaque non in eo sensu existimandum est Spiritum sanctum esse à Patre per Filium, quasi immediatè sit à Filio, & mediatè à Patre, & quasi principaliter sit à Patre, & minùs principaliter à Filio: aut quasi per aliam virtutem, partemque virtutis, sit à Patre, & per aliam, & denique quasi Filius instrumentum sit Patris in productione Spiritus sancti, quæ omnia cernuntur in productione qua sol per radium producit splendorem: sed solum in eo sensu, quòd Filius à Patre habeat spirare Spiritum sanctum, Pater verò à se, atque tamen vterque immediatè, eadem vi ac virtute, eademque spiratione, & æquè principaliter. Vnde colligo id, quòd probandum acceperam, meliorem scilicet esse modum loquendi Latinorum & eorum Græcorum, qui Latinos secuti dicunt Spiritum sanctum procedere simul ex Patre & Filio, quàm eorum, qui asserunt procedere à Patre per Filium: libenterque, vel Damascenum, vel quemcumque alium, qui concedere renueret Spiritum sanctum esse, procederèque ex Filio, & nihilominus concederet Spiritum sanctum accipere à Filio, dari, & mitti ab eodem, emanarèque à Patre per Filium, quemadmodum splendor per radium emanat à sole, interrogarem: Num sicut est influxus radij in splendorem, ita sit influxus Filij in Spiritum sanctum per virtutem acceptam à Patre? Quòd si negent esse influxum Filij in Spiritum sanctum, in primis malè asserunt eodem modo Spiritum sanctum procedere à Patre per Filium, quo splendor procedit à sole per radium. Deinde malè concedunt Spiritum sanctum accipere à Filio, mittique, & dari ab eo, esseque spiritum Filij ea ratione, & non è contrario. Si verò concedant esse influxum Filij in Spiritum sanctum, vt re vera concedendum est, tunc petam, num influxus ille sit per diuersam vim ab ea, qua Pater influit, & producit tertiam personam, vel per eandem prorsus communem Patri cum Filio, eique à Patre per generationem communicatam? Non dabunt primum, quoniam neque asserere possunt esse quid absolutum, eò quòd absoluta omnia communia eademque sint in Patre & Filio: neque respectuum, quoniam in Filio nihil est respectiui, quòd non sit in Patre, præter filiationem: asserere autem

autem nequeunt filiationem esse principium in Filio producendi Spiritum sanctum: maxime cum filiatione sit producti passivè à Patre, seu esse Filium à Patre per intellectum. Dent ergo primum necesse est, esse scilicet per eandem profus vim, atque adeo Patrem & Filium eodem profus influxu, spirationeque activa producere immediatè Spiritum sanctum, & ideo Spiritum sanctum aequè immediatè, ac simul procedere ex Patre & Filio tamquam ex eodem omnino principio, tamen si Pater ex se habeat, ut sit tale principium, Filius verò à Patre per generationem id acceperit.

Sunt qui contendant, Damascenum asseruisse, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, citantque ex historia Balaam, & Isaphar hæc verba Damasceni: *Primum scias Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedentem.* Verum tamen in editione Parisiensis anni 1577, non habentur verba illa, Filioque, sed solum reliqua. Nec dubito eam, quæ à nobis relata expositaque est, fuisse sententiam Damasceni, quam satis dilucidè tradit cap. 1. lib. 1. de fide Orthodoxa.

Alij antiqui Patres Græci, de quorum numero sunt Iustinus Martyr in expositione fidei, & Gregorius Nazianzenus in oratione quam edidit in laudem Heronis Philosophi, affirmant quidem Spiritum sanctum procedere à Patre. Verum tamen licet non addat procedere etiam à Filio, neque etiam id negant.

Theophylactus est qui, dum exponit cap. 3. Joannis prope finem, apertè ab Ecclesia Latina dissentit. Idemque error apud multos Græcos post eam tempestatem videtur inoleuisse. Verba Theophylacti hæc sunt: *Non in tempestivum fuerit hoc loco dicere, quo modo habeat Filius Spiritum, & quo modo dicatur Spiritus Filij. Dicit enim & Apostolus, Spiritum Filij sui misit in corda nostra. Et iterum: Si autem quis Spiritum Christi non habuerit, hic non est eius. Sanè Latini malè hæc exponentes, & minus rectè intelligentes, dicunt, quod Spiritus etiam ex Filio procedat. Nos autem hoc quidem primum dicimus ad eos, quod aliud sit esse ex quopiam, & aliud esse cuiusdam. Præ Spiritus est quidem Spiritus Filij absque dubio, & ab omni Scriptura approbatur: ceterum esse ex Filio, nulla Scriptura restatur, ut ne duo principia Spiritus introducamus, Patrem & Filium. Et infra: *Habet autem Spiritum Filius substantialiter, vi consubstantialis sibi, non à quo operationem recipiat, sicut Propheta. Dicitur autem Spiritus Filij secundum quod veritas est Filius, & veritas, & sapientia, Spiritus autem sanctus, & veritas, & fortitudinis, & sapientie Spiritus ab Isaia describitur. Et aliter: Quia per Filium hominibus datur, propterea Filij dicitur. Crede igitur in Spiritum à Patre quidem proficisci, per Filium autem dari creaturæ, atque hic tibi sit canon orthodoxæ doctrinæ.* Hæc Theophylactus. At certè satis imbecilliter, neque enim omnes Scripturas exponit, quæ apertè docent Spiritum sanctum à Filio accipere, & emanare, ut præcipui etiam Græcorum consentunt. Satisque debili innititur fundamento, nempe quia sequeretur dari duo principia Spiritus sancti. Neque soluit firmissimas alias rationes & fundamenta, quibus demonstratum est Spiritum sanctum ab utroque procedere.*

Ad primum igitur argumentum pro errore Græcorum dicendum est. Licet in sacris literis sub illis verbis non sit expressum, Spiritum sanctum procedere ex Filio, esse tamen expressum sub alijs, ex quibus id evidenter colligitur, ut ostendimus. Non solum autem licitum est affirmare, quod formaliter sub certis quibusdam terminis in Scriptura sacra de re-

bus divinis continetur, sed etiam quod ex ea evidenter colligitur. Imò ad etiam licet affirmare, quod Scriptura sacra plus innunt, quam oppositum, in idque tamquam in verisimilius, probabilius, literisque sacris consonantius propendere: accedente verò definitione Ecclesiæ, quæ Spiritu sancto ducitur, & cuius est ambigua definire, ac interpretari, id tamquam omnino certum, firmaque fide tenendum amplecti debemus. Spiritum sanctum procedere simul ex Patre & Filio apertè colligitur ex Scripturis sacris, sapèque ab universali Ecclesia, ut ostendimus, est definitum. Dionysius autem solum vult, non esse audendum alia affirmare de rebus divinis, & quæ supra caput sunt nostrum, quam quæ Scripturæ, vel in ipsismet rebus formaliter, vel in alijs, vnde illa certè, aut saltè probabiliter deducantur, enunciarent, quasi nihil tale confingendum, asserendumque sit ex nostro capite, sine fundamento in Scripturis, aut traditione Ecclesiæ.

Ad secundum dicendum est, iam nos ostendisse, statim post secundam Synodum, in qua definitum est Spiritum procedere à Patre, in tertia definitum fuisse procedere etiam à Filio, idemque receptum esse in synodis sequentibus. Licet autem secunda synodus statuerit Spiritum sanctum procedere à Patre, non tamen definiuit procedere à solo Patre, aut non procedere à Filio. Vnde ex ea definitione nihil colligitur contra nos. Porro ea synodus non decrevit Spiritum sanctum procedere etiam à Filio, in primis quia nondum surrexerat controuersia, errorque asserentium Spiritum sanctum non procedere à Filio, neque vlla erat oblata occasio id tunc definiendi. Statim verò ac temporibus tertiæ synodi occasio fuit oblata (cum Nestorius assereret Spiritum sanctum maiorem, dignioremque esse Christo, idque confirmaret, quoniam ut habetur Ioan. 16. Spiritus sanctus Christum clarificauit) id definitum fuit. Deinde quia in Constantinopolitana, & Nicena synodis controuersia erat cum Ariani asserentibus Filium immediatè procedere à solo Patre, & Spiritum sanctum à solo Filio, & tam Filium quam Spiritum sanctum esse creaturas: aduersus illos autem solum erat opus definire, Spiritum sanctum procedere immediatè à Patre, quod in Constantinopolitana Synodo Patres præstiterunt. Accedit, quod cum in Scriptura non haberetur, Spiritum sanctum procedere à Filio sub his ipsis verbis, haberetur verò procedere à Patre sub his, Spiritum venientis qui à Patre procedit, non erat eo tempore hæc res aded examinata ac perspicua in Ecclesia, quin à multis in dubium controuersiamque vocari posset: quare sicut ambigendū non est, multos ex Patribus illius tempestatis ex Scripturis cognouisse, asseruisseque Spiritum sanctum procedere ab utroque, de quorum numero fuerit Athanasius, Didymus, & plerique alij, sic etiam dubitandum non est, multos hæsisse, neque tamquam rem certam id habuisse, de quorum numero fuit Origenes, qui licet loco supra citato, tamquam cōsentaneum valde Scripturis sacris dixerit, quod ex ipso supra retulimus: ibidem tamè subiunxit quamdam aliam expositionem, quasi, quod prius de processione Spiritus sancti ex Filio dixerat, non esset sibi omnino certum. Multi ergo ex Patribus illius temporis, ut Iustinus, Gregorius Nazianzenus, & alij asseruerunt quidem id, quod sibi tunc erat certum, nempe Spiritum sanctum procedere à Patre: id verò, quod nondum satis perspectum habebant, taciti præterierunt. Eodem modo Constantinopolitana Synodus definiuit Spiritum sanctum procedere à Patre, quod fidelibus

Ad secundam.

D. Iustinus Mart. & D. Gregor. Nazianzenus, quomodo hæc de re loquuntur.

Theophylactus, apertè à Latina Ecclesia hæc in re dissentit.

Ad primum argumentum pro Græcorum errore quomodo respondendum.

fideliſibus omnibus tunc erat notum, & aduerſus Arianos expediebat deſinire: an verò ſimul etiam procederet à Filio, indefinitum relinquit.

Ad tertium.

Ad id verò, quod de anathemate Conciliorum, ac Leonis tertij ſubiungitur, dicendum eſt. Solum anathematizari eos, qui docent aliud aut aliter, hoc eſt, contrarium, aut repugnans iis, qua in eo ſymbolo continentur: non verò eos, qui docent, aut prædicant, quod in eo formaliter non ſcribitur, ſi tamen in eo contentis non repugnet: tale quid eſt Spiritum ſanctum procedere etiam à Filio. Aliàs neſas eſſet docere populum ſanctum Dei aliquod aliud myſterium præter ea, quæ id ſymbolum continet, ac proinde non liceret myſterium Eucharistiæ docere, quod ſanè ridiculum eſt. Adde, Concilia generalia ſequentia multa addidiſſe illi ſymbolo, vt de ſexta Synodo eſt manifeſtum. Imò Conſtantinopolitana etiam Synodus adiecit ſymbolo Concilij Nigani verba illa, *vinſcancem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio adorandam, & congloriſicandam, & quædam etiam alia.* Eadem forma loquendi, qua Leo tertius, vſus eſt etiam Paulus ad Galatas primo dum dixit: *Licet nos aut Angelus de celo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis,* (id eſt, contrarium, aut repugnans) *anathema ſit.* Ipſe nantiquè Paulus 1. ad Theſſal. 3. pollicetur ſe iterum venturum ad eos, id enim optabat, vt completeret ea quæ decerant fidei illorum, quam priùs docuerat, dicens: *Orantes, vt videamus faciem veſtram, & compleamus ea quæ deſunt fidei veſtre.*

Abundantia

Quis autem ſymbolo, quod hodie in Miſſis canitur, addiderit partem illam, *Filiòque*, dum dicitur: *Qui ex Patre Filiòque procedit:* ait D. Antoninus loco citato, non ſatis conſtare. Certum tamen eſſe, vel in aliquo Concilio generali, vel autoritate alicuius ſummi Pontificis additam eſſe. D. Thomas hoc loco ad ſecundum affirmare videtur in quodam Concilio in Occidentalibus partibus congregato autoritate ſummi Pontificis acceſſiſſe: non tamen dicit quodnam fuerit Concilium illud, & quis fuerit ſummus ille Pontifex. Tempore tamen Concilij Tolentani V. III. iam id erat additum: nam in ſymbolo fidei illius Concilij appoſitum reperitur.

Symbolo quo particulam, Filiòque addiderit.

DISPUTATIO III

Utrum ſi Spiritus ſanctus à Filio non procederet, ab eo re diſtingueretur.

Scoti & quorundam aliorum opinio affirmans.

Ratio prima D. Thomæ præbet anſam excitandæ huius quaſtionis. Scotus in 1. diſtin. 11. q. 2. Ochamus, Gabriel, & Aureolus eadem diſtinctione, & quidam alij Scoti ſectatores, ruentur partem affirmantem, quam probant primo, quoniam ſi per impoſſibile Spiritus ſanctus procederet à Filio, & non à Patre, diſtingueretur realiter à Patre: ergo ſi procederet à Patre, & non à Filio, diſtingueretur realiter à Filio. Conſequentia eſt manifeſta, cum ſit par ratio vtroque. Etenim ſicut ſi Spiritus ſanctus non procederet à Filio, non eſſet inter Filium & Spiritum ſanctum relatiua oppoſitio, ſic etiam ſi non procederet à Patre, non opponeretur Patri relatiuè: fundamentum autem, cui contraria opinio innititur vt aſſerat, ſi Spiritus ſanctus non procederet à Filio, non fore diſtinctionem inter Filium & Spiritum ſanctum, eſt, quod in diuinis ſolum ſit diſtinctio inter ea, inter quæ exercitur relatiua oppoſitio. Antecedens verò probatur, quia dat oppoſitum, videlicet Patrem & Spiritum ſanctum ea hypothefi data futuros idem, ac proinde vnã, & eandem perſonam, tunc ita argumentor. Pater tunc produceret Filium, & Filius Spiritum ſanctum: ergo ſi Pater & Spiritus ſanctus eſſent eadem perſona: vnã & eadem perſona, & produceret aliã, & produceretur ſimul ab ea, quod eſt abſurdum. Secundo, per id vnũquodque diſtinguitur à quocumque alio, per quod conſtituitur in ſuo eſſe: ſed Filius modo conſtituitur in eſſe perſonali Filij per filiationem: & non per ſpirationem actiuam, vt de ſe patet, poteſtque confirmari: tum quia ſpiratione actiuã conſtituit quippiam communicabile: tum etiam, quoniam, vt videbimus, præſupponit filiationem, aduenitque Filio iam conſtituto, eaque ratione Filius vnã cum Patre ſpirat Spiritum ſanctum: ergo Filius diſtinguitur modo perſonaliter ab Spiritu ſancto per filiationem: ſed eſto Spiritus ſanctus non procederet à Filio, adhuc Filius retineret filiationem: ergo adhuc diſtingueretur per eam ab Spiritu ſancto. Tertio, ſi Spiritus ſanctus non procederet à Filio, Filius non minus eſſet vnus, quàm ſit modò: ergo non minus eſſet indiuiſus in ſe, & diſtinctus à quocumque alio, quàm de facto ſit: ac proinde non minus diſtingueretur ab Spiritu ſancto, quàm modò diſtinguatur. Prima conſequentia ex eo eſt manifeſta, quod ratio vnus in eo ſit poſita, vt ſit quid indiuiſum in ſe, & diſtinctum à quocumque alio. Reliqua verò totius diſcurſus notiffima ſunt. Quarto, fundamentum totum, cui autores contrariæ opinionis innituntur, eſt quod in diuinis ſolum inter ea eſt realis diſtinctio, inter quæ cernitur relatiua oppoſitio: ſed de facto nec inter filiationem & ſpirationem paſſiuam, nec inter paternitatem & eandem ſpirationem paſſiuam eſt oppoſitio relatiua, eò quod Filius & Pater non opponuntur relatiuè Spiritu ſancto, quatenus Filius & Pater ſunt, ſed ſolum quatenus ſunt vnus ſpirator conſideratus præciſè à paternitate & filiatione: & tamen de facto eſt diſtinctio realis inter filiationem & ſpirationem paſſiuam, & rursus inter paternitatem & ſpirationem paſſiuam, quippe cum Filius & Pater non ſolum quoad rationem ſpiratoris diſtinguantur realiter ab Spiritu ſancto, ſed etiam quoad rationes Patris & Filij: ergo fundamentum illud eſt falſum: ac proinde, eſto Spiritus ſanctus à Filio non procederet, ab eo nihilominus diſtingueretur realiter. Confirmatur hæc ratio, quoniam ſi Filius, quæ Filius, ab ſpiratione actiuã, ſecundum quam opponitur relatiuè Spiritu ſancto, haberet vt diſtingueretur ab eo realiter, & non à ſua proprietate perſonali Filij, ſanè ſpiratione actiuã eſſet cauſa illius diſtinctionis in aliquo genere cauſæ: ſed nullum genus dabis, in quo ſit ita cauſa, vt patet, ſi ſingula percurras: ergo non eſt cauſa illius diſtinctionis, ſed Filius, ſecluſa ſpiratione actiuã, à ſua proprietate perſonali habet, quod diſtinguatur ab Spiritu ſancto: quare cum eandem proprietatem retineret, eſto Spiritus ſanctus ab eo non procederet, ſanè ab eo diſtingueretur realiter. Confirmatur rursus eadem ratio, quoniam in alijs relatiuis non ſolum cernitur diſtinctio realis inter ea, quæ mutuo opponuntur relatiuè, ſed etiam inter ea, quæ ſunt ad inuicem diſparata, vt ſimilitudo huius candoris non ſolum diſtinguitur à ſimilitudine alterius candoris, ſed etiam à æqualitate, quam hæc papyrus habet ad aliam ſibi æqualem: ergo pari ratione in diuinis non ſolum erit diſtinctio realis inter relatiua, quæ opponuntur inter ſe, ſed

Suadetur primo.

sed etiam inter disparata, qualia essent Filius, quia Filius, & Spiritus sanctus, esto Spiritus sanctus à Filio non procederet. Etenim distinguerentur, quia ex natura rei essent rationes formales reales, quantum una non est alia: quemadmodum similitudo & aequalitas ex eodem capite distinguuntur inter se.

Quintò, processio passiva per intellectum, & per voluntatem repugnant eidem personae, eò quòd processio per voluntatem supponat processionem per intellectum: ergo eo ipso, quòd Filius procederet à Patre per intellectum nascendo, Spiritus sanctus verò non item, sed spiratus per voluntatem, distinguerentur adinvicem, esto Spiritus sanctus à Filio non procederet. Id quòd videtur aperte affirmare Anselmus in libro de processione Spiritus sancti, cap. 4. cum ait: *Habent utriusque à Patre esse Filius & Spiritus sanctus, sed diverso modo, quia alter nascendo, & alter producendo, ut alij sint per hoc ab invicem.* Et paulò inferius: *Nà si per alium non essent plures Filius & Spiritus sanctus, per hoc solam essent diversi.*

Sextò, licet Spiritus sanctus à Filio non procederet, nihilominus Filius, quia Filius, esset una persona, eò quòd esset rationalis naturae individua substantia: similiter etiam Spiritus sanctus, quia Spiritus sanctus, esset alia persona, quia similiter esset rationalis naturae individua substantia: ergo essent plures personae, distinguerenturque ab invicem personaliter, atque adeò realiter.

Partem negantem tuerentur D. Thomas, Caietanus, & Torres hoc loco, D. Bonaventura in 1. dist. 11. quaest. 1. Egidius quaest. 3. & quodlib. 1. quaest. 6. Durandus quaest. 2. Capreolus quaest. 1. Argentinas quaest. 2. Marfilius in 1. quaest. 15. art. 3. Ferrariensis 4. contra gentes cap. 24. ceterique sectatores Divi Thomae. Potissima autem ratio, cui nititur haec sententia, est illa nunquam satis soluta, qua Divus Thomas vsus est hoc loco, nòsque disp. 1. proposuimus primo loco. Vis illius haec est. Personae divinae non distinguuntur nisi relationibus inter se oppositis: in Patre namque sunt duae relationes, nempe paternitas & spiratio activa, quae non alia de causa sunt idem realiter inter se, nec constituunt principia inter se distincta, nempe Patrem & spiratorem, nisi quia non opponuntur inter se: quare cum, si Spiritus sanctus à Filio non procederet, non essent in eis nisi filiatio & spiratio passiva, quae inter se non exercent oppositionem relativam: sanè Spiritus sanctus non plus distingueretur à Filio, quam Pater distinguatur ab spiratore.

Neque satisfacit responsio Scoti, & aliorum, qui Scotum sequuntur, dicentium, quia ab uno & eodem principio possunt multa emanare, ut in rebus creatis est manifestum, non esse necesse, quemadmodum relationes non oppositae non faciunt distinctionem in principio, ita quoque relationes non oppositae illis respondentes non efficiere distinctionem in eis, quae sunt à principio: quare, inquit, licet paternitas & spiratio activa, quae constituunt principium Filij & Spiritus sancti, non efficiant distinctionem inter Patrem & spiratorem: filiatio tamen & spiratio passiva, quae constituunt ea, quae sunt à principio, poterit optimè efficere distinctionem realem inter Filium & Spiritum sanctum.

Non, inquam, satisfacit haec responsio. Primò, quoniam paternitas & spiratio activa non constituunt principium secundum eandem rationem principij, sed secundum aliam ac aliam: paternitas namque constituit Patrem in esse Patris, qui quatenus Pater, est principium Filij, & non Spiritus sancti: spiratio verò activa constituit spiratorem in

Molina in D. Thom.

A esse spiratoris, qui, quatenus spirator, est principium Spiritus sancti, & non Filij: cum ergo constituant principium secundum aliam ac aliam rationem principij, quae ex natura rei deberent esse res distinctae, nisi perfectio, simpli citasque divina id impedirent, praesertim cum ratio una, nempe Patris, sit ex natura rei quippiam incommunicabile, ratio verò alia, spiratoris scilicet, de facto sit communicabilis: sit, ut reddenda sit ratio, quare Pater & spirator non sint duo principia re ipsa distincta: Filius verò & Spiritus sanctus sint duae res distinctae: neque alia fingi potest, nisi quia inter Patrem & spiratorem non est oppositio relativam: inter Filium verò & Spiritum sanctum est oppositio relativam, quae ratio cessaret, si Spiritus sanctus non procederet à Filio.

Secundò, non satisfacit eadem responsio, quoniam paternitas & spiratio activa non sunt principia producendi Filium & Spiritum sanctum, sed sunt ipsa productiones activa significata, non per modum actionis: in rebus autem creatis licet multae productiones passivae emanare possint ab eodem principio activo, multis tamen productionibus passivis semper correspondent multae productiones activae: actio namque & passio in rebus creatis sunt in passio tamquam in subiecto, suntque idem

C re inter se: quare esse nequeunt passiones multae, quin dentur multae actiones, quae cum illis sint idem, eisque correspondent: cum ergo paternitas, & spiratio activa, seu (quod idem est) generatio activa & spiratio activa, sint productiones ipsae activae: filiatio verò, seu generatio passiva, & spiratio passiva, sint emanationes passivae, reddenda est ratio, quare haec distinguantur re, illa verò minime: praesertim cum sicut haec sunt relationes in Deo, ita & illa: neque alia reddi potest, nisi quòd filiatio & spiratio passiva constituunt res oppositas adinvicem relativam: paternitas verò & spiratio activa non item, quae ratio cessat, si dicamus Spiritum sanctum non procedere à Filio.

Rationem, opinionemque Divi Thomae confirmat axioma illud Theologorum ab Anselmo, à Concilio Florentino, & ab aliis frequenter usurpatum, *in divinis non est realis distinctio, nisi inter ea, inter quae cernitur oppositio relativam.*

Eandem sententiam non parum confirmat, quòd hoc loco pro solutione argumentorum notat Caietanus, nempe cum in divinis sola relatio efficiat realem distinctionem, signum esse, relationem id non habere, nisi ratione propriae peculiarisque modi distinguendi, qui convenit relationi, quatenus relatio est. In rebus namque creatis duplici, distinguitur quidem à subduplo, quia oppositum ei relativam: à quadruplo verò, quia est ab eo diversum & disparatum. Inter hos autem duos modos distinctionis unius relatiui ab alio hoc est discrimen, quòd secundus communis est relatiui cum ceteris rebus absolutis creatis: in omnibus quippe illis rationes formales disparatae ab invicem distinguuntur. Primus verò modus est proprius relatiui, quatenus relatiui sunt. Quia ergo omnia alia, quae secundum suas rationes formales in rebus creatis disparata, diversaeque sunt, in Deo, propter omnimodam simplicitatem, actualitatem, infinitamque, ac illimitatam perfectionem, uniantur, nec distinguuntur ex natura rei, ut in scientia, intellectu, voluntate, ceterisque attributis est manifestum: quia etiam sola relatio est, quae in divinis efficit distinctionem, non à quocumque, quia neque ab absolutis, quae sunt in Deo, est distincta: cum tamen in rebus creatis relatiui & absolutum ex natura rei distinguantur: neque paternitas

Q q tas

Quinti.

Sexti.

Parti negati.

Responsio Scoti exclusiva.

tas & spiratio actiua distinctæ sunt inter se, distinctionemve inter Patrem & spiratorem efficiunt, quia licet relatiui sint, non tamen opponuntur adiuuicem, consequens profecto est, vt relatio in diuinis solum efficiat distinctionem secundum proprium & peculiare modum distinguendi relationis, quatenus relatio est, ac proinde vt solum inter ea efficiat distinctionem, inter quæ aliquo modo cernitur oppositio relatiua.

Præcipua difficultas circa opinionem Diui Thomæ est, quoniam pacto intelligendum sit axioma illud, cui innititur, *in diuinis solum est inter ea distinctio inter quæ cernitur relatiua oppositio*. Deficere namque videtur in paternitate & spiratione passiua, & rursus in hac & filiatione, inter quas confitenda est distinctio realis, ex intellectuque illius axiomatis pendet solutio argumentorum quæ proposita sunt.

Sola relatiua oppositio efficit in diuinis realem distinctionem, duobus modis exponitur.

Altero ergo duorum modorum exponere possumus axioma illud. Primus est ita, vt relatiua oppositio non solum sit ratio, cur distinguantur secundum rem ea, quæ formaliter sunt opposita, sed etiam ea, quibus relatio opposita aduenit tamquam præsuppositis ordine originis, sitque sensus axiomatis illius. In diuinis solum est realis distinctio inter ea pertinentia ad originem, inter quæ cernitur relatiua oppositio, vel ratione sui, vel ratione relationis adiunctæ, & quasi superuenientis, quæ sit ratio, vt quæ ita ordine originis præsupponuntur, etiam distinguantur. Verbi gratia, paternitas constituit Patrem in esse principij Filij per intellectum, & spiratio actiua constituit spiratorem in esse principij Spiritus sancti per voluntatem: quia ergo emanatio per voluntatem supponit emanationem per intellectum, eò quod velle ex natura rei supponat intelligere, fit, vt nostro intelligendi more cum fundamento in re, prius sit Patrem esse Patrem, quam spiratorem, & vt ratio spiratoris supponat rationem Patris, eique quasi superueniat. Oppositio ergo, quæ cernitur inter spiratorem, quæ spirator est, & Spiritum sanctum, est ratio non solum cur spirator, quæ spirator est, distinguatur ab Spiritu sancto realiter, sed etiam cur ratio Patris (quam ratio spiratoris ordine originis supponit, & cui quasi præexistenti aduenit) distinguatur etiam ab Spiritu sancto. Simili modo in Filio, quia prius est Filium esse, quam ipsum esse spiratorem, eò quod Filius per generationem, quæ ad esse Filij terminatur, à Patre acceperit vt sit spirator, fit, oppositio, quæ est inter spiratorem & Spiritum sanctum, non solum sit ratio distinguendi spiratorem, quæ spirator est, ab Spiritu sancto, sed etiam Filium secundum esse Filij, ita quod nisi ratio Filij & Patris adiunctam haberent modo explicato rationem spiratoris, nulla ratione ab Spiritu sancto secundum rem distinguerentur.

Huius rei habemus exemplum satis accommodatum in rebus creatis. Socrates namque duo includit, naturam videlicet humanam, & principium, quo indiuidatur. Plato similiter totidem includit, distinguunturque Socrates & Plato realiter, non solum quoad gradum, qui est principium indiuiduans, sed etiam quoad naturam humanam, quam includunt: quippe cum ratio ipsa humanitatis existens in vno eorum, distet loco à ratione humanitatis existente in altero: licet autem Socrates & Plato quoad vtrumque gradum distinguantur realiter, solum tamen principium indiuiduans est ratio distinctionis, non solum sibi ipsi, sed etiam gradui naturæ communis, cui adiungitur: Etenim natura humana à principio indiuiduante adiuncto sibi in Socrate, ratione cuius facta est in Socrate indiuiduum per accidens,

A habet vt distinguatur realiter à se ipsa secundum esse quod habet in Platone, propter principium indiuiduans, quod in Platone habet adiunctum: scilicetque principiis indiuiduantibus, vt natura illa non habent, quod sunt multæ, ita nec habent quod distinguantur, aut differant inter se. Sicut ergo in rebus creatis differentia adiuncta est ratio, cur natura communis vniuersa in diuersis indiuiduis distinguatur realiter, cum ramen ex iis, quæ sibi sunt in trinitate, non habeat, quod realiter distinguatur: sic etiam in diuinis oppositio est ratio, non solum quod ea, quæ formaliter sunt opposita, distinguantur realiter inter se, sed etiam quod alia ad originem pertinentia, quæ præsupponuntur, & quibus quasi aduenit relatio opposita, distinguantur etiam realiter ab extremo relationi sic aduenienti opposito, & proinde vt Pater & Filius, quibus relatio spirationis actiuae quasi aduenit, distinguantur ab Spiritu sancto.

Secundo modo axioma illud exponi potest, si dicas, nomine oppositorum non intelligi correlatiua, sed ea inter quæ mediata, vel immediata est ordo originis, eius à quo alius, & qui ab alio. Cum enim nihil magis pugnet, quam idem, vel mediata, vel immediate producere seipsum, eo ipso quod aliquod mediata, vel immediate est ab alio, necessario debet ab eo distingui re, non solum quoad ipsam habitudinem originis, sed etiam quoad omne aliud esse relatiuum, quod præsupponitur in eodem supposito, cuique quasi superuenit talis ordo originis. Quare quia à Patre & à Filio est Spiritus sanctus, ratioque spiratoris in Patre, supponit esse Patrem, & in Filio, esse Filium, efficitur vt Pater & Filius non solum in ratione spiratoris, sed etiam in ratione Patris & Filij distinguantur realiter ab Spiritu sancto, quod non esset, si Spiritus sanctus ab vtroque non procederet. Hanc expositionem innuit Caietanus quæstione 30. articulo 2. ad secundum dubium, differtque à priori, quia iuxta hanc expositionem dicere possumus, paternitatem & filiationem in hoc sensu habere à se, quod distinguantur ab spiratione passiua, quia à se, à suisve rationibus formalibus habent, quod constituant supposita, à quibus est Spiritus sanctus, & ob id, quod distinguantur ab Spiritu sancto: iuxta priorem verò non id habent à propriis rationibus formalibus, sed à ratione formali spirationis actiuae, quam suapte natura habent adiunctam. Dicitur est in hac posteriori expositione, ad distinctionem realem satis esse ordinem originis mediata, vel immediate: quia si per impossibile Spiritus sanctus immediate esset à solo Filio, eo ipso quod Filius est à Patre, Spiritus sanctus esset mediata à Patre, sicut nepos mediata est ab auo, mediante scilicet suo patre qui ab auo fuit productus, atque id esset satis ad distinctionem realem inter Patrem & Spiritum sanctum.

Ad primum ergo argumentum contrarie opinionis posset dici primo, quod Spiritus sanctus tunc distingueretur realiter à Patre, vt probat argumentum: eò quod ab eo esset Filius & à Filio Spiritus sanctus, & præterea nõ distingueretur à Patre, quia inter Patrem & Spiritum sanctum non esset tunc oppositio relatiua, ac proinde argumentum optime probaret implicare contradictionem Spiritum sanctum esse à solo Patre. Legitima tamen argumenti solutio est, si concedamus antecedens, & negemus consequentiam. Ad probationem verò negandum est, esse patrem rationem vtrobique. Etenim si Spiritus sanctus non procederet à Filio, nulla esset inter Filium & Spiritum sanctum oppositio: esto autem non procederet

Aliter dicitur exponi diuinitatem axioma.

Respondeo ad argumentum ad primum.

deret immediatè à Patre, sed immediatè, quatenus procederet à Filio producto à Patre, esset oppositio relatiua inter patrem & Spiritum sanctum, principij mediati ad id, quod mediatè est à tali principio: sicut inter nepotem & auum est oppositio relatiua. Itaque negari tunc non posset in Patre aeterno relatiuè suppositum Patris & Spiritus sancti, per quam, & per aliam, quæ ex parte Spiritus sancti responderet, mutuo se respicerent, opponerenturque relatiuè suppositum Patris & Spiritus sancti: sicut supposita aui & nepotis in humanis mutuo sese respiciunt, relatiuèque opponuntur, quæ oppositio esset factis, vt supposita Patris & Spiritus sancti distinguerentur realiter inter se, iuxta vtriusque expositionem axiomatis supra traditam. Quod si in antecedente argumenti oppositi diceretur, si per impossibile Spiritus sanctus ita esset à solo Filio, vt neque mediatè esset à Patre, tunc negandum esset antecedens, nec probatio illius subiuncta id probat. Præterea manifestam inuoluit contradictionem, Spiritum sanctum esse à Filio, & non esse, saltem mediatè à Patre: cum contradictionem implicet, esse Filium, à quo procedat Spiritus sanctus, & non esse Patrem, à quo immediatè sit Filius, & mediatè Spiritus sanctus. Vnde parum esset curandum, quid ex tali antecedente concluderetur.

Ad secundum. Ad secundum, iuxta priorem expositionem axiomatis traditam, dicendum est, maiorem non esse vniuersim veram. Natura namque humana, vt est in Socrate, realiter distinguitur à se ipsa, vt est in Platone, & tamen non distinguitur per rationale, per quod constituitur in esse naturæ humanæ, sed per differentias indiuiduantes adiunctas, vt explicatum est. Eodemque modo Filius, quo ad esse Filij, distinguitur realiter ab Spiritu sancto, non ratione filiationis per quam constituitur in esse Filij, quasi filiatio sit ratio, quod distinctus sit ab Spiritu sancto, sed ratione spirationis actiua: quasi superuenientis, secundum quam relatiuè opponitur Spiritui sancto, vt explicatum est. Iuxta posteriorem verò expositionem, concessa maiori, & minori, concedenda quoque est prima consequentia. Ad maiorem verò subsumptam dicendum est, quamuis, ea hypothesi data, Filius retineret filiationem, non tamen quæ esset realis naturæ, vt constitueret suppositum, à quo procederet Spiritus sanctus, & quæ suapte natura haberet adiunctam spirationem actiuam sibi quasi superuenientem, quare quia, ea hypothesi data, filiatio haberet longè diuersam naturam ab ea quam modò habet, modò Filius per eam distinguitur realiter ab Spiritu sancto, ea verò hypothesi data, non distingueretur per eam. Vnde si in minori sit sermo de filiatione, quæ esset eiusdem omnino rationis cum ea, quæ modò est, neganda est minor: si verò quæ esset alterius rationis, concessa minori, neganda est consequentia. Posset quoque facile solui idem argumentum, negando viciniam consequentiam: quia tunc Spiritus sanctus non esset alius à Filio: Filius verò à filiatione non habet quod distinguitur, nisi à quocumque alio à se: auterique contrariæ sententiæ tenentur concedere, Patrem à paternitate, qua constituitur in esse Patris, & Filium à filiatione qua constituitur in esse Filij, non habere quod distinguantur ab spiratore, quia spirator non est alius à Patre & Filio. Quod si dicant, data ea hypothesi, Spiritum sanctum futurum fuisse alium à Filio, non secus ac modò est, pertinet principium: hoc enim ipsum est, quod illis erat probandum.

Ad tertium. Ad tertium concessio antecedente, & prima Molina in D. Thom.

A consequentia; neganda est secunda, qua inferitur, non minus distinguendum fore ab Spiritu sancto, quam distinguatur modò. Ratio autem, quare neganda sit, ea est. Quia Spiritus sanctus tunc non esset alius à Filio: sicut enim Filius modò est vnus, esto non distinguatur à spiratore, eò quod spirator non sit alius à Filio: ita tunc esset vnus, esto non distinguerentur ab Spiritu sancto: eò quod ea hypothesi data, Spiritus sanctus non esset alius à Filio.

B Ad quartum neganda est minor: est enim relatiua oppositio, ordòque originis inter paternitatem & filiationem ex vna parte, & spirationem passiuam ex alia, ratione spirationis actiua adiuncta ac superuenientis paternitati ac filiationi.

C Ad primam confirmationem, iuxta primam expositionem axiomatis, dicendum est, quemadmodum natura humana in Socrate, & natura humana in Platone, habet quod distinguatur realiter, à differentia indiuiduante adiuncta, tamquam à forma superueniente, ac proinde in genere causæ formalis, eo modo quo r. lib. Physicorum explicatum est, existentiam materię causari à forma substantiali in genere causæ formalis: ita spirationem actiuam esse, non causam (quia in diuinis non est causa) sed rationem ad modum causæ formalis, quare Filius, qua Filius, distinguitur realiter ab Spiritu sancto. Iuxta secundam verò expositionem dicendum est, Filium, quæ Filius, non ab spiratione actiua, sed à filiatione, habere quod distinguatur realiter ab Spiritu sancto, quatenus tamen filiatio est talis naturæ, vt constituat suppositum à quo est Spiritus sanctus, ac proinde vt habeat annexam spirationem actiuam, cuius naturæ non esset filiatio, si Spiritus sanctus à Filio non procederet, & idè facta hypothesi, quod Spiritus sanctus à Filio non procedat, filiatio non distingueret Filium ab Spiritu sancto.

D Ad secundam confirmationem dicendum est, disparatè esse rationem in diuinis, & in creatis, vt explicatum est. Cætera namque quæ in creatis disparata sunt, in diuinis non distinguuntur propter omnimodam simpliciter actiuitatem, illimitatamque perfectionem diuinam, sed ea tantum distinguuntur in diuinis, inter quæ venitur oppositio in sensu explicato, seclusaque oppositione non esset maior ratio, quare filiatio & spiratio passiuæ distinguerentur inter se, quam paternitas & spiratio actiua, cum, seclusa oppositione, hæc duæ posteriores rationes formales æquè disparatæ videantur inter se, ac duæ priores.

E Ad quintum negandum est antecedens, ex hypothesi quod Spiritus sanctus non procederet à Filio: sicut enim processio actiua per intellectum, & processio actiua per voluntatem non repugnant eidem personæ, esto vna processio supponat aliam: ita processiones passiuæ non repugnant, si neutra persona ita procedens esset ab alia.

F Ad Anselmum, vel dicendum est loqui de distinctione virtute, vel loqui de naturate & processione vt modò sunt, quo pacto est inter eas oppositio in sensu explicato, ex ipsarumque natura est, quod Spiritus sanctus sit à Filio.

Ad sextum negandum est, ea hypothesi data, futurum vt Spiritus sanctus esset alia persona à Filio. Licet enim vterque haberet rationem personæ, vt probat argumentum, ac proinde in Filio & Spiritu sancto essent duæ rationes personæ, non tamen essent duæ personæ, neque vnus esset persona distincta ab alio: eò quod ad pluralitatem personarum non satis sit pluralitas rationum perso-

Ad quartum.

Ad primam confirmationem.

Ad secundam confirmationem.

Ad quintum.

Ad sextum.



na, sed necessaria etiam sit pluralitas substantiarum A
 indiuiduarum, seu incommunicabilium, ac subsi-
 stentiarum, quæ esse nequit sine distinctione reali
 vnius substantiæ ab alia. Itaque sicut in Christo est
 ratio personæ naturæ diuinæ, & ratio personæ natu-
 ræ humanæ (est enim indiuidua substantia naturæ
 diuinæ, & indiuidua substantia naturæ humanæ, li-
 cêt quod Christus indiuidua, id est, incommunica-
 bilis, substantia sit naturæ humanæ, non habeat ex
 propriis naturæ humanæ, sed ex Verbo diuino, quod
 est hic homo à natura singulari humana, quam ha-
 bet vnitam, incommunicabilitatem verò habet ex
 se: non tamen sunt duæ personæ, quia non sunt duæ
 substantiæ indiuiduæ, sed vna tantum propter vni-
 tatem substantiæ: ita Filius & Spiritus sanctus ha-
 berent duas rationes personæ, non tamen essent
 duæ personæ, sed vna tantum. Quo loco aduerte,
 eodem modo teneri aduersarios soluere simile ar-
 gumentum, quod tunc contra eos posset fieri, de
 Patre & spiratore: esset enim tunc spirator quid in-
 communicabile, eò quod soli Patri conueniret, ac
 proinde haberet rationem personæ.

ARTICVLVS III.

Virum Spiritus sanctus procedat à Patre
 per Filium.

Affirmans
 conclusio in
 quo sensu sit
 vera.



ONCLVSIO affirmat, eamque admit-
 tit Concilium Florentinum in literis
 sanctæ vniõnis. Ex dictis verò art. præ-
 cedente disputatione 2. patet, in quo
 sensu sit vera, & asseratur à Sanctis. Si enim specte-
 mus Filium quatenus à Patre habet eandem vim
 spiratuum numero, quæ est in Patre, dicendum est
 Spiritum sanctum procedere ab vtroque immediatè,
 & simul etiam quodammodo à Patre per Filium,
 quatenus Filius per virtutem acceptam à Patre spi-
 rat. Itaq; vtrique supposito tribuitur spiratio im-
 mediata, sed supposito Patris, simul etiam quodam-
 modo mediata, quatenus Filio communicauit eam-
 dem virtutem numero, qua vterq; spirat immediatè.

Spiritum
 sanctum esse
 à filio per 1. a-
 gram non sit
 concedendum.

Dubium est, vtrum hæc etiam sit concedenda,
 Spiritus sanctus est à Filio per Patrem? D. Th. hoc loco
 ad vltimum videtur eam negare. Durandus verò in
 1. d. 1. q. 3. & Torres hoc loco censent posse in hoc
 sensu concedi, id est, per virtutem acceptam à Patre:
 quemadmodum concedimus, Prætozem operari per
 regem, id est, per facultatem communicatam à rege.
 Et quidem placet quod dicunt, quamuis propositio
 sine distinctione non sit concedenda.

An sit ad-
 mittendum
 Spiritum san-
 ctum esse prin-
 cipaliter,
 aut proprie à
 patre.

Dubitatur etiam, vtrum concedendum sit, Spiri-
 tum sanctum esse principaliter à Patre, & esse pro-
 prie à Patre? D. Augustinus 1. 5. de Trinit. cap. 17. &
 26. in hoc sensu affirmat Spiritum sanctum esse prin-
 cipaliter à Patre, quod Pater à se habeat, vt produ-
 cat Spiritum sanctum, Filius verò non à se, sed à Pa-
 tre id accepit per generationem. Cum enim cap.
 17. prius dixisset, Spiritum sanctum principaliter pro-
 cedere à Patre, subiunxit: Ideo addidi principaliter,
 quia & de Filio Spiritus sanctus procedere reperit-
 tur: sed hoc quoque illi Pater dedit. Hieronymus
 etiam, aut quicumque alius eius operis est autor,
 tom. 4. in expositione Catholice fidei, Nicenique
 symboli, scribens ad Cyrillum in eodem sensu ait:
 Credisus in Spiritum sanctum, qui de Patre processit
 proprie. Et inferius: Spiritum sanctum verum Deum
 inuenimus in Scriptura, & de Patre proprie esse. Ve-
 rum licet hi Patres in sensu explicato eo modo lo-
 quantur, numquam tamen est concedendum, Spiri-

tum sanctum minus principaliter, aut minus pro-
 prie procedere à Filio, neque id ipsi vquam con-
 cessissent. Non etiam videtur vsurpandus modus il-
 le loquendi, sed pie exponendus.

ARTICVLVS IV.

Virum Pater & Filius sint vnum principium
 Spiritus sancti.

DISPUTATIO I.



ONCLVSIO affirmat. Eam probat D. Pater & Fi-
 lius sunt vnum prin-
 cipium Spiritus
 sancti.

Thom. quia in diuinis omnia sunt vnum
 inter quæ id non impedit relationis op-
 positio: sed Pater & Filius non opponun-
 tur relatiuè in hoc, quod sint principium Spiritus
 sancti: ergo Pater & Filius sunt vnum Spiritus san-
 cti principium.
 Aduerte, conclusionem propositam eo modo,
 esse de fide. Definita namque fuit in Concilio Lug-
 dunensi cap. Fidei. de summa Trinitate & fide Ca-
 tholica lib. 6. vbi sic habetur: Spiritus sanctus eterna-
 liter ex Patre & Filio, non tanquam ex duobus prin-
 cipis, sed tanquam ex vno principio, non duobus spiri-
 tionibus, sed vna spiratione procedit. Et inferius: Dam-
 namus omnes qui temerario ausu presumpserint asse-
 re, quod Spiritus sanctus ex Patre & Filio tanquam ex
 duobus principis, & non tanquam ex vno procedat.
 Et in Concilio Florentino in literis sanctæ vniõnis
 his verbis: Spiritus sanctus sum esse subsistens habet
 ex Patre simul & Filio, & ex vtroque aternaliter tan-
 quam ab vno principio, & vnica spiratione procedit.

DISPUTATIO II.

Virum hæc sit propria, Pater & Filius sint vnum
 principium Spiritus sancti.

Diuus Thomas hoc loco refert sententiam quo-
 rumdam, qui dicebant, prædictam proposi-
 tionem non esse propriam. Ducebantur in hæc
 sententiam, quoniam cum nomen, principium Spiri-
 tus sancti, non sit nomen personæ, sed cuiusdam
 proprietatis communis Patri & Filio, dicebant non
 esse nomen substantiuum, sed adiectiuum: vnum
 verò adiectiuum non determinat aliud, sed vtrum-
 que determinat substantiuum: quare cum in hac
 propositione, Pater & filius sint vnum principium
 Spiritus sancti, ponantur duo adiectiua à parte præ-
 dicati, videlicet, vnum, & principium: de Patre verò
 & Filio non sit verum dicere quod sit vnus, propo-
 sitio non erit vera, nisi dixit, vnum, sumatur aduer-
 bialiter, ac sit sensus, Pater & Filius sunt vnum
 principium Spiritus sancti, id est, vno modo principium:
 quæ locutio est impropria. In eo ergo sensu dicunt
 propositionem vsurpatam esse à Sanctis, & esse ve-
 ram, impropriam tamen.

Hanc sententiam impugnat D. Thomas. Primò,
 quia si propositio illa in eo sensu concederetur, &
 affirmaretur à sanctis Patribus, concederetur etiam
 hæc, Pater est duo principia Filij & Spiritus sancti,
 id est, duobus modis principium, nempe per
 intellectum, & voluntatem, generando, & spiran-
 do: eam tamen non concedunt. Secundo, quia li-
 cêt nomen, Principium, significet proprietatem, si-
 gnificat tamen eam substantiuè, quemadmodum
 nomina, pater, dominus, & cæc. sunt nomina sub-
 stantia. Atque inde sumit rursus argumentum
 ad con-

ad confirmandam conclusionem propositam, quia nomina substantiva non dicuntur in plurali, nisi forma, quam in concreto significat, multiplicetur in iis, de quibus dicuntur: quare cum vis spiritalis, spiritalis activa, quam hoc nomen substantivum, principium Spiritus sancti, de formali significat, sit eadem numero in Patre & Filio, certe quemadmodum haereticum est dicere, Patrem & Filium esse plures Deos, orthodoxum vero esse unum tantum Deum, eod quod Deitas, quam substantivum, & in concreto nomen Deus significat, non multiplicetur in Patre & Filio: sic etiam falsum erit, Patrem & Filium esse plura principia, verum autem atque orthodoxum, esse unum tantum principium Spiritus sancti. Confirmatur autoritate Augustini 5. de Trinitate cap. 14. dicens: Sicut Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt unum principium creaturarum: ita Pater & Filius sunt unum principium Spiritus sancti.

Gregorius Ariminensis in 1. distin. 12. quaestione 1. & quidam alij quos citat, ex quodam alio capite censent, eamdem propositionem in rigore, & iuxta proprietatem sermonis, atque adeo simpliciter esse falsam: nempe quia, licet nomen illud, principium Spiritus sancti, substantivum sit, significetque de formali eadem numero spirationem activam Patri & Filio communem, quia tamen supponit pro suppositis Patris & Filij, quae sunt plura, censent simpliciter ac in rigore Patrem & Filium esse plura principia Spiritus sancti, esto eadem vi spiritalis, eademque spiratione activa numero Spiritum sanctum spirent. Addunt vero, ad Sanctis concedi & asseuerari Patrem & Filium esse unum principium Spiritus sancti, quia vno modo, & tamquam unum principium sunt Spiritus sancti. Id quod explicant in hunc modum. In rebus, inquit, creatis nunquam plura principia concurrunt ad eundem effectum producendum, nisi vel diverso modo concurrant, vel effectus plus sit ab utroque principio, quam ab altero tantum: quia ergo Spiritus sanctus eodem modo est à Patre & Filio, neque plus est ab utroque, quam ab altero tantum, fit, inquit, ut quamvis simpliciter Pater, & Filius non sint unum principium Spiritus sancti, sed plura, dicantur tamen habere instar vnus principij. Eaque ratione volunt, ut Concilium Lugdunense & Florentinum, licet definiunt Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio vna spiratione, non tamen definiunt Patrem & Filium esse unum principium Spiritus sancti, sed Spiritum sanctum esse à Patre & Filio tamquam ab vno principio.

Sententia haec temeraria est profecto, & parum clara in fide, ne aliquid amplius dicam. Luce enim clarius constat, mentem viri usque Concilij fuisse definire, Patrem & Filium esse unum tantum principium Spiritus sancti, quod erat dubium, neque dictionem istam, tamquam, à Concilio fuisse appositam ad diminuendum, sed ad declarandum: quem admodum ponitur, quando dicimus, omnes creaturae sunt à tribus personis diuinis, non tamquam à tribus causis, sed tamquam ab vna causa. Se loquitur D. Ioannes 1. cap. de Christo, cum ait: Videmus gloriam eius, gloriam quasi emigeniti à Patre. Adde, quod Concilium Florentinum tollit omnem ambiguitatem: ante illa enim verba in eisdem literis sanctae vniuersionis praemisera verba, quae sequuntur: Latini affirmaverunt, non se hac mente dicere Spiritum sanctum procedere à Patre & Filio, quod duo ponant esse principia, seu duas spirationes, sed ut unum tantum asserant esse principium, vnicamque spirationem Spiritus sancti: prout haec tenent asseruerunt. Quod si aduersarij Molina in D. Thoma.

A respondeant, Concilia definiuisse quidem Patrem & Filium esse unum tantum principium, at tamen improprie fuisse locuta, intellexisseque, id est, vno tantum modo, proprie vero ac in rigore concedendum esse Patrem & Filium esse plura principia propter pluralitatem suppositorum, sane ea sententia erronea erit, autoritateque Ecclesiae detrahet. Ex ea namque sequitur, Ecclesiam, quae ut Paulus 1. ad Timotheum 3. ait, Columna & fundamentum est veritatis, in re tanti momenti absque vlla explicatione ac distinctione, eam propositionem tamquam veram, firmamque fide tenendam definiuisse, quae simpliciter, ac in rigore, proprietateque sermonis, esset falsa: id quod esset, Ecclesiam suis definitionibus ansum potius errandi hominibus praebere, quam eos ab erroribus liberare.

B Ut autem pateat propositionem à Concilio definitam simpliciter, ac in rigore esse verissimam, ut etiam lucem multis alijs propositionibus afferamus, sciendum est: Hoc esse discrimen inter nomina concreta adiectivum, & substantivum sumpta. Quod ut adiectiva nomina dicantur pluraliter, satis est pluralitas suppositorum, nec necessaria est pluralitas significati formalis: ut vero substantiva dicantur pluraliter, requiritur tum pluralitas suppositorum, tum etiam significati formalis. Ratio huius regulae est, quam egregie tradit Scotus in 1. d. 12. q. 1. quae ut intelligatur in primis suppono. Perinde esse dicere in plurali numero, Socrates & Plato sunt albi, ac dicere Socrates & Plato sunt plures albi, ut de se est manifestum: numerus namque pluralis ad significandam, denotandamque pluralitatem rei per nomen significatam, est inuentus. Quod fit, ut idem iudicium sit ferendum de propositionibus, in quibus termino concreto iungitur nomen numerale, siue id commune sit omnibus numeris, ut sunt nomina, plures, multi, siue significet certum ac determinatum numerum, ut significant nomina, duo, tres, & cetera, & de iis propositionibus, in quibus nomen concretum praedicatur in plurali, nullo apposito nomine numerali: quippe cum haec posteriores propositiones illis saltem aequipolleant, in quibus iungitur nomen numerale, numeris omnibus commune.

C Quo facto fundamento, hanc rationem regulae propositae reddit Scotus: Duo, inquit, adiectiva ita sunt affecta, ut neutrum determinet alterum, sed utriusque determinet substantivum, ut patet, quando dicimus, Socrates est musicus albus. Sensus namque est, & Socratem esse musicum, & esse album. Quia ergo, inquit, adiectiva eius sunt natura, ut non se determinent mutuo, sed determinent substantivum, efficitur, ut quando concreto adiectivo additur à parte praedicati nomen numerale adiectivum, neutrum determinet alterum, sed ambo determinent substantivum, aut substantiva, quae sunt à parte subiecti. Atque hinc, inquit, est, ut sensus huius propositionis, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres aeterni, sumpto nomine aeterni, adiectivum, sit hic, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt tres (ubi vides pluralitatem non cadere supra significatum formale nominis adiectivi, aeterni, sed supra substantiva posita à parte subiecti) sunt, inquam, tres, & eorum quivis est aeternus, ad quod impertinens est, an eadem numero aeternitate, an alia, atque alia sint aeterni. At vero quia quando concreto substantivo à parte praedicati iungitur nomen numerale, fertur in substantivum, cum eoque constructur, denotat pluralitatem, non solum in significato materiali, pro quo substantivum, qui iungitur, supponit, sed etiam in significato formali. Quare haec est haeretica, Pater, Filius, & Spiritus sanctus sunt plures Dei, aut plures Domini: quia terminus numeralis cadens supra

Discrimen concretorum nominum substantivum, & adiectivum sumptorum ut pluraliter dicatur.

Q 1 supra

supra nomina substantiua, *Dij*, & *Domini*, denotat pluralitatem in Deitate, & in ratione dominij, quæ in suppositis diuinis nulla ratione multiplicantur.

Sciendum est vterius, esse controuersiam non parua, pro quo supponant immediatè nomina hæc substantiua, *principium Spiritus sancti*, & *spirator*. Quæ difficultas ex parte ab hac alia pendet, An sicut ex essentia diuina, & paternitate nostro intelligendi more constituitur Pater, qui est vnum per se, intrinsecè includens Deitatem, realiter verò distinctus per paternitatem à Filio & Spiritu sancto, eodemq; modo constituuntur Filius & Spiritus sanctus ex eadem Deitate, & suis proprietatibus personalibus, filiatione videlicet, & spiratione passiuæ: sic etiam ex essentia diuina & spiratione actiua constituitur spirator, relatiuè oppositus Spiritui sancto, qui similiter sit vnum per se. Veritamen quia communis est Patri & Filio, nec sit persona, nec suppositum, sed indiuiduum, quoddam subsistens: sicut etiam Deus, aut hic Deus vt concretum quoddam est à natura diuina singulari, nec persona est, nec suppositum, sed indiuiduum quoddam subsistens tribus personis diuinis commune, & vnicuique eorum intrinsecum.

Ochamus, & Gabriel in 1. dist. 12. quæstione 1. & quidam alij affirmant, nomina illa substantiua, *principium Spiritus sancti*, & *spirator*, supponere immediatè pro illo indiuiduo subsistente Patri & Filio communi, quod est vnicum principium quod Spiritus sancti, rationeque illius veram esse hanc propositionem, *Pater & Filius sunt vnum tantum principium Spiritus sancti*: quia sunt illud indiuiduum, quod est vnicum Spiritus sancti principium. Quatenus verò eadem nomina supponunt mediatè pro Patre & Filio, quæ sunt plura supposita secundum rem inter se distincta, quorum cuius verè conuenit, vt sit principium quod Spiritus sancti & spirator, dubitant an in rigore, ex proprietatèque sermonis, concedendum simul sit, Patrem & Filium esse etiam plura principia Spiritus sancti, pluresque spiratores. Propenduntque in partem affirmantem, licet addant, quia verè sunt etiam vnum principium propter illud indiuiduum subsistens Patri & Filio commune, non esse in vsu modum loquendi, qui concedit esse plura principia, idque propter hæreticos, & ne detur occasio errandi simplicibus: eò quod in rebus creatis valere soleat talis consequentia, hæc sunt vnum principium huius rei, ergo non sunt plura principia. Quod idem iudicium ferendum censent hi autores de his propositionibus, *Pater & Filius sunt plures spiratores*, sunt plura principia Spiritus sancti, in quibus à parte prædicati ponitur nomen substantiuum, ac de his, *Pater & Filius sunt plures spirantes, aut spirant Spiritum sanctum*, in quibus participium, *spirantes*, & verbum *spirant*, sumuntur adiectiue.

Sunt qui stoachentur aduersus hos Doctores eò quod in diuinis constituent illud indiuiduum subsistens commune Patri & Filio, nostro intelligendi more constitutum ex essentia & spiratione actiua. Videnturque asserere, spiratorem esse concretum deductum solum à relatione spirationis actiue Patri & Filio communi, quasi nomen, *spirator*, de formali eam relationem, præcisè consideratam ab essentia, significet: cum tamen vocabula, *Pater*, *Filius*, & *Spiritus sanctus*, vt ex dictis quæst. 28. art. 2. disp. vltima est manifestum, essentiam simul, & relationem dicant de formali.

Argumentatur verò aduersus Ochamum & Ga-

Abrielem. Primò, quia id est ponere quæcunq; in diuinis. Secundò, quia sequeretur Spiritum sanctum non immediatè procedere à Patre & Filio, sed ab illo constituto vtrique communi. Tertiò, quia sequeretur Spiritum sanctum à nulla persona immediatè procedere, sed ab illo constituto, quod non est persona. Quartò, quia Scriptura Ioa. 1. affirmat Spiritum sanctum procedere à Patre, non verò ab illo constituto. Et ad Galat. 4. Spiritum sanctum esse spiritum Filij, non verò illius constituti.

Quintò, addunt alij, spiratio actiua aduenit, nostro etiam intelligendi more, Patri & Filio iam constitutis ex essentia & relationibus paternitatis & filiationis: ergo neque cum Patre & Filio, neque cum eorum essentia constituere potest vnum per se.

Sextò, constitutum illud neque est indiuiduum nature diuinæ, neque indiuiduum contentum sub persona diuina in commune: cum ergo in diuinis non aliud sit admittendum indiuiduum, quàm natura diuinæ, aut personæ in commune, consequens est, vt reiiciendum omnino à diuinis sit constitutum ex essentia & spiratione actiua.

Septimò, constitutum illud, si sit admittendum, commune quippiam erit duobus suppositis diuinis, nempe Patri & Filio: ergo non erit indiuiduum in se, ac proinde neque illi conueniet ratio indiuidui, quæ est, esse indiuiduum in se, & diuini à quocumq; alio.

Sit nihilominus prima conclusio. Non videtur negandum, spiratorem esse vnum per se ac subsistens, ex essentia diuina & relatione spirationis actiue constitutum, quod idcirco indiuiduum sit, & non persona, quod Patri & Filio sit commune. Probatur, quoniam in diuinis datur ratio spiratoris, seu spirantis actiue, Spiritui sancto relatiuè opposita, Patrique ac Filio per identitatem realem ac formalem communis. Etenim cum Spiritus sanctus, relatiuè quoddam sit, habere debet correlatiuum: hoc autem non est Pater & Filius, quæ Pater & Filius sunt, eò quod, quæ Pater & Filius, sint duæ res realiter inter se distinctæ, adiuicemque relatiuè oppositæ, non verò Spiritui sancto, nisi secundum rationem spirantis seu spiratoris vtrique communem, in qua sunt vnicum, simplicissimum Spiritus sancti principium, vt Lugdunense & Florentinum Concilium definiunt. Neque video quis neget; aut negare possit, rationem illam Patri & Filio comunem, per quam Spiritui sancto, tamquam ab ipsis spirato relatiuè opponantur. Hoc ita constituto peto: vel ratio illa includit essentiam, vel non: non est dicendum eam non includere, quippe spirator non per relationem tamquam per principium quod, sed intrinsecè per essentiam tamquam per principium nostro intelligendi more remotius, & per voluntatem tamquam per principium proximum spiret Spiritum sanctum: ergo essentiam includit. Et cum spiratoris ratio relatiua sit Spiritui sancto relatiuè opposita, utiq; adder relationem spirationis actiue, ac proinde erit quippiam intrinsecè constitutum ex essentia & spiratione actiua, non secus ac Spiritus sanctus ex eadem essentia & spiratione passiuæ nostro intelligendi more est constitutus. Ratioque ipsa postulat, vt sicut vnum relatiuum diuinum, Spiritus sanctus scilicet, essentia includit & addit spirationem passiuæ, ita alterum eadem essentiam includat, & addat spirationem actiuam. Vterius peto, vel ratio spiratoris, nostro intelligendi modo ita constituta, est vnū per se, vel vnum per accidens: non est affirmandum esse vnum per accidens: tum quia in diuinis omnia sunt vnum simplicissimum, inter quæ non est oppositio relatiua, vt inter essentiam & spirationem actiuam non datur

Ochamii, & Gabrielis opinio.

Qui censent spiratorem non esse indiuiduum constitutum ex essentia & spiratione impugnant Ochamum.

1. Causa Spiratorum est per se et subsistens ex essentia et spiratione actiua con-

ens autem per accidens appellari nequit vnum simplicissimum, imò neque vnum simpliciter, sed vnum cum addito, & secundum quid: tum etiam quoniam cum Pater & Filius in se sint duae res realiter distinctae adinuicemque relatiue oppositae, neque sit alia ratio formalis, in qua sint vnum principium Spiritus sancti, quam ratio spiratoris (sicut non est alia ratio, in qua tres personae diuinae sint vnum principium creaturarum, quam ratio Dei, quae Deus est, in qua tres personae diuinae sunt vnum) sanè si spiratoris ratio non esset vnum per se, sed per accidens, Pater & Filius non essent vnicum simplicissimum Spiritus sancti principium, sed vnum dumtaxat per accidens, contra definitiones Ecclesiae in Conciliis Lugdunensi, & Florentino.

Spirator est vnum per se subsistens.

Est ergo ratio spiratoris vnum per se, constitutum ex essentia & spiratione actiua, ac proinde est quippiam subsistens: non quidem in ea acceptione, qua subsistens & suppositum idem sunt, sed in ea, qua diuinam essentiam dicimus esse quid subsistens, hoc est, existens independens à quocumque alio, cui quasi inexistat. Etenim, quod diuinam essentiam includit, subsistens hoc modo est: quare si spiratoris ratio essentiam diuinam includit, subsistens erit in acceptione, de qua loquimur. Possumusque idem confirmare, quoniam si per impossibile non esset in Deo ratio Patris & Filij, nec processio per intellectum, sed solum per voluntatem, non minus spirator actiue subsisteret sine Patre ac Filio, quam modo subsistat Spiritus sanctus.

Quo loco, antequam ad postremam conclusionis partem accedamus, obserua, cum quaest. 29. art. 2. disputat. 3. ostenderimus, relationes diuinas, praecise consideratas ab essentia, non subsistere, sed cum essentia constituere quippiam subsistens peculiari sua subsistentia, sanè si vocabulum *spirator*, aut *spirans*, solum esset concretum ab spiratione actiua praecise considerata ab essentia, non significaret indiuiduum subsistens Patri & Filio commune, sed de formali diceret solum relationem nequaquam subsistentem, supponeretque immediatè tamquam pro subsistentibus, & immediatè spirantibus, vt quod, pro Patre & Filio: vnde haec propositio, *spirans spirat Spiritum sanctum*, esset quasi per accidens, & quodammodo vt haec, *album (ostenso Petro) ambulat*: quia non spirans, quae spirans, sed Pater & Filius, quibus superuenit relatio spirantis, & pro quibus nomen *spirans*, tamquam pro spiratoribus, vt quod, supponeret immediatè, spirarent Spiritum sanctum, idque non per spirationem ipsam actiuam tamquam per principium quo, sed per essentiam & voluntatem, intrinsecas quidem Patri & Filio, non verò spiranti, quatenus spirans est. Quocirca non satis videb, qua nam ratione Pater & Filius dici possint vnicum principium spirans, vt quod Spiritum sanctum, vt Ecclesia dicit ac esse definit, si non dicatur nomen, *spirans*, significare immediatè quippiam in sua ratione formali includens simul essentiam ac spirationem actiuam, in quo Pater & Filius sint vnicum principium quod Spiritus sancti, licet in se sint plures res & plura supposita, quorum quoduis, quatenus cum altero in illa ratione formali conuenit, Spiritus sancti spirat.

Obserua etiam, quosdam ex iis, quibus cum disputamus, asserere, essentiam esse de intrinseca ratione cuiusque relationis diuinae, eaque de causa singulas relationes diuinas subsistere: data autem ea opinione, nescio quo pacto defendere possint, singulas personas diuinas nostro intelligendi more constitui ex essentia & relatione, spiratorem, verò non

A item. Praterèa non video, qua ratione defendere valeant, relationem spirationis actiuae non esse subsistentem, formalèque spiratoris non esse quippiam subsistens, vt quidam eorum defendere videntur.

Denique in postrema conclusionis parte diximus, rationem spiratoris, seu spirantis, esse indiuiduum quoddam, & non personam, eò quod Patri & Filio sit communis. Et quidem quod nec persona, nec suppositum sit, omnes concedunt, neque sine aperto errore posset negari: quandoquidem de ratione suppositi, ac personae sit esse quippiam incommunicabile: ratio autem spiratoris communis sit per identitatem realem ac formalem Patri & Filio: quippe cum Pater spirator sit Spiritus sancti, & Filius similiter. Quod verò indiuiduum sit, video negari à quibusdam ex contraria sententia autoribus: sed nescio qua probabilitatis specie, nisi pro eodè vsurpent indiuiduum & suppositum, ac similiter neget, essentiam diuinam esse indiuiduum quoddam, propter communicabilitatem realem qua absque vlla sui diuisione communis est tribus personis diuinis, quae communitas licet rationem suppositi tollat, non tamen indiuidui simpliciter, vt communis Doctorum sententia affirmat. Possumusque in hunc modum argumentari. De quacumque ratione formali, siue illa diuina, increataue sit, siue creata, verum est dicere, vel est diuisa in multa, vel non est diuisa: si non sit diuisa, est indiuiduum: quia diuisa in se & diuisa à quocumque alio, quod in numero secum ponat, idque siue simul sit natura communis communitate reali absque vlla sui diuisione, vt sunt, essentia diuina, hic Deus, spirans, seu spirator, siue non: vel est diuisa in multa, & tunc est natura propriè vniuersalis, communitate sola rationis illis multis communis, in quibus est diuisa, qualis est natura humana cõparatione Socratis & Platonis: cum ergo ratio spiratoris, seu spirantis, diuisa in multis non sit: consequens est, vt indiuiduum quoddam sit, neque id aduersarij possint negare, sicut negare nõ possunt, spirationem actiuam, in abstracto significatam, esse indiuiduum relationis diuinae. Quod autem in controuersiam vocari potest, solum est, an cum spirationis ratio indiuiduum sit reali communitate minus late patens, quam essentia diuina: eò quod commune solum sit Patri & Filio, essentia verò communis etiã sit Spiritui sancto: an, inquam, sit indiuiduum intrinsecè includens essentiam, adensque relationem spirationis actiuae per quam essentia quodammodo restringatur, ita vt spirans indiuiduum sit relatiuum sub Deo essentialiter collocatum Spiritui sancto, cui relatiue opponitur, contra diuisum, sicut etiam Spiritus sanctus indiuiduum est sub Deo essentialiter collocatum, & spiranti cui relatiue opponitur, atque ad eodè Patri & Filio quibus spirantis ratio conuenit, contra diuisum: an verò sit indiuiduum dicens solum de formali relationem spirationis praecise significatè ab essentia, ita vt spirans essentialiter & intrinsecè non sit Deus, sed solum per identitatem realem ac formalem, atque haec enunciatio, *spirans est Deus*, similis quodammodo sit huic, *rationale est animal*. Nos, quod primo loco dictum est, verum putamus, idque credimus sufficienter probari iis, quae à nobis hactenus dicta sunt: aduersarij autem secundum verum arbitrantur.

Spirator non persona, sed indiuiduum commune Patri & Filio.

C Antequam secundam conclusionem subiiciamus, diluenda sunt duae obiectiones. Prima est, quae quinto loco fuit à principio proposita, sed in hunc modum claris confici potest. Relationes paternitatis & filiationis, nostro intelligendi modo cum funda-

mento

1. Obiectio.

mento in re, antecedunt spirationem actiuam: eod quod illa sint habitudines eius, a quo alius, & qui ab alio per intellectum, spiratio vero actiua & passiuua sint habitudines eius a quo alius & qui ab alio per voluntatem, & operatio voluntatis supponat operationem intellectus, vt artic. 2. disputat. vltima ostendimus: cum ergo paternitas ante aduentum spirationis actiuae constituat cum essentia vni per se & filiatio similiter: efficitur planè, vt spiratio actiua cum eadem essentia non constituat vnum per se.

Obiectio.

Secunda est, quando tres gradus metaphysici se habent ordine quodam, vt se habent viuens, sensitiuum & rationale, sanè duo extremi sine intermedio, vt rationale & viuens, non constituunt vnum per se: quare cum essentia, paternitas, & spiratio actiua cum inter se ordinem seruent in Patre, vt essentia praeintelligatur paternitati, & paternitas spirationi actiuae, sequitur ex essentia & spiratione actiua non constitui vnum per se.

Ad primam obiectionem.

Ad primam harum obiectionum concessa maiori, & minori, neganda est consequentia. Quomodo enim, quod paternitas & filiatio praeintelligantur aduenire essentiae: non tollit, quin spiratio passiuua, quae nostro intelligendi more aduenire intelligitur posterius eidem essentiae, cum ea constituat Spiritum sanctum, qui est vnum per se: sic etiam illud idem non impedit, quominus ex spiratione actiua & essentia constituantur spirator, qui sit vnum per se. Etenim commune est diuinis relationibus, vt singulae cum essentia constituant vnum per se, nihil impediens alia, quae nostro intelligendi modo praeaduenire intelligatur, constitueretque cum eadem essentia vnum per se. Praesertim cum ea relatio, quae posterius aduenire intelligitur, immediate sit vnum cum essentia, eidemque quasi coniungi intelligatur, & non prius relationi, & per relationem essentiae. Tamen quia neque cum relatione, neque cum essentia habet oppositionem, cum vtraque sit idem atque vnum per se.

Ad secundam.

Ad secundam bene respondet Ochamus, minorem solum esse veram, quando gradus illi talem seruant ordinem, vt tertius per secundum actuet, seu informet primum, ita videlicet, vt tertius sit actus immediatus secundi, & quasi medius primi: quae sanè locum non habent in essentia & relationibus diuinis, in quibus nihil habet rationem actus aut partis, etiam metaphysicam, vel comparatione alterius, vel comparatione suppositi, in quibus sunt, sed essentia immediate est eadem cum quacumque relatione, vt in solutione praecedente dictum est.

Secunda conclusio.

Secunda conclusio. Spirator communicat in essentia diuina cum Patre & Filio: neque ratio spiratoris ita est de intrinseca ratione Patris & Filij, vt est essentia diuina, sed quia spiratio actiua nihil cum Patre & Filio pugnat, quin potius eam sibi efflagitant, ratio spiratoris communis est per identitatem realem & formalem Patri & Filio, suapteque natura eam sibi vendicat, estque vnum per se tam cum Patre, quam cum Filio, qui in ratione spiratoris sunt vnum, tamen inter se, propter mutuam oppositionem, realiter suppositoque distinguantur.

Secunda conclusio elusio. Spirator in essentia communicat cum Patre & Filio, neque spiratoris ratio ita intrinseca illis est vt essentia.

Prima pars ex praecedente conclusione est notissima. Secunda autem ex eo probatur, quoniam cum generatio diuina sit per intellectum, spiratio vero per voluntatem, prius nostro intelligendi more cum fundamento in re intelligitur aduenire essentiae relatio paternitatis, & filiationis, complexiue intelliguntur rationes Patris & Filij, quam intelligatur aduenire relatio spirationis actiuae & passiuuae, complexiue ratione spiratoris & Spiritus sancti:

A ratio ergo spiratoris, seu spirantis, minus est de intrinseca ratione Patris & Filij, quàm tales sunt, quam sit essentia diuina. Etenim paternitas & filiatio quasi contrahunt & determinat ad esse Patris & Filij diuinitatem, quam praesupponunt, & idcirco Pater & Filius intrinsece eam includunt: rationem vero spiratoris, spirationemve actiuam, per quam ratio spiratoris completur, quia non praesupponunt, quin potius paternitas & filiatio ab ea in Patre & Filio praesupponuntur, numquam illam contrahunt ad esse Patris & Filij, quasi Pater & Filius intrinsece eam includant, sed solum sunt eum ea vnum re & ratione formali, eod quod inter spiratoris rationem, & rationes Patris & Filij nulla sit oppositio. Atque ex his reliquae conclusionis partes sunt notissimae, si hoc vnum addas. Quia Pater & Filius ante omnem actum voluntatis diuinae sibi vendicant essentiam diuinam, quam Pater Verbo per intellectum generatione aeterna communicat: essentia autem ita spectata fecunda est in illis vt per voluntatem eis ipsis principium sit spirandi Spiritum sanctum: idcirco Patrem & Filium suapte natura sibi efflagitare relationem spiratoris, quae ex natura rei idem sit cum prima & secunda persona adorandissima Trinitatis, ac proinde quid ipsis commune, in quo non minus sint vnum & idem, quam in diuina essentia. Illud obserua, licet apud dicamus, rationem spiratoris esse vnum per se cum Patre & Filio per omnimodam identitatem realem & formalem eum vtroque: inepte tamen dici, constitutere vnum per se cum Patre & Filio: eod quod non detur tertia ratio quae intrinsece includat rationem spiratoris & Patris ac Filij, quasi ex illis nostro intelligendi modo coalescens, eo pacto quo ex essentia & paternitate constitui, nostroque intelligendi modo quasi coalescere ratio Patris intelligitur.

D Ad primum argumentum contrariae opinionis, si intelligant id esse ponere in Deo quaternitatem rationum formalium virtute inter se distinctarum, quae sint tantum tres res, & tres rationes formales secundum rem, rationemque formalem inter se distinctam, concedendum id est, neque eam veritatem ipsi negant. Affirmit namque esse in Deo quatuor relationes reales, & tres tantum personas, atque vnam essentiam ipsis communem, quae neque numerum rerum, neque rationum formalium cum illis facit. Si vero intelligant, id esse ponere quaternitatem rerum, aut rationum formalium, quae secundum rem, aut rationem formalem inter se distinguantur, negandum est: antecedens. Id vero solum est quod Concilium Lateranense capite Damianus, de summa Trinitate & fide Catholica negat in Deo reperiri.

F Ad secundum dicendum est, cum tertium illud constitutum sit idem secundum rem & rationem formalem cum Patre & Filio, nec numerum substantiarum: cum Patre & Filio efficiat (quemadmodum neque hic Deus, in Patre & Filio & Spiritu sancto intrinsece includitur, cum eis ponit in numero substantiarum, vt quae 2. artic. 2. disput. 3. ostensum est) & insuper eadem essentia, & voluntas fecunda ad productionem Spiritus sancti intrinseca sit non minus Patri & Filio, quam illi constituto: sanè non minus de Patre & Filio, quam de eodem constituto verum est, quod producat Spiritum sanctum, vt principium quod, per essentiam & voluntatem fecundam, quam habet intrinsecam tamquam per principium quo. Vt enim Socrates immediate intelligit vt quod, & anima in eo inclusa (eod quod subsistat) intelligit etiam vt quod: ita multo magis tam Pater & Filius, quam etiam illud constitutum, quod

Ad primum argumentum de personis.

Ad secundum.

MOLL
INDI
D.

quod cum Patre & Filio est magis vnum, quam Socrates cum sua anima, neque vlla ratione ponit in numero cum illis, dicendi sunt producere immediate Spiritum sanctum, vt id quod producit.

Ad tertium. Ad tertium neganda est sequela: immediate namque procedit Spiritus sanctus, vt à principio quod, à Patre, & immediate à Filio, ac immediate ab illo constituto, quæ in ratione principij quod Spiritus sancti, non sunt plura principia, sed vnum tantum, vt ex sequentibus magis perspicuum fiet.

Ad quartum. Ad quartum ita est respondendum. Sicut Scriptura dum affirmat Spiritum sanctum procedere à Patre non negat procedere etiam à Filio: ita neque negat procedere à constituto illo, in quod Pater & Filius, in ratione principij Spiritus sancti, sunt vni. Eodemque pacto quemadmodum dum affirmat Spiritum sanctum esse Spiritum Filij, non negat esse etiam Spiritum Patris: sic non negat esse Spiritum eiusdem constituti.

Ad quintum. Quinto argumento satisfacimus respondendo ad obiectiones ante secundam conclusionem.

Ad sextum. Ad sextum dicendum est, esse indiuiduum contentum essentialiter sub natura diuina, seu sub Deo, quæ Deus est, & contra diuisum seu distinctum, ac relativiè oppositum Spiritui sancto: at verò esse commune per identitatem realem & formalem Patri & Filio, virtute solum ab eis distinctum: vt hæc omnia late ostensa sunt. Cum verò aduersarij negare non possint esse indiuiduum, illis explicandum erit, cuius natura, iuxta ipsorum opinionem, sit indiuiduum.

Ad septimum. Ad septimum, concessio antecedente de communitate per identitatem realem & formalem absque inclusione vnius in alio, vt explicatum est, neganda est consequentia. Quod enim commune est multis, quæ non sunt multa secundum idem, sed secundum aliud nomen, seu (quod idem est) quod commune est multis communitate reali, eo pacto, quo essentia diuina communis est tribus personis diuinis, vtique absque sui diuisione est illis commune, atque adeo communitas illa rationem indiuidui non tollit, vt hoc in Deo comparatione trium personarum diuinarum est manifestum.

DISPUTATIO III.

Aliquot regule, quibus propositiones aliquæ Catholica in hac materia inniuntur.

Nemo abstrahit in diuina natura nisi supponat propositum.
 Vnt adhuc nonnulla adnotanda. Primum est, quemadmodum nomina essentialia in abstracto, vt Deitas, essentia diuina, aternitas, & cætera, propter modum significandi in abstracto, non supponunt pro suppositis diuinis, eaque ratione actus notionales, vt generare, generari, spirare, spirari, qui suppositis conueniunt, ratione suppositorum non verificantur de natura diuina in abstracto significata, vt ex Concilio Lateranensi cap. *Damnatus*, de summa Trinitate, & fide Catholica constat: ita etiam nomina abstracta, spiratio actiua, & vis spiratiua, propter eundem modum significandi, non supponere pro suppositis Patris & Filij, in quibus spiratio actiua, vtque ad spirandum reperiuntur, & cum quibus sunt idem. At verò, quemadmodum nomina substantiua concreta essentialia, vt Deus, & hic Deus, propter modum significandi in concreto supponunt, non solum pro natura singulari diuina subsistente, quam solum significant de formali, sed etiam pro suppositis, quibus etiam conuenit habere Deitatem, esseque per eam Deum, tamquam id

A quod est Deus, eaque ratione actus notionales, qui proprij sunt suppositorum, verificantur de Deo, & de hoc Deo, dicimus namque: *Deus generat: Deus spirat, Deus generatur, Deus spiratur*: sic etiam nomina hæc substantiua concreta, *principium Spiritus sancti, & spirator*, propter modum significandi in concreto, supponunt, tum pro spiratore actiue, qui, vt ostendimus, est indiuiduum subsistens Patri & Filio commune, & quem solum nomina illa immediate ac simpliciter significant, sed etiam pro suppositis Patris & Filij, quibus conuenit ratio spiratoris, principij Spiritus sancti, ac proinde producere, spirare, vt quod, Spiritum sanctum.

B Secundum est, esse hoc maxime adnotandum discrimen, inter nomen concretum substantiui significans naturam vniuersalem communem multis, in quibus diuiditur, & multiplicatur, ac proinde comparatione quorum est vniuersalis, & nomen substantiui concretum significans naturam, rationemve formalem communem multis, in quibus non diuiditur, nec multiplicatur, sed tota est in singulis, & tota in omnibus (qualia sunt nomina, Deus, & hic Deus, comparatione totius gloriosissimæ Trinitatis, spirator, & principium Spiritus sancti, comparatione Patris & Filij, qualia etiam essent nomina, hic homo, comparatione trium suppositorum diuinorum, & hoc album, comparatione trium subiectorum, si eadem humana natura assumpta simul fuisset à tribus suppositis diuinis & idem numero candor diuinæ virtute inhereret simul tribus subiectis.) Illud, inquam, esse maxime notandum discrimen, quod nomen concretum substantiui significans naturam vniuersalem communem multis, in quibus diuiditur, supponit pro illis multis diuisiue. Quod si superueniat signum vniuersale, seu distributum, vt in hac, *omnis equus currit*, supponit pro illis copulatiue. Vnde sensus eius propositionis est, & hic equus currit, & hic, & ita de cæteris sub equo in commune contentis. Quod si nullum signum superueniat, sed propositio sit indefinita, vel superueniat signum particulare, supponit pro illis distinctiue. Quare sensus harum propositionum, *equus, aut aliquis equus currit*, est, vel hic equus currit, vel ille, vel alius de cæteris, quos equus communis complexu suo continet. Vnde efficitur, vt quando propositiones indefinitæ sunt, aut particulares, tam ea quæ affirmat, quam ea quæ negat, esse possint simul veræ, ratione diuersorum, pro quibus subiectum

Discrimen notandum circa significationem concretorum nominum substantiuorum.

D illis copulatiue. Vnde sensus eius propositionis est, & hic equus currit, & hic, & ita de cæteris sub equo in commune contentis. Quod si nullum signum superueniat, sed propositio sit indefinita, vel superueniat signum particulare, supponit pro illis distinctiue. Quare sensus harum propositionum, *equus, aut aliquis equus currit*, est, vel hic equus currit, vel ille, vel alius de cæteris, quos equus communis complexu suo continet. Vnde efficitur, vt quando propositiones indefinitæ sunt, aut particulares, tam ea quæ affirmat, quam ea quæ negat, esse possint simul veræ, ratione diuersorum, pro quibus subiectum

E supponit, eaque ratione inter eas esse nequeat contradictio, sed solum subcontraria oppositio. Quando verò nomen substantiui concretum significat naturam, seu rationem formalem communem multis in quibus non diuiditur, sed tota est in singulis, & in omnibus, tunc pro omnibus, quibus illa conuenit, & quæ per eam sunt talia, vt quod, supponit vnica suppositione, quatenus sunt vnum in participatione illius nature, aut rationis formalis minime in eis diuisæ, esto in seipsis, secundum suas proprias & peculiare rationes formales, sint multa. Quemadmodum enim, licet lapides & ligna, ex quibus constat domus, in se sint multa secundum suas proprias rationes formales, in ratione tamen domus non sunt multa, sed vna domus, propter vniam tantum formæ domus, quam illa omnia participant, pro illisque omnibus vnica suppositione supponit vocabulum concretum ac substantiui *domus*: ita etiam licet Pater, Filius, & Spiritus sanctus, secundum suas proprias rationes formales sint multe res, multa supposita, seu personæ: in ratione tamen Dei, sunt vnus tantum Deus, pro illisque omnibus

Nomina substantiua concreta essentialia supponunt solum pro natura singulari diuina subsistente, sed etiam pro suppositis.

omnibus (vna cum indiuiduo subsistenti natura diuinæ illis omnibus communi) supponit vocabulum concretum ac substantiuum. *Deus, aut hic Deus*, vnica suppositione, id est, neque copulatiue, neque disiunctiue pro singulis, quibus conuenit, vt sit *Deus*, aut *hic Deus*, sed indistincte pro eo cui conuenit, vt sit *Deus*, aut *hic Deus*, quod in ratione Dei est vnum quid, & non multa, esto secundum proprias ac peculiare alias rationes formales aliis nominibus significatas sit multa. Vt enim nomina concreta substantia dicantur pluraliter, necesse est non solum pluralitas suppositorum, quibus significatum formale talis nominis conueniat, pro quibus nomen supponat, sed etiam significati formalis, penes quod etiam illa vnum, aut multa, in ratione nomine illo formaliter significata, indicanda sunt, vt cum Scoto paulo ante explicauimus, affirmatque hoc loco D. Thomas, & alii saepe. Porro eiusmodi nomina supponere indistincte, ac iuxta sensum explicatum vnica suppositione pro omnibus, quibus conuenit, vt quod, ratio formalis per tale nomen significata, appellat D. Thomas hoc loco in responsione ad quartum, suppositionem confusam. Longè aliter de suppositione confusa loquens, quam loquantur illi, qui ad sui arbitrium summularum artem in multis excogitarunt, nec philosophiam solum, sed & sacram Theologiam sophismatis, nauisque viro sapiente indignis infecerunt.

Quia ergo eiusmodi nomina quasi vnica suppositione, iuxta modum explicatum, supponunt pro omnibus, quibus ratio formalis per nomen significata conuenit, vt quod, inde est, vt si vniuersali signo afficiantur, non distribuuntur pro his, pro quibus supponunt (quæ aliàs sunt multa secundum rationem formalem per aliud nomen significatam) quin potius cum eiusmodi nomina significant de formali res singulares, perinde est signo vniuersali, aut particulari ea afficere, ac si quodcumque aliud nomen singulare simili signo notaretur. Quare perinde est dicere, *Deus, aut hic Deus generat*, ac dicere *omnis Deus generat*: cum enim sit vnus tantum *Deus*, sanè, si hic generat, omnis *Deus generat*, licet non generet quoad omne suppositum, cui conuenit esse *Deum*, sed solum quoad suppositum Patris: perinde etiam est dicere, *Deus, aut hic Deus non generat*, ac dicere, *nullus Deus generat*: quia similiter, cum sit vnus tantum *Deus*, si hic vnus non generat, nullus omnino generat.

Hinc intelliges, propositiones, in quibus eiusmodi nomina apponuntur à parte subiecti, non minus esse singulares, quam si non haberent plura supposita, pro quibus supponerent. Præterea quando aliquid negatur à tali subiecto, negari ab omnibus, pro quibus supponit: eod quod quasi vnica suppositione indistincte, minime diuisiue pro illis supponat. Etenim sensus huius propositionis, *hæc domus non est cedrina*, est hic: hæc domus secundum nullam sui partem (quæ sufficiat, vt ex ea totum denominetur) est cedrina: eod quod subiectum, cum sit singulare, supponat vnica suppositione pro omnibus suis partibus, eaque ratione de subiecto, quoad omnes suas partes censetur negari prædicatum, ac proinde licet, vt verè dicas hanc domum esse cedrinam, satis sit, vt secundum rectum sit talis, esto secundum alias partes id non habeat: nihilominus, vt verè negemus illam esse cedrinam, requiritur vt secundum nullam sui partem talis sit. Similiter ergo sensus huius propositionis, *Deus non generat*, est hic, *Deus secundum nihil eorum, aut ratione nullius eorum, pro quibus supponit, generat, quod est*

A falsum: quippe cum ratione Patris conueniat illi generare, licet ratione Filij, aut Spiritus sancti minime id ei conueniat.

Ex dictis intelliges facile quæ sequuntur. Primum est, non minus cerni contradictionem inter propositiones affirmantes & negantes, in quibus à parte subiecti ponitur aliquod eiusmodi nomè habens plura supposita, pro quibus ita indistincte, vnicaue suppositione supponat, quam inter quascumque alias propositiones de subiecto singulari. Quare, vt rectè affirmant D. Thomas, Caietanus & Bartholomæus Torres infra quæst. 39. artic. 4. Richardus, D. Bonauerura & Capreolus in 4. dist. 4. Sotus 5. lib. summularum, cap. 2. lect. 4. & plerique alij, hæc sunt contradicentes: *Deus generat, Deus non generat*: affirmansque est vera, eod quod ratione suppositi Patris conueniat Deo generare: ea verò, quæ negat est falsa, quoniam vt explicatum est, sensus illius est, ratione nullius eorum pro quibus nomen, *Deus*, supponit, conuenit Deo generare.

Quod si quis ita argumentetur: *Filius non generat: Filius est Deus: ergo Deus non generat*: neganda illi erit consequentia. Virtute namque est argumentum à non distributo ad distributum ex parte minoris extremi: *Deus* in minori non distribuitur, eod quod enunciatio affirmans sit in conclusione verò virtute distribuitur: quoniam, vt ex dictis patet, sensus illius est, Deo ratione nullius eorum, pro quibus supponit, conuenit generare.

Reicienda est ergo sententia Durandi, Gabrielis, & Gregorij in 1. dist. 4. asserentium, duas illas propositiones non esse contradicentes, sed subcontrarias, esseque vtramque in rigore ac simpliciter veram: propter hæreticos verò, negantem non concedi à sanctis, ne errandi occasio tribuatur simplicibus, arbitrandique esse plures Deos, de quorum altero affirmetur generare Filium, de altero verò id negetur. Sanè si sancti arbitrati fuissent propositionem illam negantem simpliciter, & in rigore esse veram, numquam id negassent, sed distinxissent, explicassentque, in quo sensu eius veritatem agnoscerent: satisque infirma est responsio, dum asseritur Patres ad tollendam occasionem erroris, negasse id verum esse, quod in se verum est. Id namque potius esset erroris occasionem præbere Catholicis, quam eam auferre. Præterea ansam hæreticis præberent insultandi in Catholicos, cum facile ostendere possent id verum esse, quod re vera est tale, Catholicique verum esse negarent. Adde, propositiones has, *Deus non generat, Deus non est Pater, Deus non est Filius*, & similes, quas autores citati censent simpliciter, & in rigore veras esse, statim se offerre naturali lumini intellectus vt falsas: fatuusque esset legitima causam inquirere, quare falsæ sint, talesque à sanctis reputentur, nempe, quia subiectum est singulare, indistincteque, & quasi vnica suppositione supponat pro omnibus, pro quibus supponit, quam leuissimo argumèto, quod affirmatio & negatio prædicari diuersis suppositis subiecti conueniat, asserere vtrumque verè tribui subiecto singulari, in quo supposita illa sunt vnum numero, & non plura.

Secundum est, nomen, *Deus, aut hic Deus*, semper comparatione prædicati, quod non est secunda intentio, supponere indistincte, & quasi vnica suppositione pro omnibus, pro quibus est natum supponere, nempe pro indiuiduo communicabili & subsistentia nature diuinæ, pro spiratore actiue, quod itidem indiuiduum est communicabile ac subsistens, & pro tribus suppositis diuinis: tamen non semper prædicatum verificetur de eo ratione omnium,

MOL
D

Contradictio
enunciatio
num in ter
minis dis
tinctis

Obiis.

Distrib.

Durand. G.
Gabriel. &
Gregorij
asserentium

Non est
secunda
intentio
supponit

nium, pro quibus supponit, sed interdum ratione alicuius, aut aliquorum dumtaxat. Verbi gratia, subiectum huius propositionis, *Deus creat*, supponit indistinctè pro omnibus, quæ numerata sunt, omnibusque & singulis. conuenit creare ratione naturæ diuinæ, quam omnia, & singula includunt. Subiectum etiam huius, *Deus generat*, pro eisdem omnibus indistinctè, & quasi vnica suppositione simili modo, supponit prædicatum, tamen non verificatur de subiecto ratione omnium, pro quibus supponit, sed solum ratione Patris. Aliud namque est in propositionibus id, pro quo termini supponunt, & aliud id, ratione cuius vnus terminus verè tribuitur alteri. Si enim dicas, *quidam homo currit*, subiectum supponit distinctiue pro omnibus hominibus: at si solus Socrates currat, prædicatum verificatur de subiecto ratione solius Socratis, esto pro alijs etiam hominibus sub distinctiue cum Socrate supponat, & æquè ratione aliorum hominum, si current, posset prædicatum eiusdem propositionis verificari de subiecto. Subiectum item huius, *Deus non generat*, simili modo pro eisdem omnibus supponit: sed quia, vt explicauimus, negatio in propositione singulari denotat prædicatum remoueri à subiecto, quoad omnia, pro quibus indistinctè supponit, propositio est falsa: quòd ratione personæ Patris conueniat Deo generare. Simili modo subiectum huius, *Deus spirat*, supponit pro eisdem omnibus indistinctè, prædicatum verò verificatur de subiecto, non ratione omnium, pro quibus supponit, sed solum ratione spiratoris, personæque Patris & Filij, quibus solis conuenit spirare. Huius quoque propositionis subiectum: *Deus est sanctissima Trinitas*, supponit pro eisdem omnibus indistinctè, prædicatum autem verificatur de subiecto ratione indiuidui comunicabilis ac subsistentis naturæ diuinæ in concreto, cui conuenit, vt sit tres personæ diuinæ simul, & vnæqueque earum sigillatim: sicut etiam idem prædicatum verificatur de natura diuinæ abstractè significata, vt ex capite *Damianus*, de summa Trinitate & fide Catholica constat. Non autem verificatur de spiratore actiue, nec de singulis suppositis diuinis, pro quibus vocabulum *Deus* supponit. Quod dictum est de his propositionibus in exemplum adductis, dicendum etiam est de quacumque alia, in qua prædicatum, quod non sit secunda intentio, tribuatur Deo.

Contrarium huius nostræ determinationis affirmant multi ex discipulis D. Thomæ cum eodem Doctore sancto, infra quaest. 39. artic. 4. arbitantes vocabulum, *Deus*, aliter ac aliter supponere in propositionibus in exemplum adductis. Ego tamen factis credo ex iis, quæ diximus, esse apertum, licet in eis non ratione eorundem prædicatum verificetur de subiecto, supponere tamen semper eodem modo & pro eisdem, vt in alijs vocabulis rerum creaturarum, de quibus, ratione diuersorum, pro quibus supponunt, varia prædicata verè affirmantur, vsu euenire solet.

Illud tamen est notandum, diuerso modo nomen significans totum integratum ex partibus, supponere vnica suppositione pro omnibus partibus, ex quibus tale totum coalescit, vt nomen, *domus*, pro omnibus partibus ex quibus domus constat: & diuersò nomen, *Deus*, aut *hic Deus*, pro omnibus, pro quibus illud supponere diximus. Nomen namque significans totum integratum, quasi collectiue supponit pro omnibus illis vnica suppositione tanquam pro rebus contentis in toto, pro quo vnica suppositione supponit: at verò nomen, *Deus*, supponit

A indistinctè pro habentem Deitatem, pro eoque cui conuenit, vt sit *Deus*, vt quod, & quia, id est, natura ipsa diuina, *Deus*, singula supposita diuina, & omnia aut plura simul, pro his omnibus in hoc sensu supponit quasi vnica suppositione, quòd supponit pro illis indistinctè: verum non in eo sensu diuinitate, quasi ratio per nomen, *Deus*, formaliter significata in eis diuidatur, illave sint multa secundum rationem eo nomine significatam.

Quæ dicta sunt de vocabulo, *Deus*, dicenda etiam sunt de vocabulis, *principium Spiritus sancti*, *spirator*, & *spirans*; si in terminatione neutra sumatur substantiue. Supponunt enim indistinctè, vnicaue suppositione pro constituto ex essentia diuina, & spiratione actiua, quòd indiuiduum est subsistens Patri & Filio commune, & pro Patre & Filio, siue sigillatim, siue simul spectentur: eodemque modo censendum est de oppositione enunciationum affirmantium & negantium, in quibus nomina illa apponuntur à parte subiecti.

Idem dicendum est de vocabulo, *hic homo*, si supponas tres personas diuinas singulas immediatè assumptisse eandem naturam humanam, ostendaturque homo ille, qui ex ea assumptione resultauit. Tunc enim vocabulum, *hic homo*, indistinctè immediatèque supponeret, pro tribus suppositis diuinis: tum simul, quatenus in ratione hominis essent vnus tantum homo, eò quòd formale significatum nominis substantiui, *homo*, in eis non diuideretur: tum etiam sigillatim, quatenus vnumquodque suppositorum diuinorum esset ille homo. Ex i hypothesi verò, quòd natura diuina immediatè assumptisset naturam illam humanam, nomen illud supponeret immediatè pro indiuiduo subsistente naturæ diuinæ, cui conueniret, vt esset ille homo immediatè, & mediatè supponeret pro tribus suppositis diuinis quibus ratione naturæ conueniret, vt essent ille idem homo.

Idem quoque dicendum est de vocabulo, *hoc album*, facta hypothesi, quòd idem numero candor diuina virtute sit in tribus subiectis. Tunc namque vocabulum, *hoc album*, supponeret immediatè tum pro tribus illis subiectis, quatenus, in ratione albi, essent illud vnum album: eò quòd significatum formale albi in eis minimè diuideretur: ad pluralitatem verò concreti substantiui necessaria sit pluralitas significati formalis: tum etiam pro vnoquoque eorum, quatenus, eum participaret totum significatum formale, esset illud idem album.

Quoniam verò concretum substantium in hoc differt ab adiectiuo, quòd substantiuum supponit pro eo quòd tale, vt quod, existit, eaque ratione substantiuum potest reddere suppositum verbo, & esse subiectum in enunciatione: adiectiuum verò solum, denotat adiacentiam significati formalis alicui alteri, quòd eo afficiatur, eaque ratione non potest reddere suppositum verbo, deficitque à perfectissima ratione nominis ab Aristotele 1. de interpretatione, cap. 2. definita, vt ibidem notatur: inde est, quòd si vel tria supposita diuina immediatè assumant eandem naturam humanam, vel idem candor diuina virtute vniantur tribus subiectis, non dicamus nomina, *hic homo*, & *hoc album*, supponere immediatè pro aliquo indiuiduo communi tribus suppositis diuinis, aut tribus subiectis albis, eò quòd nihil subsistens detur commune tribus diuinis suppositis, aut tribus illis subiectis, quòd immediatè sit homo, aut album, vt quod: quandoquidem significatum formale illorum nominum, nempe humanitas assumpta, aut candor, subsistentia non sint, neque vniantur

Si vero persona diuina eandem naturam humanam assumptisset, vnica suppositione supponeret.

vniantur immediatè alicui subsistenti, quod tribus illis suppositis, aut subiectis sit commune. Dicimus ergo nomina illa immediatè significare indiuiduum quoddam essentialiter contentum sub homine in commune, aut sub albo in commune, quod nihil sub se continet essentialiter, sed formale illius accidentario (vt distinguitur contra essentialiter) conuenit tribus suppositis diuinis, aut tribus subiectis: at verò eadem nomina supponere immediatè, tamquam pro eo quod est tale, vt quod, pro tribus suppositis diuinis, vt sunt vnum quid in ratione hominis, aut pro tribus subiectis, vt sunt vnum quid in ratione albi. Hinc intelliges, quòd si tres personae diuinae assumerent eandem naturam humanam, singularis homo, qui ex ea vnione resultaret, esset quidem indiuiduum sub homine in commune essentialiter contentum, nullam tamen personam sub se essentialiter contineret (cùm tamen essentia diuinae tres personas diuinas sub se essentialiter contineret, quae proinde personae sunt naturae diuinae,) nec tamen esset in se persona aut suppositum: quoniam ad rationem suppositi ac personae necessarium est, vt neque accidentaliter, vt distinguitur contra essentialiter, sit communicatum multis: indiuiduum autem illud accidentaria (id est, non essentialiter) praedicatione diceretur de Patre, Filio, & Spiritu sancto.

DISPUTATIO. IV.

*Examinatur, an limitationes quaedam admit-
tendae sint circa regulam traditam.*

*Limitatio re-
gulae substan-
tiorum &
adiectiuorum
à nonnullis
addita.*

Sunt qui regulam substantiuorum & adiectiuorum: nempe, quòd vt adiectiuum dicatur pluraliter, satis sit pluralitas suppositorum, quibus tribuitur, vt verò substantiuum concretum dicatur pluraliter necessaria sit pluralitas tam suppositorum quam significati formalis: conueniant limitandam esse, vt intelligatur, quando significatum formale substantiuum est de intrinseca ratione suppositorum: fecus autem quando non est de intrinseca eorum ratione. Tunc enim, inquit, satis est pluralitas suppositorum, vt tale nomen substantiuum dicatur de eis pluraliter, esto significatum formale illius sit idem numero in illis omnibus. Vnde quia natura diuina est de intrinseca ratione Patris, Filij, & Spiritus sancti, tres personae diuinae non sunt tres Dii, sed vnus Deus. Quia verò, si tres personae diuinae assumerent eandem humanitatem, humanitas illa non esset intrinseca rationi Patris, Filij, & Spiritus sancti, tres personae diuinae non essent vnus homo, sed essent tres homines, habentes singuli vt essent homines formaliter per eandem numero humanitatem. Eodem modo, si diuina virtute idem candor inesset tribus subiectis, quia candor ille non includeretur in essentia subiectorum, tria illa subiecta essent tria alba, habentia singula esse albi formaliter ab eodem numero candore.

Datam limitationem quidam ex Salmanticensibus in ea regula censent ponendam, de quorum numero est Bartholomaeus Medina in Commentariis in tertia parte, quaest. 3. artic. 7. in eademque sententia videtur esse Scotus 2. lib. Summularum, cap. 14. lect. 1. notab. 6. tamen si anceps sit, an limitanda potius regula sit eo modo, quo statim referemus Bartholomaeum Torres censere restringendam. Multi accedunt alijs, qui affirmant, si tres personae diuinae assumerent eandem naturam humanam, fore tres

A homines, & non vnum tantum, vt Marfilus in 3. q. 2. artic. 3. Gabriel & Almainus in eodem 3. dist. 7. quaest. 1. & Caietanus 3. par. q. 3. artic. 6.

Richardus etiam in 3. dist. 1. quaest. 4. refert quorundam sententiam, qui dicebant, ea hypothese data, quamuis vnaquaque persona diuina esset homo, omnes tamen tres neque dicendas plures homines, propter identitatem naturae humanae, neque vnum hominem, propter pluralitatem suppositorum: quam sententiam non improbat, refert tamen, vt aequè probabilem sententiam eorum, qui asseuerant dicendas esse vnum tantum hominem.

Durandus quoque eadem dist. quaest. 3. in responsione ad vltimum, licet dicat, nec propriè tunc dicendas esse plures homines, nec vnum tantum; addit tamen, potius esse dicendas vnum hominem, quam plures: sicut simpliciter dicuntur vnus Deus, & non plures, propter identitatem naturae diuinae. Caeterum quia tunc eis esse hominis conueniret: & quia, vt Durandus ipse, & Scotus eadem dist. 3. & quaest. notant, non datur medium inter esse vnum & plura, merito reliqui Doctores ab his dissentiunt, & quibus nonnulli affirmant simpliciter esse dicendas vnum tantum hominem: alij verò simpliciter esse plures. Qui affirmant dicendas esse plures homines, affirmant etiam tria subiecta affecta diuina virtute eodem numero candore, appellanda esse plura alba. Imò plerique eorum inde conficiunt argumentum, vt probent, tres personae diuinae assumentes eandem humanitatem appellandas plures homines.

Bartholomaeus Torres infra quaest. 39. artic. 3. aliter censet limitandam regulam illam substantiuorum, nempe vt locum non habeat, quando substantiuum concretum de formali significat accedens: at verò habeat vniuersim locum in substantiis, quae de formali significant substantiam. Vnde si tres, inquit, personae diuinae assument eandem numero humanitatem, erunt vnus tantum homo: si verò Deus sua omnipotentia eundem candorem, aut eandem numero artem collocet in tribus hominibus, erunt tria alba, & tres artifices, non verò vnum tantum album, aut vnus artifex.

Semper mihi placuit sententia, quae affirmat regulam substantiuorum concretum significantium esse vniuersim veram, principiaque, ex quibus cum Scoto eam deduximus, id certè demonstrant: vniuersimque & absque vlla distinctione aut limitatione eam ponit D. Thomas hoc loco, & quaest. 39. artic. 3. & alij saepe: & propter eam 3. par. quaest. 3. artic. 6. in responsione ad primum ait: *ex hypothesis, quod tres personae diuinae assumerent eandem humanitatem, futurus vnus tantum hominem, & non plures.* Idemque censet Scotus loco citato, & plerique antiquorum. Possumusque confirmare regulam illam esse vniuersim veram. Primò, quoniam tres personae diuinae non sunt tres Domini, sed vnus Dominus, vt ex symbolo Athanasij constat: sed nomen, *Dominus*, non significat de formali quippiam intrinsecum & essentialiter personam diuinam, sed respectum rationis, qui accidentaliter, ex temporeque de illis verè affirmatur: ergo regula illa est vera etiam quando nomen significat quid accidentarium, minimeque substantiale suppositis. Secundò, quoniam ratio spiratoris, principij Spiritus sancti, non est de intrinseca ratione Patris & Filij, quia Pater & Filius sunt: siquidem relatio spirationis actiuae intelligitur aduenire Patri & Filio post paternitatem & filiationem, vt supra ostendimus: sed Pater & Filius sunt vnus spirator, vnicumve principium Spiritus

*Alia Doctores
censent Torres
limitari.*

*Regula pro
dictam per
illa limita-
tione conuenit.*

Spiritus sancti, vt Concilium Lugdunense & Florentinum definiunt: ergo regula illa est vera, etiam quando nomen substantiuum de formali significat, id quod non est de intrinseca ratione suppositorum. Tertio si natura diuina immediatè assumeret naturam humanam, tres personæ diuinæ essent vnus numero homo: quia essent ille vnus numero Deus, qui primò & immediatè assumeret naturam humanam, quiq; esset vnus numero homo, tamquam vnus numero subsistens in natura humana: sed adhuc significatum formale nominis substantiuu, homo, aut, hic homo, non esset de intrinseca ratione diuinarum personarum: ergo regula est vera, etiam quando nomè substantiuum significat de formali id, quod non est intrinsecum suppositis, de quibus dicitur. Quarto, aduersus limitationè Bartholomæi Torres, in quam Scotus etiam propendet, licet argumentari in hunc modù. Quia quando significatū formale non est quid subsistens, diciturque accidentaliter, vt distinguitur contra essentialiter, de multis suppositis, extra quorū essentiam proinde est, impertinens sanè est, vt nomen de illis in plurali vel in singulari dicatur, quòd tale formale substantia sit, vel accidens, nec vllam, non dicam legitimam sed ne quidem apparentem possunt reddere rationem, quare, si accidens sit, non dicatur de illis in singulari, si verò sit substantia, dicatur: ergo nullam probabilitatem limitatio illa continet.

Alius quidam modus prædictam regulam limitandi cū specie probabilitatis nobis occurrit, quem sequenti propositione declaramus. Quando nomen concretum singulare de formali significat vnum quid subsistens, aut supponit immediatè pro aliquo vno subsistente, quod commune sit multis suppositis, dicitur in singulari de illis: quando verò, nec significat de formali quid subsistens, nec supponit immediatè pro subsistete communi talibus suppositis, non dicitur de illis in singulari, sed solum in plurali. Vnde quia nomen, *Deus*, de formali significat naturam diuinam subsistentem tribus diuinis suppositis communem, tres personæ diuinæ dicuntur, non tres *Dij*, sed vnus *Deus*. Quia etiam nomina, *Spirator*, *principium Spiritus sancti*, formaliter significant indiuiduū subsistens Patri & Filio commune, vt supra ostendimus, non dicuntur Pater & Filius plures spiratores, pluræve principia Spiritus sancti, sed vnus spirator, vnumq; ipsius principiu. Quia item nomen, *Dominus*, licet de formali non significet quid subsistens, supponit tamen immediatè pro natura diuina, siue pro hoc Deo, indiuiduo subsistente, tribusq; suppositis communi, tria diuina supposita non dicuntur *tres Domini*, sed vnus *Dominus*. Quia denique si natura diuina primò & immediatè assumeret eandem humanitatem, nomen, *hic homo*, dictū de eo homine, qui ex ea vnione existeret, licet non significaret de formali quippiam subsistens, supponeret tamen immediatè pro hoc Deo subsistente, tribusq; diuinis suppositis communi, tres personæ diuinæ dicerentur vnus numero homo, & non multi homines. At verò si tres personæ diuinæ immediatè assumerent eandem humanitatem, vel idè candor diuina virtute inhaereret tribus subiectis quia nomina, *homo*, &, *albius*, nec de formali significarent quippiam subsistens, nec immediatè supponerent pro aliquo vno subsistente, quod commune esset cæteris, non dicerentur in singulari de tribus suppositis, aut subiectis, quasi tria supposita diuina essent vnus homo, aut tria illa subiecta essent vnum album, sed dicerentur in plurali.

Posset verò reddi hæc apprensio vtriusque
Molina in D. Thom.

A partis regulæ. Quoniam cū concretum substantiuum supponat pro tali subsistente, hoc est, cui significatum formale talis concreti conuenit tamquam ei quod est tale, vt quod: ideoque substantiuum reddere possit suppositū verbo, adiectiuum non item, efficitur vt, quando concretum substantiuum de formali significat quid subsistens commune multis suppositis, vel immediatè supponit pro subsistente communi multis suppositis, cū de illo dicatur in singulari tale nomen substantiuum & supposita sint illud vnum subsistens ipsis commune, idem quoque nomen substantiuum, ratione illius, dicatur etiam in singulari de eisdem suppositis. Quādo verò nihil datur subsistens, quod & si tale secundum significatum formale nominis substantiuu, & sit commune suppositis, sed vnumquodque suppositorum immediatè sortitur significatum formale nominis substantiuu, estq; id quod rāquam subsistens est tale per illud, vt quòd, tunc nomen substantiuum dicatur pluraliter de illis, illaque dicantur esse tot homines, aut tot alba, quot fuerint supposita, seu subsistentia, quæ vel immediatè assumpserint naturam humanam, vel quibus Deus sua potentia vnierit eundem candorem.

Est hæc regulæ limitatio speciè probabilitatis primo aspectu præferat, amplectendā tamen censeo regulā absque vlla prorsus limitatione. Primò, propter principia, ex quibus illam deduximus ac probauimus cum Scoto, quæ sanè vnuerſim eam demonstrant. Nomen enim numerale, siue formaliter, siue virtute addatur substantiuo concreto, constituitur cum eo, denotatque pluralitatem non solum in materiali, pro quo tamquam pro subsistente supponit, sed etiam in formali, neque aliqua censentur multa secundum rationem illius nominis, nisi ratio illius nominis diuersa ab eis participetur, aut ea diuersa denominet: quare duo homines, licet sint multi secundum rationem nominis, *homo*, aut *animal*, quæ in eis diuiditur, si tamen diuina virtute affecti sint eodem candore, non dicuntur duo secundum esse albi, sed dicuntur vnum tantum album, quia in esse albi non diuiduntur, neque in participatione esse albi aut illius denominatione censentur plura subsistentia, sed vnum subsistens, album propter vnitatem esse albi.

Quemadmodū lapides, & ligna, quæ in se sunt multa subsistentia, in ratione tamen domus, censentur vnicum tantum subsistens domus, seu vnicum existens domus, vt quod tale est.

Secundò, quoniam si ea limitatio regulæ esset admittenda, profectò quamuis cōcedi posset, Patrem & Filium esse vnum spiratorem, principiuve Spiritus sancti propter eā quòd ratio spiratoris, quæ in se est vna, dicitur de vtroque, &, quatenus Pater & Filius sunt, quoad illam rationem dici possint vnus spirator, nihilominus in se cōcedi singul possent eos esse plures spiratores, vt Ochamus, Gabriël & plerique alij ex Doctoribus Nominabilibus contendunt in rigore ac simpliciter debere simul concedi quoniam sunt multæ res subsistetes, quarū cuius, circumscripta quauis alia, conuenit vt sit spirator, principiuve Spiritus sancti. Quare si quemadmodum, vt concreta adiectiua dicantur pluraliter, necessaria non est pluralitas significati formalis, sed sufficit suppositorum, ita etiam necessaria non est, vt concreta substantiua dicantur pluraliter, sanè sicut communis Doctorum sententia concedit Patrem & Filium esse plures spirantes, sumpto vocabulo, *spirantes*, adiectiuè, sic quoque concedi posset esse

R r esse

Molus qui-
da alius ve-
rijonitior est
dem regulā
limitandi.

Berth
Tm
att.

la pri-
ma
limi-
tandi.

esse plures spiratores substantiæ, pluraque principia Spiritus sancti, nullo facto discrimine inter adiectiua illa & substantiua, vt Doctores Nominales contendunt: cum tamen Concilium Lugdunense & Florentinum definiant, esse vnum tantum principium Spiritus sancti.

Eodem quoque modo, si ea limitatio regulæ sit admittenda, licet concedi posset, Patrem, Filium & Spiritum sanctum esse vnum Deum, quia sunt natura diuina, quæ est vnus Deus, concedit nihilominus simul posse esse in se ipsis tres Deos: quia in se sunt tria subsistentia, quorum quoduis est Deus. Præterea, quia Deus idem est, quod subsistens in Deitate aut habens Deitatem, omnes concedunt tres personas diuinas esse adiectiue tres res subsistentes in Deitate, aut tres res habentes Deitatem: ergo si, vt substantiuum dicatur pluraliter, necessaria non est pluralitas significati formalis, sed satis est pluralitas suppositorum, subsistentiumve, quibus formale illud conueniat, sanè in rigore simpliciterque esset concedendum, tres personas diuinas esse tres Deos.

Marsilius & Catharini assertum.

His rationibus permotus Marsilius in 1. quæst. 5. articulo 2. ad quintum ait, si vsus Ecclesie id admitteret, posse concedi tres personas diuinas esse tres Deos, quia tamen vsus Ecclesie id non admittit, idque propter hereticorum versutias, & ne insipientibus detur occasio arbitrandi esse plures Deos distinctos inter se in natura diuina, propositionem illam non esse concedendam. Ambrosius quoque Catharinus in illud Genes. 1. In principio creauit Deus, & car. asseuerat, concedendum esse tres personas diuinas esse Deos in plurali: non tamen concedendum esse, eas esse tres Deos, quia id denotaret pluralitatem in natura diuina.

Impugnatur.

Dicendum est nihilominus, tam hanc propositionem, tres persona diuinae sunt tres Dij, quam hanc, tres persona diuinae sunt Dij, simpliciter esse hereticas, Scripturæ, definitionibusque Ecclesie contrarias vt ex sequentibus testimoniis est manifestum. Deut. 6. Audi Israël: Dominus Deus noster, Deus vnus est. Deuter. 32. Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me. 1. ad Corinthios 8. Esti sunt Dij multi, & Domini multi, nobis tamen vnus est Deus. Ad Ephesios 4. Vnus Deus, vna fides. In symbolo Misæ à Concilio Nicæno inchoato, & à sequentibus generalibus Conciliis aucto & confirmato, Credo in vnum Deum. In synodica suggestionem, quæ in sexta synodo act. 4. habetur, inter alia ita scribitur, Deum Patrem consubstantialem, Deum Filium, Deum Spiritum sanctum, non tres Deos, sed vnum Deum, Patrem & Filium & Spiritum sanctum. In Epistola Sophronij, quæ habetur actione 11. & tamquam orthodoxa recipitur à Concilio actione 13. late ostenditur tres personas diuinas, non plures Deos, sed vnum tantum esse Deum. In Concilio Lateranenſi cap. Firmiter, de summa Trinitate, & fide Catholica. Vnus solus verus est Deus. In symbolo Athanasij. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, & tamen non tres Dij sed vnus est Deus. In Concilio Tolet. 6. c. 1. Credimus & profitemur sacratissimam, omnipotentissimam Trinitatem, Patrem & Filium & Spiritum sanctum, vnum Deum solum. In Toletano 11. post multa quæ eandem veritatem apertissimè docent, Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus singulariter dicitur: non tamen tres Dij, sed vnus est Deus. Longum, molestumque esset testimonia alia, quæ pendè in finita sunt, tam definitionum Ecclesie, quam sanctorum Patrum recensere.

Argument.

Ad argumentum autè illud, Deus idem est, quod habens Deitatem, Pater, Filius & Spiritus sanctus

A sunt tres habentes Deitatem: ergo sunt tres Dij, negat D. Thomas inferius qu. 39. art. 3. in responsione ad primum, consequentiâ. Quoniam licet Deus, & habens Deitatem, idem sint, nomen tamen, Deus, illud merè substantiue significat: oratio verò, habes Deitatem, ex parte illius participij, habens, significat adiectiue: quare cum vnum adiectiuum non construatur cum alio quando in minori dicitur, Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt tres habentes Deitatem, adiectiuum numerale, tres: conſtruitur cum Patre, Filio & Spiritu sancto, non verò cum oratione, habentes Deitatem: in conclusione verò conſtruitur cum substantiuo Dij, eaque ratione committitur fallacia quasi cõpositionis, aut diuisionis.

B Ex his iam facile erit intelligere id, cuius occasione tam multa dicta sunt. Cum enim nomina, spirator, & principium Spiritus sancti, substantiua sint, formalèque significatum eorum sit vnum & idem in Patre & Filio, ex hæcenus dictis est manifestum, non dici in plurali, sed solum in singulari de Patre & Filio, nihil pluralitate suppositorum Patris & Filij impediente. Quare Concilium Lugdunense & Florentinum iuxta sermonis proprietatem, ac in rigore desinuerunt, Patrem & Filium esse vnicum principium Spiritus sancti. Id quod potest confirmari, quoniam tres personæ diuinæ, nihil impediente pluralitate suppositorum, non dicuntur plura principia, sed vnum tantum rerum creaturam. Capite etenim Firmiter de summa Trinitate & fide Catholica, de sanctissima Trinitate definitur, Deum esse vnum vniuersorium principium: ergo pari ratione Pater & Filius, cum eadem spiratione actiua, eademque vi ad spirandum, producant Spiritum sanctum, nihil impediente pluralitate suppositorum, non dicuntur plura principia, sed vnicum Spiritus sancti.

D Illud etiam aduersus Ochamum, Gabrielem, aliòsque Doctores Nominales facile intelligitur: Licet Pater & Filius non sint plures spiratores, pluræque principia Spiritus sancti, hanc tamen propositionem esse simpliciter concedendam, Pater & Filius spirant Spiritum sanctum, & sunt duo spirantes, sumpto participio, spirantes, adiectiue, vt in rigore in terminatione masculina sumitur. Ratio est, quoniam, vt concreta illa adiectiua dicantur pluraliter, necessaria non est pluralitas significati formalis, sed sufficit pluralitas suppositorum Patris & Filij. Nomen etiam numerale, duo, non construatur cum adiectiua à parte prædicati, neque illud determinat, sed cõstruitur cū Patre & Filio, vt ex dictis constat.

E Illud postremò est animaduertendum, D. Thomam in 1. d. 11. & 29. vtrobique artic. vltimo, affirmasse cum quibusdam aliis, quamuis Pater & Filius non sint plura principia Spiritus sancti, appellandostamen esse plures spiratores propter pluralitatem suppositorum. Quod confirmabant ex illo Hilarij 2. de Trinitate, Spiritus sanctus à Patre & Filio autoribus constitendus est: porro Patrem & Filium autores esse Spiritus sancti, & esse spiratores illius, idem sunt. Merito tamen D. Thomam hoc loco propter regulam substantiuorum mutauit sententiam. Ad Hilarij verò responderet: Sumpsisse substantiuum pro adiectiua.

F Durandus nihilominus pertinaciter vult, Patrem & Filium appellandos esse plures spiratores. Ad regulam verò substantiuorum responderet, non esse veram, quando substantiua sunt nomina verbalia, vt sunt, spirator, &c. Inquit enim huiusmodi nomina in modum nominum adiectiuorum degenerare. Quod probat, quoniâ vnum substantiuum non

Spirator non dicitur pluraliter de patre & filio.

Pater & filius spirant, & sunt duo spirantes.

D. Thomas manente loco sententiam.

Spirator non dicitur pluraliter de patre & filio.

Marsilius
Catharini
assertum

non iungitur alteri à parte subiecti, nisi interuen- tu coniunctionis: neque enim dicimus, Socrates Plato currit, Sed Socrates, & Plato currit: adie- ctium verò sine interuentu coniunctionis iungit- ur substantiuo, dicimus enim: Socrates albus currit: quare cum nomina, inquit, verbalia non secus ac ad- iectiua, iungantur substantiis sine interuentu mediae coniunctionis, dicimus enim Socrates scriptor currit, sit, ut degenerent in modum adiectiuorum, eorūque regu- lam sequantur.

Verum hæc Durandi ratio est satis infirma ad excipiendum à regula substantiuorum nomina verbalia, quæ non id habent, quia nomina verbalia sunt, sed quia sunt nomina cōnotatiua. Vniuer- sim namque nomen substantiuum cōnotatiuum cohæret sine interuentu mediæ coniunctionis cum altero substantiuo, eò quòd significet in concreto quid accidentarium, neque ponat in numero sup- positiorum cum altero substantiuo: dicimus enim Socrates dominus, pater, &c. currit.

DISPUTATIO V.

Verum Spiritus sanctus procedat à Patre, & Filio quatenus sunt plures, an quatenus sunt vnum.

Q Væstio hæc excitatur circa responsonem ad primum D. Thomæ. Ante illius verò solutio- nem examinandum est, an in principio quod Spi- ritus sancti, in hoc sensu per se requiritur plura- litas suppositorum, quòd, si per impossibile Filius non concurreret, solus Pater non posset Spiritum sanctum producere: an verò solùm per accidens, eo modo quo in principio, quod, rerum creaturarum per accidens est pluralitas suppositorū, quatenus, esto per impossibile Deus non esset Trinus in per- sonis, æque bene produceret posset creaturas, ac eas trinus in personis produxerit.

Scotus in 1. d. 12. q. 1. arbitratur, per accidens esse in principio, quod, Spiritus sancti pluralitatem sup- positiorum iuxta sensum explicatum. Potissimum fundamentum cui innititur est, quia in Patre est tota & integra virtus ad producendum Spiritum sanctum: ergo esto Filius non concurreret simul, solus Pater eum produceret. Confirmatur, quia si solus Pater non posset producere Spiritum san- ctum, non esset perfectum illius principium, sed aliquid ei deesset de ratione principij Spiritus san- cti, quod non est dicendum.

D. Thomas in 1. d. 11. q. 1. art. 2. & 4. ad secundū existimat, ad productionem Spiritus sancti per se requirit pluralitatem suppositorum tamquam con- ditionem sine qua non produceretur: eò quòd procedat, vt nexus & amor vnitiuus, mutuusque duorum, quòd sine ea pluralitate nequit intelli- gi. Eandem sententiam innuit hoc loco ad primum & ad septimum, eamque defendunt Caietanus & Torres hoc loco, licet Caietanus non iudicet im- probabilem sententiam Scoti. Eandem amplectū- tur Durandus in 1. d. 29. q. 3. ad primum, Richar- dus d. 11. q. 1. Argentinas q. 2. Gregorius q. 1. & Capreolus d. 12. q. 1.

Puto tamen media via esse incedendū. Sit ergo prima conclusio. Ad productionem Spiritus san- cti realiter ac personaliter distincti à Patre & Filio, per se requiritur in principio productio Spiritus sancti pluralitas suppositorum Patris & Filij, tam- quam conditio tamen sine qua non produceretur talis. Hæc conclusio patet ex dictis artic. 2. vbi

Molina in D. Thom.

A ostensum est, si Spiritus sanctus à Filio non pro- cederet, non distingueretur ab eo realiter & per- sonaliter.

Vnde ad argumenta Scoti, quatenus cum hac conclusione pugnare videntur, dicendū est: Quam- uis in Patre sit integra virtus ad producendum Spiritum sanctum, Patèrque sit perfectum eius principium, in eo tamen solo non esse conditio- nem sine qua Spiritus sanctus non produceretur distinctus realiter à Filio: nam ad id necessarium est eandem virtutem à Patre Filium accepisse, si- mulque cum ipso ad productionem Spiritus sancti concurrere.

Sit secunda conclusio. Si per impossibile Filius non concurreret ad productionem Spiritus san- cti, solus Pater sufficeret, vt cum produceret: ta- meti tunc non esset distinctus à Filio. Priorem partem huius conclusionis probant sufficienter rationes Scoti.

Secunda conclusio. Spiritu sanctum à solo patre procedere posse, nō tamen à filio distinctum.

Ad fundamentum verò D. Thomæ dicendum est, Spiritum sanctum esse amorem vnitiuum, ac mutuam Patris & Filij, ratione amoris essentialis quem includit, & quatenus Spiritus Sanctus est quid productum ab vtroque. Quod si à solo Patre produceretur, tunc amor essentialis esset mutuus Patris & Filij, quo se inuicem diligerent: sicut re ipsa modò est mutuus amor trium personarum di- uinarum, quatenus vnaquæque amore essentiali diligit essentialiam, & omnes tres personas: Spiritus sanctus verò, quia non esset tunc ab vtroque, non diceretur amor personalis vtriusque, neque id esset necesse, eò quòd ad rationem Spiritus sancti satis haberet, si esset amor productus.

Ex his facile erit intelligere, quid dicendum sit ad quæstionem propositam. Dicendum namque est, simpliciter absolute loquendo, Spiritum san- ctum procedere à Patre & Filio, quatenus sunt vnum individuum communicabile secundum rati- onem spiratoris, & quo ad spirationem actiuam, vimque ad spirandum, & nihilominus procedere etiam ab illis, quatenus sunt multa supposita, in quantum id est conditio sine qua ab vtroque sup-posito non distingueretur.

Circa responsonem ad secundum, aduerte, no- mine principij, nos interdum intelligere id, quod producit, vt quod, interdum verò id, quod est ratio producendi: quo pacto dicimus in aqua frigidita- tem esse principium frigefaciendi, humiditatem verò humectandi: sicut ergo vnam & eandem aquam, propter vnitatem suppositi, dicimus esse vnum tantum principium quod frigefaciendi & humectandi, & nihilominus in ea esse duo princi- pia quo illarum functionum: ita Patrem æternum, propter vnitatem suppositi, dicimus esse vnum tantum principium quod generans Filium & spi- rans Spiritum sanctum: concedere tamen possumus in eo esse duo principia quo, id est, duas ratio- nes, alteram producendi Filium, nempe intelle- ctum, vt habet rationem potentie generatiue, & alteram producendi Spiritum sanctum, volunta- tem videlicet, vt habet rationem potentie spira- tiue. D. Thomas verò loquitur hoc loco de prin- cipio quod, non verò de principio quo.

Pater est vnum prin- cipium, quod, Filij & Spi- ritus sancti, in eo tamen sit duo prin- cipia quo, cō- paratione vtriusque personæ.

Circa responsonem ad quartum notandum est, hæc propositionem, Pater & Filius sunt vnum prin- cipium, quod est Pater, videri omnino concedendam, tamen D. Thomas renuere videatur eam con- cedere. Etenim relatiuum, quod, cum sit neutrum, refert principium subsistens Patri & Filio com- mune, nempe spiratorem: spirator autem est prin- cipium,

Pater & Fi- lius sit vnu principium, quod est pa- ter, esse pro- positionem vnam.

cipium, quod est Pater, & quod est Filius: nec in- de sequitur Filium esse Patrem, eò quòd spirator, communicabile quid supposito Patris & Filij, & ex identitate duorum suppositorum: cum aliquo communicabili non sequatur identitas supposito- rum inter se. Similis difficultas est de hac propo- sitione, *Pater & Filius sunt unus Deus, qui est Pater*: quæ proculdubio est vera, pronomine, qui, refe- rente Deum: nam vnus numero Deus, qui verè dicitur de Patre & Filio, re vera est Pater. Neque inde sequitur, Filium esse Patrem: quòd ex iden- titate Patris & Filij cum natura diuina non sequi- tur identitas Patris & Filij inter se, propter com- municabilitatem naturæ diuinæ.

Circa responsonem ad quintum aduerte, hanc, *vnun principium Spiritus sancti est Pater & Filius*, esse veram: tum quia principium Spiritus sancti supponit immediatè pro spiratore, cui conuenit, vt sit Pater, & Filius: tum etiam quia indistinctè & quasi vnica suppositione supponit pro Patre & Filio, tam si coniunctim, quam si diuisim specten- tur, vt explicauimus.

DISPUTATIO VI.

Vtrum Pater, quatenus principium Filij, & Filius quatenus principium Spiritus sancti, sint plura principia.

Superest examinemus, an saltem quatenus Pa- ter est principium Filij per intellectum, & Fi- lius est principium Spiritus sancti per voluntatem, Pater & Filius sint plura principia. Pars, quæ affir- mat, suadet potest. Primò, quia Pater & Filius sunt duæ personæ: & Pater producit generando Filium, per intellectum, Filius verò producit spirando Spi- ritum sanctum per voluntatem: ergo si eo modo spectentur, sunt plura principia.

Pars affir- mans suade- tur. Primò.

Secundò.

Secundò, vt nomen substantiuum dicatur plu- raliter, satis est pluralitas significati formalis ac su- ppositorum: atqui Pater & Filius sunt distincta sup- posita, & principium est nomen substantiuum, si- gnificatumque formale illius est diuersum in Patre, & Filio: quippe cum in Patre sit paternitas, aut po- tentia ad generandum, & in Filio sit spiratio, aut potentia ad spirandum: ergo sunt plura principia comparatione Filij & Spiritus sancti.

Tertiò.

Tertiò, si Filius, vt principium Spiritus sancti, & Pater non essent plura principia, sed vnun idem- que principium, tunc Filius esset principium, quod est principium Filij quandoquidem esset illud vnū principium, quod est Pater & Filius, ac proinde es- set principium sui ipsius, quod est absurdum.

Pars negans approbatur.

Pars nihilominus, quæ negat, vera est, nempe Patrem & Filium, eo modo spectatos, non esse plu- ra principia secundum rem, sed vnun re, & plura virtute duntaxat. Quæ probatur primò, quoniam in diuinis omnia sunt vnun, inter quæ non obstat relationis oppositio: sed Filius, vt est principium Spiritus sancti, & Pater, quæ Pater, non opponun- tur relatiuè, vt art. 2. ostensum est; ergo eo modo spectati, non sunt plura principia, sed vnun re, & plura solum virtute. Secundò, principium est nom- en substantiuum, & formale principij in Filio est spiratio actiua, aut vis ad spirandum, in Patre verò, comparatione Filij, est paternitas, aut potentia ge- neratiua; sed spiratio actiua & paternitas vsq; spi- ratiua & potentia generatiua, non distinguuntur in- ter se, nisi virtute, vt ex hætenus dictis patet: ergo Pater & Filius sunt vnun principium secundum

rem, & plura virtute duntaxat. Consequentia est ma- nifesta, quia vt nomen substantiuum verè dicatur in numero plurali, prorsus requiritur pluralitas signi- ficati formalis. Tertiò, Filius est principium Spiritus sancti, quatenus est spirator, sed licet Filius, quæ Fi- lius, distingatur realiter à Patre, attamè, quatenus spirator est, ab eo minime distinguitur realiter, sed solum virtute: ergo Pater & Filius vt principium Spiritus sancti, sunt vnū tantum princi- pium secundum re, & plura solum virtute. Quartò confirmatur hoc ipsum ex Anselmo in lib. de Spi- ritu sancto. cap. x. vbi ait: *Neque tamen duo constemur principia, vnun Patrem ad Filium, alterum Patrem & Filium ad Spiritum sanctum: sicut non credimus alium Deum Patrem de quo est Filius, & alium Deum Patrem & Filium de quo est Spiritus sanctus: quomnis de eodem Deo, sine de eodem principio, suo quisque modo sit, alter scilicet nascendo, alter procedendo.*

Ad primum ergo argumentum in contrarium neganda est consequentia: tum quia licet Pater & Filius sint duæ personæ, pater tamen & spirator nō sunt duæ personæ, sed idem secundum rem: Filius autem nō est principium Spiritus sancti, nisi qua- tenus spirator est, quo pacto non distinguitur rea- liter à Patre: tum etiam quia significatum formale principij, in Patre & in Filio non distinguitur rea- liter, sed virtute duntaxat, vt ostensum est: verò, vt nomen substantiuum verè enuncietur in nume- ro plurali de aliquibus necessaria est illis plurali- tas significati formalis. Propter has duas rationes principium Filij, creaturarum in diuinis non sunt etiam plura principia, sed vnun tantum.

Ex his patet quid respondendum sit ad secun- dum: significatum namque formale principij non est diuersum in Patre & Filio, nisi solum virtute. Adde quòd licet Filius, quæ Filius, & Pater sint di- stincta supposita, non tamen Filius, quæ spirator, est & Pater: quod tamen necessarium erat, vt argu- mentum vim haberet.

Ad tertium dicendum est, Patrem & Filium, eo modo spectatos, esse vnun principium re, & plu- ra virtute: quare quia solum conuenit Filio, vt sit principium Spiritus sancti, quoad rationem spira- toris: non verò quo ad rationem genitoris, quæ est solum in Patre, solumque virtute distinguitur à ratione spiratoris, non sequitur Filium esse princi- pium sui ipsius.

QVÆSTIO XXXVII.

De nomine Spiritus sancti, quod est amor.

ARTICVLVS I.

Vtrum amor sit proprium nomen Spiritus sancti.



CIRCA hunc articulum quæ diximus q. 27. art. 3. Quæadmodum in huma- nis, & propter vocabulorum penu- riam, & quia quæ ad voluntatem spe- ctant nos magis latent, quàm pertinentia ad in- tellectum, amor dicitur non solum actus volun- tatis, quo formaliter diligimus, sed etiam terminus, seu qualitas, quam diligendo producimus: illic quoque in diuinis amor dicitur, non solum actus voluntatis, quo tres personæ denominantur for- maliter diligere, sed etiam terminus à Patre & Fi- lio diligendo productus, qui est persona Spiritus sancti: æquiuocè tamen. Amor ergo in hac secunda acceptione dicitur in diuinis personaliter, est que proprium

proprium nomen Spiritus sancti, significans spiratum, productumve diligendo: ac proinde relatum quid ad producens ac spirans. In prima vero acceptione dicitur essentialiter, estque commune nomen tribus personis diuinis.

Diligere & essentialiter & notionaliter accipiuntur.

Illud insuper est animaduertendum cum D. Thoma in diuinis, amare, seu diligere, interdum sumi essentialiter, vt significat actum, quo tres personae amant ac diligunt: interdum vero, propter rationes paulo ante tactas, sumi notionaliter, vt significat idem quod spirare, seu amando producere: quomodo conuenit solis Patri & Filio, sicut dicere proprium est Patri.

Intelligere an sumatur notionaliter.

D. Thomas hoc loco docet, intelligere non sumi notionaliter, sed solum essentialiter in diuinis: actum vero notionalem intellectus appellari dicere, id est, intelligendo procedere. Quamuis autem non desint, qui vsurpent vsurparive interdum censent, intelligere notionaliter, est tamen notanda doctrina D. Thomae, iuxta quam censet esse loquendum.

ARTICVLVS II.

Virum Pater & Filius diligant se Spiritu sancto.

PROPOSITIONEM hanc, Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto, affirmant Augustinus 9. de Trinit. cap. 5. & vt videtur, Hieronymus super Psalm. 17. vbi ait, Spiritus sanctus neque Pater est, neque Filius, sed dilectio, quam habet Pater in Filio, & Filius in Patre. Bernardus quoque sermone 2. in festum Pentecostes, Spiritum sanctum appellat firmissimum & indissolubile vinculum gloriosissime Trinitatis. Et sermone 8. in Cantica vocat eum osculum Patris & Filij, indiuiduumque illorum amorem.

Pater est sapiens sapientia genita, est falsa propositio & ab Aug. retractata.

Magister vero in 1. d. 32. difficile admodum reputat hanc quaestionem, quod tam ipse, quam plerique alij difficilem arbitrentur defendi posse veritatem illius propositionis. Maxime cum hanc aliam, Pater est sapiens sapientia genita, illi alteri persimile, retractauerit Augustinus 1. lib. retract. cap. 26. cum eam lib. 83. quaestionum q. 23. asseruisset. Cu enim sapere in Patre sit quippiam essentialiale, idemque cum suo esse: essentialia autem Pater habeat a se, & non a Filio, non est concedendum Patri sapere Filio suo sapientia genita, sed sapere sapientia essentiali communi tribus personis, quam Pater a se habet.

Varia sententia.

De hac re variae sunt sententiae. Quidam arbitrantur propositionem illam falsam esse, fuisseque retractatam ab Augustino in alia ipsi simili. Quod alius non placet: tum quod consueuerit Augustinus retractare in se ipsis eas propositiones, quas falsas esse arbitratum: tum etiam quia licet ea ratione fuerit satisfactum Augustino, non tamen Hieronymo, & Bernardo.

Alij censent, propositionem illam esse veram, licet improprie, in hoc sensu, Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto, id est, diligunt se amore essentiali, qui appropriatur Spiritui sancto. Huius sententiae est Durandus in 1. d. 32. q. 2. quae tamen alijs non placet: quia pari ratione esset concedendum, Patrem & Filium esse bonos Spiritu sancto, id est, bonitate, quae appropriatur Spiritui sancto, quod tamen non conceditur. Possent nihilominus respondere, si Sancti viri hanc quoque in sensu improprio, quemadmodum illam aliam, protulissent, simili quoque modo concedendam, exponendamque fuisse.

Molina in D. Thom.

A se: quia tamen locutiones impropriae extendendae non sunt, ideo haec secundae, quae a sanctis non inuenitur asserta, merito non concedi. Sententias alias lege apud D. Thomam hoc loco, & apud alios.

D. Th. Bon. & Scoti sententia.

D. Thomas hoc loco, D. Bonaventura, Richardus & Scotus, omnes in 1. d. 32. & quidam alij, distinguunt propositionem. Si enim, inquit, diligere, sumatur essentialiter, haec propositio, Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto, non secus falsa est, atque haec, Pater est sapiens sapientia genita, idque propter rationem, ob quam paulo ante diximus hanc secundam falsam esse, retractatamque ab Augustino. Si vero diligere sumatur notionaliter, est vera, sicut haec etiam est vera, Pater Verbo a se genero dicit se atque alias duas personas, & creaturas: quemadmodum enim in Verbo diuino ratione intelligere essentialis in eo inclusi, quod peculiari quadam ratione vi generationis illi fuit communicatum, cernitur respectus rationis ad creaturas & ad personas diuinas, tamquam ad res eo expressas ac significatas, rationeque illius respectus personae, & res creatae dicuntur dici eo Verbo, vt q. 27. & 34. explicauimus: sic etiam in Spiritu sancto, ratione amoris essentialis in eo inclusi, quem scimus peculiari quadam ratione vi spirationis cum accepisse, cernitur respectus rationis, ac veluti cuiusdam propensionis, ad personas diuinas, imò & ad creaturas tamquam ad res amatas ratione cuius respectus verè dixeris, Patrem & Filium diligere se Spiritu sancto, sumendo diligere notionaliter.

Contra hanc tamen sententiam argumentantur Durandus & alij. Primò, quoniam actus notionalis non reflectitur supra personam à qua est, sed solum cadit super personam per eum actum productam: cuius rei ratio haec est, quia actus notionalis, est actus, quo producitur persona, qui proinde super nihil cadere potest, quam super personam, quae per eum producitur. Vnde quia idem non potest producere se ipsum, actus notionalis non potest cadere supra personam à qua est, fit ergo, vt, sumpto diligere notionaliter, falsum sit dicere, Patrem & Filium diligere se, non secus ac producere se: ac proinde fit, vt falsum sit dicere diligere se Spiritu sancto. Secundò, diligere notionaliter est spirare, quando quidem non aliud est, quam diligendo producere: sed falsum est dicere, Patrem & Filium spirare se ipsos Spiritu sancto: ergo falsum etiam erit dicere, diligere se notionaliter Spiritu sancto.

Durandus Obiectio.

Vt de hac re dicam, quod sentio, sciendum est: Actum notionalem, si sine vlla admixtione sumatur, non cadere nisi supra personam productam, vt probant argumenta proposita. Quare quia generare, & spirare sunt merè notionalia, generare solum cadit supra Filium, & spirare supra Spiritum sanctum: neque enim dicimus Patrem generare se, sed Filium ac Verbum, non quidem Verbo, sed intellectu, vt principio quo, & generatione, vt productione actiua. Nec dicimus Patrem & Filium spirare se, sed Spiritum sanctum, non Spiritu sancto, sed voluntate, aut spiratione actiua. Quare si dicere sumatur merè notionaliter, Pater solum dicit (hoc est, producit ac generat) Verbum, non Verbo, sed dictione ac generatione: atque hoc modo Pater aeternus, nec se, nec creaturas Verbo dicit. Quia tamen Verbum in sui significatione, includit, esse expressiuum & significatiuum (quod est respectus rationis ad res Verbo dictas & significatas, conuenitque Verbo aeterno ratione intelligere essentialis, quod in se includit, vt q. 27. art. 1. & alias saepe explicatum est) Filius verò aeternus, vt significatur

Notionalis actus, si sine vlla admixtione sumatur, non cadit nisi supra personam productam.

Si dicere sumatur merè notionaliter, solum Verbum Pater dicit, non se, neque res creatas.

ficatur hoc nomine Filius, in sui significatione tale respectum non includit, tamen res ipsa, quæ est Filius eum respectum in se habeat, consequens est, ut quemadmodum qui dealbat parietem, sumpta denominatione à relatione similitudinis, quæ eam dealbationem consequitur, dicitur assimilare illum alteri parieti: ita qui dicit (id est, generat ac producit) Verbum, dicendo Verbum, dicatur ulterius dicere (id est, exprimere, & significare Verbo) res Verbo expressas, & significatas.

Dicere duobus modis accipi.

Dicere ergo duobus modis sumitur. Vno, ut significat idem quod producere ac generare Verbum, quo pacto est quippiam merè notionale, eoque modo Pater æternus, non se, nec Spiritum sanctum, aut res creatas dicit, sed solum Verbum, non Verbo, sed dictione ac generatione ipsa, aut etiam intellectu tamquam principio quo dicendi & generandi. Alio modo sumitur dicere, ut est idem quod dicendo primo modo, exprimere & significare res Verbo dictas & expressas. Atque hac ratione in obliquo tantum dicit actum notionalem, tamquam quid præsuppositum: in recto verò dicit exprimere, representare, ac significare res, quod est quippiam rationis. In hac acceptione dicimus, Patrem æternum Verbo à se genito dicere, id est, exprimere, ac significare se duas alias personas divinas, ac creaturas omnes. At verò dicere eo modo ea omnia Verbo, non in ratione effectus formalis (id est, effectus qui denominat ad modum cause formalis, ut hoc loco vult D. Thom.) sed tamquam re à se producta, qua, quasi instrumento ac signo, representat & significat ea omnia ratione respectus rationis, quem Verbum ad ea omnia in se habet. Sumpto ergo dicere notionaliter, non merè tamen notionaliter, sed iuxta modum proximè explicatum Pater æternus dicitur dicere Verbo se, duas alias personas divinas, & creaturas omnes.

Neque contra hoc militant duo illa argumenta proposita, quæ solum habent vim, quando actus notionalis sumitur sine admixtione alicuius alterius rei aut respectus: dicere verò hoc modo sumptum admiscet respectum rationis ad res Verbo expressas ac significatas. Imò sumpta denominatione ex illo respectu, Pater æternus dicendo Verbum in prima acceptione, id est, Verbum generando, quatenus eo exprimit personas & creaturas, dicitur eas dicere in secunda acceptione, & ob id dicere hoc modo solum in obliquo dicit actum notionalem.

Propria sententia circa propositam questionem.

Quia verò in dilectione notionali nihil simile respectu, propter quod concedi hæc possit, *Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto*, eò quod sumpto diligere notionaliter, illa non videatur exponi aliter posse, quam hoc modo, Pater & Filius amando se essentialiter, spirant, aut producant Spiritum sanctum quo se amant, quod tamen est falsum, quoad posteriorem partem, eò quod, ut autores ipsi contrariæ sententiæ affirmant, Pater & Filius non amant se essentialiter Spiritu sancto: id eò prædicta propositio in rigore mihi etiam falsa videtur: videnturque autoritates Sanctorum exponendæ, ut Durandus eas exponit.

Qua ratione D. Th. sententia defendenda sit.

Qui tamen sententiæ D. Thomæ, & aliorum Patrum adherere voluerit, dicat: Spiritum sanctum ratione diligere essentialis, quod includit, importare respectum rationis ad res omnes eo actu dilectas, sumptoque diligere, nec essentialiter, nec merè notionaliter, ut est idem, quod producere Spiritum sanctum, sed ut ulterius denominationem sumit ab eo respectu (ut de dicere explicatum est) verè dicit, patrem & Filium se & res creatas di-

ligere Spiritu sancto. Fateor tamen me id non factis percipere. Verumtamen, quoniam gravissimi Patres ita locuti sunt, nunquam locutio illa est reprehendenda, sed potius suscipienda. Aliqui ex iis, qui sententiam D. Thomæ defendunt, affirmant propositionem illam, *Pater & Filius diligunt se Spiritu sancto*, efficere hunc sensum, id est, diligendo se essentialiter, producant Spiritum sanctum: Fateor quidem hunc sensum verissimum esse: persuadere tamen mihi non possum, eam propositionem, iuxta sermonis proprietatem, eum sensum habere.

QVÆSTIO XXXVIII.

De nomine Spiritus sancti, quod est donum.

ARTICVLVS I. & II.

Vtrum donum sit nomen personale proprium Spiritus sancti.

DISPVTATIO VNICA.

QVÆSTIO hæc excitatur, quia in Scripturis sanctis Spiritus sanctus appellatur donum, danique dicitur hominibus. Ante omnia autem explicandum est quid sit donum.

Donum est res alicuius, qui liberaliter eam alteri confert (aut certe conferte potest) ad usum, aut fruitionem. Cum autem fructio sit finis, vsus verò eorum, quæ sunt ad finem, & tam vsus, quam fructio actus sint voluntatis, efficitur, ut donum solum sit per comparisonem ad rem voluntate præditam, tamquam ad id, cui confertur ac donatur donariue potest. Verbi gratia, equus, quem is, qui eum possidet, liberaliter confert, conferre potest alteri, dicitur donum. Nomen enim donum connotatiuum est, ac de formali significat esse alicuius qui liberaliter conferre illud possit: addit verò collationem, aut non repugnantiam ut confertur alicui alteri ad usum, aut fruitionem: supponit verò pro re cui utrumque conuenit, videlicet, & esse alicuius, qui liberaliter conferre illam possit, & habere non repugnantiam, ut conferatur, verbi gratia, pro equo.

Posita est in definitione pars illa, liberaliter: quoniam ut autor est Arist. 4. Topicorum c. 4. donum est datio irredibilis, id est, ne in recompensationem pro alia, sed ex liberalitate profectum. Quare donum recompensationem pro qua fiat, ac necessitate, & metu excludit: quod enim, vel in recompensationem, vel ex necessitate, aut metu fit, non sit liberaliter.

Hinc colligo essentiam diuinam non esse proprie donum, quatenus à Patre confertur Filio per generationem, iuxta illud loc. 10. *Quod dedit mihi Pater meus omnibus est*: quæ locum de essentia diuina exponit Concilium Lateranense cap. *Damnatus*, de essentia summa Trinitate & fide Catholica: & quatenus à Patre & Filio confertur Spiritui sancto per spirationem: tamen si Hilarius 8. de Trinitate eam donum appellet. Ad donum namque proprie sumptum libertas exigitur: Pater autem ex necessitate nature communicat essentiam Filio, similiterque Pater & Filius ex necessitate nature eam communicant Spiritui sancto. Sumit ergo Hilarius donum prout omni communicatum, siue liberè, siue ex necessitate nature, datum ad donum dici potest: non verò in significatione doni propria.

Posita

Posita est etiam in definitione pars illa, qui eam confert aut conferre potest, quoniam donum duobus modis sumitur. Vno, vt est idem, quod datum actu liberaliter, quo pacto ex tempore & non ex aeternitate personis diuinis conuenit esse donum, cum ex tempore, & non ex aeternitate dentur creaturis. Altero modo pro re, cui non repugnat dari liberaliter, quo pacto ex aeternitate eis conuenit esse donum per comparisonem ad creaturas, vt Augustinus 3. de Trinitate cap. 14. 15. & 19. affirmat, quatenus ex aeternitate eis non repugnat dari liberaliter. Haec secunda acceptio doni frequens est: dicimus enim regem habere multa dona, quae dare possit, & sponsum habere parata dona sponse. In eaque significatione excitatur potissimum hoc loco quaestio proposita.

Ratio doni est Filio & Spiritui sancto, conuenire rationem doni per comparisonem ad creaturas. Filius namque est Patris per originem; tamquam eius a quo procedit, Paterque potest eum liberè conferre hominibus, imò reipia per incarnationis mysterium in eorum salutem ac redemptionem eum illis contulit. Iuxta illud Esaiæ 9. *Filius datus est nobis*, ac illud Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundum, vt Filium suum unigenitum daret, vt omnis qui credit in illum non pereat.* Spiritus sanctus quoque est Patris & Filij per originem, tamquam eorum a quibus procedit, Patrisque & Filij est eum liberè conferre hominibus, reque ipsa illum contulerunt, vt homines sanctificaret pluribus donis, iuxta illud ad Rom. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, & Ioan. 14. Alii paraclisi dabit vobis.*

Dubium est hoc loco, vtum quemadmodum Filius & Spiritus sanctus habent rationem doni, ita quoque Pater, & Deus communis tribus personis, habeant rationem doni. Pars, quae negat, suaderi potest, quia donum debet esse dantis: Pater autem, & Deus, quia Deus, non sunt alicuius alterius, quemadmodum Filius & Spiritus sanctus sunt alterius per originem.

Pars verò quae affirmat, potest probari, quia Pater, & Deus communis tribus personis, imò & tres personae diuinae, in hac vita dant seipias per cognitionem & amorem, iuxta illud Ioan. 14. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*: in alia verò vita conferunt se in primum: ergo habent rationem doni comparisonem creaturarum. Confirmatur ex Augustino 15. de Trinitate cap. 19. dicente, *Spiritus sanctus ita datur, sicut Dei donum, vt etiam se ipsum det sicut Deus.*

Pro solutione huius dubij sciendum est, tribus modis, quod ad praesens institutum attinet, dici aliquid alicuius, & quemuis eorum sufficere ad rationem doni, vt D. Thomas artic. 1. ad primum docet. Primus est, per identitatem: quo pacto Augustinus super Ioan. *Quid, inquit, iam nunc est, quam tu.* Secundus est, per possessionem, quo pacto seruus, aut equus dicitur domini sui. Tertius, per originem, quo pacto Filius dicitur esse Patris, & Spiritus sanctus Patris & Filij.

Ad dubium ergo dicendum est, Patrem, ac Deum habere rationem doni respectu creaturarum, quatenus liberè dant, ac communicant se creaturis, vt argumenta quibus pars, quae affirmat, confirmata est, satis probant. Eodemque modo Filium esse donum, non solum quatenus datur a Patre, à quo est per originem, sed etiam quatenus liberè seipsum dat. Quod idem dicendum est de Spiritu sancto.

A Ad argumentum, verò, quo pars, quae negat, confirmata est, dices. Ad rationem doni non requiri, vt sit alterius, sed satis esse, si sit dantis per identitatem.

Ex dictis patet, donum in diuinis, si sumatur, vt donum dicitur esse dantis per identitatem, esse quid essentiale, conuenireque essentiae & personis. Si verò sumatur, vt dicitur esse dantis per originem, esse quid personale, conuenireque tam Filio, quam Spiritui sancto. His si adiungas, Spiritum sanctum peculiari quadam ratione dici donum, quatenus vi

B suae processionis procedit vt amor, amor autem conuenit, vt sit primum donum, eò quod per amorem cetera donantur, inuenies, donum in diuinis, quatenus significat quid dantis per originem, vi suae productionis procedens peculiari quadam ratione vt donum, esse proprium nomen Spiritus sancti: de formalique significare relationem originis per voluntatem propriam Spiritui sancto, addere verò non repugnantiam, vt liberè detur ab eis, à quibus ita est per originem, quae non repugnantia negatio quadam est, enve rationis.

Argumentum partis negantis. Doni nomen quae ratione essentiale quae personale Filio & Spiritui sancto, & quae proprium Spiritui sancti.

QUESTIO XXXIX.

De personis ad essentiam relatis.

ARTICVLVS I.

Virum in diuinis essentia sit idem quod persona.

Absolute tractatione de personis in particulari, comparat deinceps Diuus Thomas personas ad diuersa. Atque in hac quaest. ad essentiam. Quanta autem identitas sit inter essentiam & personas, quod hoc artic. quaeritur, disputatum fuit late quaest. 28. art. 2. Confirmari autem potest de fide esse personas non distingui realiter ab essentia ex illo Ioan. 10. *Ego & Pater vnus sumus*, in essentia scilicet. 1. Ioan. 5. *Et hi tres vnus sunt.*

Tres personae vnus essentia.

ARTICVLVS II.

Virum dicendum sit tres personas esse vnus essentia.

CONCLUSIO affirmat, estque Augustini 2. contra Maximum capit. 14. Ratio autem conclusionis est, quia essentia significatur tamquam forma personarum, & persona tamquam habens formam: licet autem in communi vsu loquentium habens formam non dicatur esse forma, dicitur tamen si addatur, aut subintelligatur aliqua proprietates formae. Vt quamuis non dicamus adolefcentem esse ingenij, aut virum esse virtutis, dicimus tamen adolefcentem esse praestantis ingenij, & virum esse virtutis insignis, secundo genitio denotante proprietatem ac affectionem formae. Dicimus etiam virum esse consilij, eò quod subintelligatur magni. Quia ergo essentia significatur tamquam forma personarum, fit, vt licet non aptè dicatur, *tres personas esse essentia*, aptè tamen dicamus, *esse essentia vnus*: eò quod ille genitiuus, vnus, denotet proprietatem essentiae, nempe esse vnam, ac indiuisam in tribus personis: quare sensus praedictae

Vna essentia est trium personarum.

Ratio doni est Filio & Spiritui sancto...

In Pater & Deus, quia Deus, non sunt alicuius alterius...

Tribus modis dici aliquid alicuius, & quemuis eorum sufficere ad rationem doni...

Dubij explicatio.

dictæ propositionis est, tres personæ habent vnam ac indiuisam essentiam. In eodem sensu hæc quoque est concedenda, vna essentia est trium personarum. Hæc tamen, tres personæ sunt ex vna, aut de vna essentia, concedenda non est: eod quod propositiones, ex, & de non denotant habitudinem formæ, sed vel causæ efficientis, vel materiæ: neutrum autem conuenit essentiæ comparatione personarum.

Tres personæ esse ex vna, aut de vna essentia non est concedendum.

ARTICVLVS III.

Virum omnia essentialia prædicentur singulariter de tribus personis.

DISPVATIO I.



O loco explicandum esset, quid sit nomen essentialia, personale, & notionale, si quæst. 32. artic. 2. explicatum non fuisset. Merito autem Caietanus & alij admonent, in hoc articulo, solum esse sermonem de nominibus concretis. Diuus Thomas hanc statuit conclusionem. Nomina essentialia substantiua, vt Deus, & Dominus, prædicantur in singulari, & non in plurali de tribus personis. Adiectiua verò prædicantur in plurali. Quod probat ex illa regula, quam quæst. 36. artic. 4. statimus nempe vt concretum substantiuum dicatur pluraliter necessarium esse pluralitatem, tam suppositorum, quam significati formalis: vt autem adiectiuum dicatur pluraliter, satis esse pluralitatem suppositorum: significatum verò formale nominis concreti essentialis est idem numero in tribus suppositis diuinis. Licet autem D. Thomas hoc loco aliam rationem reddat regulæ propositionis, magis tamen placet ea, quam cum Scoto loco citato reddidimus, vbi copiosè, quæ hoc loco dici poterant, explicata sunt.

Conclusio D. Thomæ.

Conciliatio quorundam auctorum in symbolo Athanasij, & in Concilio Lateranensi.

Ex conclusione D. Thomæ regulæque propositionis facile erit intelligere rationem conciliandi quædam dicta in symbolo Athanasij, & in Concilio Lateranensi, cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica, quæ primo aspectu videntur inter se contraria. In symbolo namque Athanasij de Patre, Filio & Spiritu sancto dicitur, Non tres æterni, in plurali, sed vnus æternus, sicut non tres increati, nec tres immensi, sed vnus increatus & vnus immensus. & infra: Non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens: c. verò, Firmiter, de eodem Patre, Filio & Spiritu sancto dicitur in plurali, consubstantiales, & coæuales & omnipotentes & coæterni, &c. Imò eadem personæ in symbolo Athanasij etiam dicuntur coæternæ eis verbis: Coæterna sibi sunt & coæuales. Hæc ex dictis in hunc modum sunt concilianda. Athanasius in locis primo loco citatis sumptis nomina illa substantiuè, tamen si quædam eorum, quod non sumantur in terminatione neutri, præ se ferant formam adiectiuorum, ideoque negant dici pluraliter de tribus personis: Concilium verò Lateranense idemque Athanasius vbi secundo loco citatur, sumptis illa alia nomina adiectiuè, eaque ratione tribuerunt illa tribus personis in numero plurali.

DISPVATIO II.

Virum concedendum sit tres personas diuinas esse tria entia, & virum Pater omnem realitatem ac entitatem, quam habet, communicet Filio.

Diuus Thomas in responsione ad tertium notat, cum res sit quippiam transcendens, conueniatque personis diuinis non solum ratione essentia, sed etiam ratione relationis, concedendum esse tres personas diuinas esse vnã rem, id est, vnam essentiam ipsis communem, & cum vnaquaque earum eadem, iuxta illud Concilij Lateranensis cap. Damnamus, de summa Trinitate est Pater, Filius, &c. & inferius, Quilibet trium personarum est illa res. Præterea concedendum esse, tres personas diuinas esse tres res, & relatiua scilicet realiter inter se distinctas.

Bartholomæus Torres hoc loco eadem ratione affirmat concedendum esse tres personas diuinas, esse vnum ens, & tria entia, relatiua videlicet. Ac sanè, esto quidem concedere renuant tres personas diuinas esse tria entia relatiua, placet tamen, quod Torres affirmat. Neque enim ens dicitur ab essentia, vt essentia solum dicit naturam comunem suppositis aut indiuiduis, sed ab entitate, vt entitas commune quod est absolutis & relatiuis, quæ talia sunt, & tam naturæ communi, quam proprietatibus personalibus, principisue indiuiduantibus conuenit: quippe cum ens, & res æquè latè pateant, idemque videantur significare. Hæc quod attinet ad primum eorum, quæ proposita sunt.

Quod verò attinet ad secundum, Torres hoc loco ait, distinguendum esse de realitate ac entitate. Et quidem si licet sermo de realitate ac entitate absoluta, concedendum esse, Patrem communicare Filio omnem realitatem ac entitatem, quam habet. Si verò de relatiua, negandum id esse: quoniam paternitatem ei non communicat. Quare si sermo sit de realitate & entitate, vt relatiuam & absolutam ambitu suo continet, negandum erit, Patrem communicare Filio omnem realitatem ac entitatem quam habet. Quibus consonat illud Concilij Florentini in literis sanctæ vniõnis, in decreto de processione Spiritus sancti: Omnia quæ Patris sunt, ipse Pater vniõgenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem.

Fortè dici melius posset, Patrem communicare Filio omnem rem, & omnem entitatem, quam habet, sed non quoad omnem modum realem, quem res illa habet. Ratio est, quoniam cum in Patre sit vnica simplicissima res realis, vnicaque simplicissima entitas realis (tamen si illa habeat plures modos, rationesue reales, virtute tamen inter se distinctas) sanè si Pater Filio communicat rem illam, quoad aliquem modum realem illius, nempe quoad rationem formalem essentia, omnem rem, quam habet, illi communicat: quia habet vnica simplicissimam rem, eamque illi verè tribuit, licet quoad omnem modum realem quem illa habet. Cui sententia congruit illud Ioan. 16. Omnia quacumque habet Pater, mea sunt. Quamuis exponi id possit, quasi ibi sit sermo de perfectionibus Patris, quas Filius dicit suas esse, eaque communicare Spiritui sancto: ratio verò realis relatiua perfectio non est.

Quod si quis ita argumentetur, Pater habet realitatem, quæ realiter distinguitur à Filio: illam que non

MOL
In
D

Officio
Trinitatis

Pater dicit
omnem rem
omnem entitatem
omnem modum
realem quem
illa habet.

Obiicitur
non

Solutio.

non communicat Filio: ergo aliquam realitatem non communicat Filio. Neganda est minor, quia illam, quae distinguitur, communicat Filio, sed non quoad id secundum quod realiter distinguitur à Filio, sed quatenus illa realitas, quae est paternitas realiter distincta à Filio, est essentia, quam Pater Filio communicat. Quo loco adverte, quia hoc vocabulum, *realitas Patris*, non significat praecise esse relatiuum, aut esse absolutum, sed realitatem Patris, quae est vna numero, & habet verumque esse: paternitas verò significat illam quoad esse relatiuum praecise hanc esse falsam, *Pater communicat paternitatem Filio*, quia sensus est, communicat Filio realitatem illam quoad esse paternitatis, quod est falsum: Hanc tamen esse veram, *Pater communicat Filio omnem realitatem quam habet*. Atque etiam hanc, *Pater communicat Filio realitatem, quae est paternitas*, licet non quatenus rationem habet paternitatis.

Illud etiam hoc loco adverte, has esse falsas, *Pater communicat Filio omnem modum realem quem habet*, *Pater communicat Filio omnem rationem realem quam habet*, sumpta ratione reali pro conceptu obiectiuo reali. Et enim modi reales, rationesque reales eo modo sumptae, sunt multae in Deo: ut alius modus, aliaque ratio realis est essentia, alia paternitas, alia spiratio actiua, aliaque & alia sunt diuersa attributa, Patereque modum realem, rationemque paternitatis non communicat Filio. Si ergo vocabulum, *omne*, distribuat pro modis, rationibusque reals quae sunt in Deo, tunc non omne reale, quod Pater habet, communicat Filio. Atque hoc modo loquimur frequenter, loquiturque Concilium Florentinum illis verbis citatis. Quare licet in rigore verum sit, Patrem communicare Filio omnem realitatem quam habet, quia vnicam habet, eamque illi communicat, licet non quoad omnem modum ac rationem realem illius, numquam sine distinctione est concedendum, Patrem communicare Filio omnem realitatem quam habet.

ARTICVLVS IV.

Virum nomina essentialia concreta possint supponere pro persona.

Quod in hoc loco dici poterant, consulto dicta sunt quaestiones 3 & 6. articulo quarto: quare solum dubia quaedam examinabimus.

DISPUTATIO I.

Virum haec sit concedenda, *hic Deus est hic Deus*, si pronomen a parte subiecti demonstrat Filium, & a parte praedicati Patrem.

Primum dubium sit, quod titulus proponit Bartholomaeus Torres hoc loco duas contrarias sententias refert, variisque argumenta in vtramque partem, tam difficillemque reputat hanc quaestionem, ut definire non audeat, an praedicta propositio simpliciter ac absolute sit concedenda: an verò sit neganda. Veretur enim si eam concedat, nequis clamet eum fauere errori Sabellij pluralitatem personarum negantis. Si verò eam neget, fauere errori Idololatrarum pluralitatem Deorum asserentium. Quare eo vitur consilio, ut eam distinguat, ac dicat: Si sit sensus, Filius, qui est

A Deus, est Pater, qui est Deus, esse haereticam. Si verò sit sensus, Filius & Pater sunt idem omnino Deus, esse veram & orthodoxam.

Nos autem putamus dicendum esse. Si nomen, *hic Deus*, tam a parte subiecti quam a parte praedicati, significet individuum naturae diuinae commune tribus personis, ut in rigore ac simpliciter significat, propositionem esse verissimam, ac identicam. Negamusque a parte subiecti ostendi posse solum Filium, & a parte praedicati solum Patrem. Neque enim nomen illud significat Patrem, quia Patrem, aut Filium, quia Filium, cum sit nomen absolutum & non relatiuum, sed hunc numero Deum communem tribus personis, illumque ostendit. Quamuis autem supponat pro tribus personis, quia tamen vna suppositione pro illis supponit indistincte, ut q. 3. art. 4. ostendimus, nullam in particulari personam ostendit, sed omnes indistincte, ostendendo immediatè individuum illius commune, quod solum significat, & ratione illius quodammodo supposita, pro quibus mediatè supponit, propter modum significandi naturam diuinam in concreto. Itaque vocabulum, *hic Deus*, nec significat, nec designat, quoad illud pronomen, *hic*, proprietatem personalem, eo modo quo in creatis & naturalibus, quando dicimus, *hic homo*, aut *hic equus*, pronomen, *hic*, significat ac designat proprietatem personalem, aut suppositi, eaque ratione nomina illa, *hic homo*, aut *hic equus*, ostendunt personam, aut suppositum. Ratio verò diuersitatis est, quia pronomen, *hic*, designat ac significat principium indiuiduans: in rebus autem creatis & naturalibus, natura substantialis in concreto indiuiduatur per proprietatem personalem, aut suppositi, vel certe talis proprietates in principio indiuiduante suppositum includitur, eaque ratione pronomen demonstratiuum eam significat, ac ostendit. Quò fit, ut quando dicimus *hic homo*, aut *hic equus*, semper personam, aut suppositum significemus, ac immediatè ostendamus. At verò natura diuina, tam in concreto, quam in abstracto, se ipsa est haec, ac indiuidua, proprietatesque personales sunt extra rationem ipsius, quatenus est haec: eaque ratione nomen, *hic Deus*, quod eam in concreto significat, nec significat, nec ostendit proprietates personales, aut supposita, sed solum naturam singularem illis communem, tamen si simul supponat mediatè pro omnibus suis suppositis distincte.

Quo loco adverte, quando dicimus, *hic Deus generat*, nos non ostendere personam Patris, sed hunc Deum communem tribus suppositis, & cum illo omnes tres personas indistincte: verificari verò praedicatum de subiecto ratione solius personae Patris, pro qua nomē positum a parte subiecti mediatè ac indistincte supponit. Longè itaque diuersa sunt, ostendi a parte subiecti solum personam Patris, & praedicatum verificari de subiecto ratione solius personae Patris. In proposita namque re; hoc secundum est verum: primum verò falsum.

Quòd si quis dicat, cum nomina pro hominum arbitrio significant, sumo propositionem illam, ita ut pronomen, *hic*, a parte subiecti designet ac demonstret proprietatem Filij, & a parte praedicati proprietatem Patris, idemque sit dicere a parte subiecti, *hic Deus*, ac dicere, *Deus Filius*, & a parte praedicati idem sit dicere, *hic Deus*, ac dicere, *Deus Pater*. Deinde verò petat, sitne nunc propositio vera, an falsa? Respondeo, tunc esse falsam, sed nomen, *hic Deus*, sumi aequiuocè, a parteque subiecti significare idem, quod significat vocabulum, *Filius*, & a parte praedicati significare idem, quod significat vocabu

Autori sententia.

vocabulum, Pater. Quare sicut hæc est falsa, *hic homo est hic homo*, à parte subiecti demonstrando Platonem, & à parte prædicati demonstrando Platonem, æquiuocèque ut vocat à casu, sumitur, *hic homo*, à parte subiecti, & à parte prædicati: ita illa alia esset falsa, æquiuocèque à casu sumeretur, *hic Deus*, à parte subiecti & à parte prædicati. Atque in longè diuersis significationibus ab ea, quam vocabulum, *hic Deus*, re ipsa habet.

Varia propositiones expenduntur.

De hac verò alia propositione, *Deus genitus est Deus generans*, dicendum est, esse simpliciter falsam, quia in significando æquipollet huic, *Filius est Pater*: nomen enim genitus additum vocabulo, *Deus*, restringit ad personam Filij: & nomen, generans, restringit similiter ad personam Patris. In hoc tamen sensu esset vera ea propositio, *Deus, cui conuenit, ut sit genitus, est Deus, cui conuenit, ut sit generans*: quia vni numero *Deo* ratione diuersorum suppositorum conuenit, ut sit genitus, & ut sit generans, & ille est idem sibi ipsi. Propositio tamen in rigore, & iuxta communem usum loquentium, non efficit hunc sensum, sed primum.

Quod dictum est de propositione primo loco proposita, dicendum est de his alijs: *Hoc principium Spiritus sancti, est hoc principium Spiritus sancti*: *hic spirator est hic spirator*: primo nomine in utraque à parte subiecti demonstrante Filium, & secundo à parte prædicati demonstrante Patrem. Item de hac, *hic homo est hic homo* (ex hypothesi quòd tres personæ diuinæ assumpsissent eandem numero humanitatem) si à parte subiecti demonstratur Filius, & à parte prædicati Pater. Negandum enim est, à parte subiecti ostendi posse solum Filium, & à parte prædicati solum Patrem, idque propter rationem redditam, nempe quia nomina illa demonstratina non demonstrant personas contentas sub illis indiuiduis multis personis communibus, sed indiuidua ipsa communia, & indistincte personas omnes, quatenus in illis indiuiduis sunt vnum quid. Quia ergo argumenta, quæ Bartholomæus Torres, ut probet prædictas propositiones esse falsas refert, supponunt à parte subiecti ostendi solum Filium, & à parte prædicati solum Patrem, imò tota, quam texi disputatio id supponit, superuacaneum duxi ea referre ac soluerè.

DISPUTATIO II.

Utrum de hoc Deo individuo tribus personis communi verò dicatur generare, generari, spirare & spirari.

Quod ad hoc secundum dubium attinet, Caietanus artic. sequenti in responsione ad quintum affirmare videtur, Bartholomæus verò Torres eum reprehendit hoc loco.

Conclusio.

Sit tamen hæc conclusio. De individuo illo tribus personis communi verè affirmantur illa omnia prædicata, non ratione sui, sed ratione personarum, pro quibus supponit, & à quibus emanat, aut ad quas terminantur actus illi notionales. Neque aliud videtur voluisse Caietanus. Prior pars probatur, quia quemadmodum quæ primò conueniunt aut insunt primis substantiis: verè affirmantur, ac insunt secundis ratione primarum, ut in prædicamento substantiæ autor est Aristoteles, verbi gratia, quia Socrates ambulat, verè dixeris, *homo ambulat*: ita actus notionales, qui primò conueniunt personis, ratione illarum verè affirmantur de hoc Deo. Posterior verò pars probatur, quia actus notionales

non proficiscuntur ab hoc Deo, quatenus hic Deus est, sed generari emanat à Patre, quatenus Pater est; & spirare à Patre & Filio: neque item terminantur tamquam ad rem productam ad hunc Deum, quatenus hic Deus est, sed generali terminatur ad Filium, & spirari ad Spiritum sanctum, ratione quarum personarum verè affirmantur de hoc Deo: si namque actus notionales emanarent ab hoc Deo, quatenus hic Deus est, aut terminarentur ad hunc Deum, quatenus hic Deus est, omnes personæ generarent, & spirarent, aut generarentur, ac spirarentur: quippe cum id omne, quod conuenit huic Deo, quatenus hic Deus est, conueniat omnibus personis, in quarum singulis intrinsecè ac essentialiter includitur. Accedit, quòd hic Deus, quatenus hic Deus, non habet à quo producatur: nec enim ab aliquo, quod distinguatur ab æterno Patre ut pater: à Patre verò produci nequit, & quia est idem realiter cum eo, & quia nostro more intelligendi eum præcedit, cum in diuinis essentialia sint priora notionalibus. Adde, quòd si hic Deus, quatenus hic Deus produceretur, daretur tertia productio in diuinis distincta à generatione & spiratione, per quam produceretur, quod non est dicendum.

Aduersus hæc oppositionem, *Deus generat Deum*, quæ non solum habetur ex illo symboli, *Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum*. Et ex illo Matth. 16. *Tu es Christus Filius Dei vivi*. sed etiam probari potest hac ratione, Pater generat Filium: & Pater est Deus: ergo Deus generat Filium: & rursus, Filius genitus est Deus: ergo Deus generat Deum. Aduersus, inquam, eam propositionem obiicit D. Thomas 4. loco: quia si Deus generat Deum, aut se Deum, aut alium Deum: non se Deum: quia nihil generat seipsum: neque alium Deum: quia vnus tantum est Deus: ergo Deus non generat Deum. Respondetque, neque sequi generare se Deum: eò quòd pronomen reciprocum, *se*, refertat oppositum quod generat: suppositum autem genitæ non generat se: neque item sequi generare alium Deum: eò quòd nomen adiectiuum, *alium*, cadat supra Deum, cum eoque constructur, eaque de causa denoter aliterent in natura diuina: Deus autem generans, & Deus genitus, non habet distinctas naturas diuinas. Ad hoc ergo ut hæc propositio, *Deus generat Deum*, vera sit, satis est, quòd Deus generans generet alium, puta Filium, qui est Deus: quare neganda est sequela seu maior in argumèto assumpta.

Quinto loco argumentatur D. Thomas, quia si Deus genuit Deum, aut genuit Deum, qui est Deus Pater, aut Deum, qui non est Deus Pater: si Deum, qui est Deus Pater: ergo Deus Pater est genitus: si Deum, qui non est Deus Pater: ergo datur Deus, qui non est Deus Pater, quod est falsum: cum sit vnus tantum Deus, qui est Deus Pater: ergo hæc est falsa, *Deus genuit Deum*. Ad hoc argumentum respondet Richardus in 1. dist. 4. q. 1. genuisse Deum, qui non est Deus Pater. Reddit verò rationem, quia, inquit, *relatiuum, qui non refert solum Deum quoad naturam, sed quoad suppositum pro quo supponitur, & ratione cuius propositio erat vera*. Unde sensus est, genuit Deum, qui Deus genitus, puta Filius, non est Deus Pater, quod est verum. Quando autem obiicitur: ergo datur Deus, qui non sit Deus Pater, neganda est consequentia: quia pronomen, *qui*, antea non referebat Deum absolute, sed Deum genitum: quare solum sequitur, ergo datur Deus genitus, qui non est Deus Pater, quod est verissimum, quæ solutio iure est probanda.

ARTICV

ARTICVLVS V.

Utrum nomina essentialia in abstracto possint supponere pro persona.

Nomina essentialia in abstracto non supponunt pro persona. Essentia diuina neque generat neque generatur.

CONCLVSIO est. Nomina essentialia in abstracto non supponunt pro personis, idque propter modum significandi terminorum. Quare non sicut concedimus, Deum generare, ratione personae Patris, pro qua vocabulum, Deus, in concreto supponitur: ita concedendum est, essentiam diuinam generare, cum ea propositio damnata sit in Concilio Lateranensi, capite Damnamus, de summa Trinitate & fide Catholica his verbis: Illa res (essentia scilicet) non est generans, neque genita, neque procedens, sed est Pater qui generat, & Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. In Concilio etiam Toletano primo a Leone primo confirmato in confessione fidei sic legitur: Si quis dixerit, vel crediderit, Deum aeternum nascibilem esse anathema sit.

Ecclesia nihil temere definit.

Petec aliquis, quare haec propositiones, *essentia generat, essentia est genita, &c.* falsae sunt. Holcorh in determinationibus quaest. 10. dubio 4. ait: nos non posse reddere rationem sufficientem, quare falsae sint, sed id reuelatum fuisse Ecclesiae. Est tamen temeraria, ne aliquid amplius dicam, ea sententia. Quamuis enim Spiritus sanctus Ecclesiae, in suis definitionibus assistat, Ecclesia tamen nihil temere, & absque ratione definit. Quin potius deducendo ex reuelatis, consilioque, ac ratione ducta veritates decernit. Quare rationem reddere oportet, ob quam Ecclesia mota fuerit ad praedictas propositiones damnandas. Praetermissis vero aliis, quae a quibusdam redduntur, haec fuit sufficientissima. Quia cum essentia in abstracto, propter modum significandi, non supponat pro personis, ut de se est notissimum, sane si haec propositiones *essentia generat, essentia est genita, &c.* essentiae conueniret essentiae generare, & generari ratione sui, quod articulo praecedente ostensum fuit esse falsum. Etenim, quod essentiae conuenit ratione sui, conuenit personis omnibus ratione essentiae in eis inclusa: Vnde fieret ut omnes personae generarent, aut generarentur, quod est haereticum. Item si essentia generaret, aut generaretur, daretur aliquid in diuinis realiter distinctum ab essentia, quod eam produceret, aut ab ea produceretur, quandoquidem nihil magis pugnat, quam aliquid seipsum producere: haereticum autem est affirmare dari aliquid in diuinis distinctum realiter a diuina essentia. Legito quae diximus q. 32. art. 2. disp. 4. & praecedentibus.

Nomina connotatiua substantiarum supponunt pro personis, adiectiua non.

Circa responsionem ad quintum nota doctrinam, quam tradit D. Thomas videlicet connotatiua substantiua supponere pro supposito, adiectiua vero non supponere, sed solum applicare suum significatum formale substantiua, cum quo connotantur: propter quam causam dicit D. Thomas substantiua notionalia posse vere predicari de essentia in abstracto, adiectiua vero minime: nisi adiungatur aliquid aliud. Vnde ex sententia D. Thomae hoc loco, haec est vera, *essentia est generans*, si generans sumatur substantiue, quia efficit hunc sensum, est res, puta Pater, cui conuenit generare, quod est verum. Eadem autem propositio est falsa, si generans sumatur adiectiue: esset autem vera si diceretur, *essentia est res generans, puta Pater*. Simul addit D. Thomas hanc esse veram, *essentia est res non ge-*

Anerans, quia est ipsamet essentia, aut Filius, qui est res non generans. Quare substantiue has duas propositiones concederet D. Thomas, *essentia est generans*, id est, est Pater cui conuenit generare: & *essentia est non generans*, id est, est Filius cui conuenit esse non generans. Aduerte tamen, numquam hanc absolute esse concedendam, *essentia est generans*: eò quod Concilium Lateranense absolute eam damnat: sumit tamen Concilium, *generans*, adiectiue, ut regulariter solet sumi. Quod si exprimat sumi substantiue, poterit optime concedi propositio, ut eam videret concedere D. Thomas hoc loco, dum docet notionalia substantiua predicari de essentia in abstracto. Illud postremo est hoc loco animaduertendum, licet haec legitime concedatur, *essentia est res non generans*, quia est Filius, cui conuenit non generare: hanc tamen nulla ratione esse concedendam, *essentia est Deus non generans*. Ratio diuersitatis est, quoniam vocabulum, *res*, significat quid commune personis diuinis, quod in eis diuiditur, & ob id quaedam res diuina, nempe Pater, generat, & quaedam non generat, ideoque duae haec propositiones sunt subcontrariae de subiecto vniuersali, tamen si analogo. At vero vocabulum, *Deus*, est res singularis vnica suppositione supponens pro indiuiduo communi tribus personis diuinis, & pro personis ipsis: ideoque de Deo numquam vere affirmatur, quod non generet, quin potius haec sunt propositiones contradicentes, *Deus generat, Deus non generat*, ut quaest. 36. art. 4. disp. 2. ostensum est, & ea, quae negat semper est falsa.

ARTICVLVS VI.

Utrum persona possint predicari de omnibus essentialibus.

ARTICVLVS est facilis ex dictis in superioribus. Praedicari namque possunt tam de essentialibus in concreto, ut de Deo, quam in abstracto, ut de essentia diuina. Circa responsionem ad secundum aduerte, hanc propositionem, *Pater est Deus*, esse per se essentialem: istam vero, *Deus est Pater*, non esse essentialem, ut ostensum est q. 28. artic. 2. & aperte docuit D. Thomas q. 33. art. 3. ad primum. Attamen non est per accidens, sed per se, quatenus per se atque ex natura rei necessario coniunctum est cum Deo, ut sit Trinus, & subinde ut sit Pater, Filius, & Spiritus sanctus, quod solum vult Diuus Thomas hoc loco.

ARTICVLVS VII. & VIII.

Utrum essentialia sint approprianda personis, conuenienterque eis approprientur.

DISPUTATIO VNICA.

APPROPRIARI aliquid essentialia alicui personae est attributum, quod alioqui est commune omnibus personis, accommodari alicui peculiariter propter aliquam peculiarem rationem. Vnde appropriatum ita potest describi. Est attributum peculiariter accommodatum alicui personae propter peculiarem aliquam rationem. Quo pacto Patri appropriatur potentia, & quaedam quae ad potentiam pertinent: quia potentia est principium operationis: Pater autem est principium non de principio. Alia etiam ratione, ut Augustinus ait, illi

Appropriari attributum alicui personae quid.

illi appropriatur potentia, videlicet, neque existimet in Patre aeterno esse impotentiam, quæ propter se-
nium esse solet in humanis. potius in parentibus, quam
in filiis. Filio autem appropriatur sapientia, & quæ-
dam, quæ ad intellectum pertinent, ut veritas, pro-
pterea quod Filius procedat per intellectum tam-
quam verbum. Vnde Paulus 1. ad Corinth. 1. appel-
lat Christum, Dei sapientiam, & virtutem. Et in li-
bris sapientibus sæpe sapientia appropriatur Filio.
Spiritu sancto denique appropriatur bonitas, &
quædam quæ ad voluntatem spectant, ut propterea
quod procedat per voluntatem, ut amor.

Duo notarim hoc loco. Alterum est, Augusti-
num 6. de Trinitate cap. 10. appropriata appellare
propria personis, & Magistrum in 1. dist. 31. appel-
lare eas proprietates personarum: ea ratione, quod
quatenus appropriantur, quasi propria iis personis
redduntur, quibus appropriantur, cum alioquin sint
toti adorandissimæ Trinitati communia. Alterum
est, fuisse errorem Petri Abailardi, ut ei tribuit
Bernardus epistola 190. quo affirmavit appropriata
personis esse re vera illis propria, ut potentiam esse
in Patre, & non Filio, aut Spiritu sancto: & sa-
pientiam esse in solo Filio, &c. Hoc autem notifi-
simum est errorem esse in fide, neque impugna-
tione indiget.

QVÆSTIO XL.

De personis in comparatione ad rela-
tiones & proprietates.

ARTICVLVS I.

Utrum relatio sit idem quod persona.

QUÆSTIO. V. In hoc loco dici poterant, dicta sunt
quæst. 28. artic. 2. & quæst. 32. articulo 2. &
39. artic. 4.

ARTICVLVS II.

Quousque, qualisve compositio in diuinis perso-
nis admittenda sit.

DISPVATIO I.

Prepositiui
et Gregorij
sententia.

REPOSITIVVS, & Gregor. Ariminen-
sis in 1. dist. 26. q. 1. cum in diuinis perso-
nis propter summam earum simplicita-
tem nihil ab eis quoquo modo distinctum admit-
tant: quemadmodum personas diuinas seipsis, non
verò proprietatibus, quæ aliquid earum sint, di-
stinguit ab inuicem affirmant, ut q. 31. art. 2. disp. 7.
& 2. relatum, inopugnatumque est: sic quoque, cum
ad constitutionem distinctio aliqua inter consti-
tuentia & constitutum necessaria sit, negant vllam
protius esse constitutionem diuinarum persona-
rum ex essentia & proprietatibus personalibus.

Ad illud verò Concilij Lateranensis cap. Firmiter.
de summa Trinitate & fide Catholica. *Hæc sancta
Trinitas secundum communem essentiam indiuidua, &
secundum personales proprietates discreta:* quibus ver-
bis manifestè asseritur, in singulis personis dari ali-
quid, in quo conueniant, essentiam scilicet, & ali-
quid quo distinguantur, nempe proprietates per-
sonales, ac proinde tam essentiam, quam proprie-

tates personales esse aliquo personarum ab eis ali-
quo modo distinctum, respondent, id intelligen-
dum esse secundum locutionem intransiuitam, ut
vocat, ita ut sit sensus personæ diuinæ distinguan-
tur seipsis, quæ sunt proprietates personales.

Non dubito, quin hæc sententia sit error in fide,
aut certe errori proxima. quatenus negat, esse ali-
quid personarum ab eis aliquo modo distinctum, in
quo conueniant, & aliquid, in quo distinguantur,
ac proinde quatenus ex eo fundamento negat, nos-
tro intelligendi more cum fundamento in re, dari
constitutionem diuinarum personarum ex essentia
& proprietatibus personalibus, quæ aliquid earum
sint. Et quidem licet error hic ex dictis q. 18. art. 2.
disp. 5. & 6. q. 3. art. 2. disp. 2. satis corruiat, sequen-
tes tamen rationes subiiciamus, quæ in iis, quæ
locis citatis confestim, quodam ex parte conti-
nentur.

Prima sit: In Patre est essentia diuina, aut certe
(ne Gregor. vim in verbis faciat) Pater est essentia
diuina, quæ ex natura rei est quid absolutum, & non
respectuum, & est in tribus personis, aut certe est
per identitatem tres personæ, ut ex cap. *Damnatus*
de summ. Trinitate & fide Catholica constat: in
Patre item est paternitas, aut certe Pater est pater-
nitas, quæ ex natura rei est quid incommunicabi-
le, & respectuum, & realiter quæ distinctum à Filio
& Spiritu sancto: ergo paternitas, ut paternitas, &
essentia, ut essentia aliquo modo distinguuntur, nec
se inuicem intrinsecè includunt, ac proinde Pater,
qui est essentia & paternitas, & intrinsecè vtrum-
que includit, per vnumquodque eorum distingui-
tur aliquo modo à reliquo, virtute saltem ac ratio-
ne, tamquam intrinsecè includens illud, cum vi-
cissim ab eo non includatur. Concedenda est ergo
in Patre, tamquam aliquid Patris, tam essentia, per
quam cum Filio conueniat cum summa identita-
te, quam paternitas, per quam realiter distinguatur
à Filio, ut fides docet.

Secunda, ex Concilio Florentino in literis sanctæ
vniõnis in decreto de processione Spiritus sancti,
*Omnia quæ Patris sunt ipse Pater vniõnis suo gi-
gnendo dedit, præter esse Patrem:* et go esse Patrem
est quid Patris, à reliquis quæ communicat Filio,
& quæ etiam sunt Patris, aliquo modo distinctum:
quippe cum reliqua quidem Filio comunicet, non
verò ut sit Pater. Vnde inferitur paternitatem in
Patre esse quid aliquo modo distinctum ab essen-
tia, quam Filio communicat, iuxta illud Ioan. 10.
quod dedit mihi Pater, maius omnibus est: quem lo-
cum Concilium Lateranense cap. *Damnatus*, de
summa Trinitate & fide Catholica ad literam di-
cit esse intelligendum de essentia. Inferitur etiam,
paternitatem esse aliquo modo distinctam ab spi-
ratione actiua, aut vi ad spirandum, quam citato
loco Concilium Florentinum affirmare, probatè-
que intendit à Patre per generationem Filio com-
municari. Ac certè, cum Concilium dicat omnia
Patris (quod absque dubio pluralitatem aliqualem
denorat) communicari Filio, ab illis que excipiat,
esse relatiuum Patris: contra definitionem Concilij
loquitur, qui affirmat inter ea quæ sunt Patris, aut
quæ est Pater per identitatem, nullam esse distin-
ctionem, atque adeò inter Patrem & eorum vnum-
quodque nullam etiam esse distinctionem.

Tertia, Pater paternitate opponitur relatiuè Fi-
lio, & non essentia, aut spiratione actiua, quæ ex
natura rei sunt idem cum Patre: ergo paternitas
aliquo modo distinguitur ab eis, ac proinde etiam
Pater, qui illa omnia in se habet.

Quarta conceptus, quem de essentia diuina formamus, significat praecise essentiam, & non paternitatem: conceptus item quem de paternitate formamus, significat paternitatem & non essentiam, & conceptus, quem de Patre formamus significat id, quod intrinsece includit vtrumque: ergo essentia & paternitas, tum inter se, tum etiam à Patre ratione saltem distinguuntur, ac proinde inter essentiam, paternitatem, ac Patrem datur sufficiens distinctio, vt Pater ex essentia & paternitate, si non ex natura rei certe nostro intelligendi more verè dicatur constitui. Rationes alias, quibus inter essentiam, proprietatem personalem, ac personam, tantam esse distinctionem ostendimus, quanta satis sit, vt persona ex essentia & proprietate personali merito dicatur constitui, lege locis citatis.

Scoti sententia.

Scotus, qui distinctionem formalem constituit inter essentiam diuinam & proprietates personales, vt quaest. 28. artic. 2. disp. 5. retulimus ac impugnaui- mus, consequenter affirmare debet, diuinas personas à parte rei, seclusaque operatione cuiusque intelle- ctus, constitui ex essentia & proprietatibus perso- nalis, tamquam ex formalitatibus ex natura rei inter se distinctis. Atque ea planè est eius sententia. In eadem sententia est Aureolus, quem refellimus q. 3. art. 2. disputatio. 2. In eadem etiam sunt quot- quot cum Scoto distinctionem formalem inter es- sentiam & proprietates personales admittunt. Hæc sententia tamquam aliud extremum Præpositiui ac Gregorij sententia: contrarium, à veritate discedit. Neque alia eget impugnatione, præterquam, quam locis citatis ostendimus proprietates personales esse idem re & ratione formali cum diuina essentia, so- lumque virtute ac ratione ratiocinante, & ratiocina- ra, ab ea distingui.

Formalitas & Barthol. Torres opinio.

Licet D. Thomas sectatorisque illius, & denique cõmunis Scholasticorum sententia affirmet, proprie- tates personales & essentiam solo prædicto modo differre, ideòq; consequenter addant, personas diui- nas sola ratione, nostro ve intelligendi more, consti- tui ex essentia, & proprietatibus personalibus: Fer- rariensis tamen 4. contra gentes cap. 26. Bartholo- meus Torres hoc loco, & latius art. 4. sequenti, & quidam alij ex discipulis D. Thomæ affirmant per- sonas eo modo constitui ex proprietatibus perso- nalis, vt g. Patrem ex paternitate, quo dicimus Deum constitui ex Deitate, & hominem ex humanitate. Si- cut enim, inquit, Deitas dicitur totum, quod Deus dicit formaliter, & humanitas dicit, imò includit intrinsece totum, quod homo formaliter significat, eaq; de causa, nec Deitas dicitur constituere Deum, tamquam pars, sed tan- quam forma totius, id est, quæ est totum quod Deus dicit formaliter, neque humanitas dicitur constitui vere hominem tamquam pars illius, sed tamquam forma totius: sic etiam volunt, vt paternitas constituat Patrem, non tam- quam pars, sed tamquam forma totius, quæ intrin- sece includit essentiam, ac proinde totum, quod Pater æternus dicit ac formaliter includit, eaque rati- one affirmant, Patrem, & paternitatem, ex qua Pa- ter constituitur, solum distingui penes modum signifi- candi ac concipiendi, quia videlicet paternitas signifi- catur tamquam id, quo Pater est Pater, Pater verò tamquam quippiam subsistens. Denique non constituunt aliam maiorem distinctionem inter pa- ternitatem, quatenus est proprietates personalis Pa- tris, & patrem, quam inter Deitatem & Deum, & quam inter hominem, & humanitatem.

Paternitas & alia rela- tiones du- bus modis ac- cipiuntur.

Sententia hæc inde ortum habuit: quod autores illius non distinguant duas illas acceptiones pater- nitatis, filiationis, spirationis actiue, & passiuæ.

Molina in D. Thom.

A quas nos distinximus q. 28. art. 2. disp. 6. In quarum altera, ea vocabula non significant nudas proprie- tates personales, quæ cum essentia constituunt per- sonas, sed significant in abstracto constitutum ex essentia diuina & proprietate personali, aut relatio- ne, ac proinde significant formam totius, hoc est, to- tum quod, vel persona, vel spirator, dicunt formaliter, eoque modo spectata cum intrinsece includant essentiam, non dicuntur constituere personas vnà cum essentia. In altera verò acceptione significant nudas proprietates personales, aut relationes præci- sas ab essentia, quo pacto spectata essentiam intrin- sece non includunt, neque sunt formæ totius, vt vocant, sed habent se ad modum partis, vt cum es- sentia constituunt personas.

In Deo nihil rationem ha- bet partiu.

B Dicitur habere se ad modum partis, quia licet in Deo nihil sit, quod ratio- nem habeat partis, eò quòd omnia re & ratione for- mali sint idem cum essentia, quatenus tamen pro- prietates virtute distinguuntur ab essentia, & nec eam includunt, nec ab ea includuntur, comparatio- ne personarum quæ vtrumque includunt, habent instar partis. Inde etiam eadem sententia videtur habuisse ortum, quòd arbitrantur essentiam diui- nam esse de intrinseca ratione proprietatum, cuius contrarium ostendimus aduersus Bartholomæum

C Torres q. 28. art. 2. disp. 6.

Sanè rationes, quas aduersus Præpositiuum & Gregorium confecimus, manifestè probant, pro- prietates non includere essentiam, latiusque idem ostendimus disp. 6. citata, ex quibus omnibus suffi- cienter videtur expugnata horum Doctorum sen- tentia. Nec satis intelligo in quo à Gregorij Arimi- nensis opinione, quam ij ipsi refellunt, differat. Ete- nim Gregorius non negat concreta & abstracta in diuinis, atque adeò tantam distinctionem rationis ratiocinantis inter Patrem & paternitatem, quanta est inter Deum & Deitatem: sed quoniam arbitrat- ur non esse maius distinctionis fundamentum à par- te rei inter Patrem, & proprietatem personalem Pa- tris, quam inter Deum & Deitatem, quemadmo- dum nullus vquam asseuerauit in Deo, quæ Deus est præcisè à personis consideratis, compositionem ex Deitate, aut ex Deitate & aliquo alio: ita quoque Gregorius censuit nullam esse admittendam cõpo- sitionem in personis diuinis ex proprietatibus earum & essentia. Sicut ergo sententia Gregorij me- ritò iudicatur parum tuta in fide, sic sanè sententiam horum Doctorum minus fidei consentaneam esse arbitror, si non alium modum, quo diuinæ personæ ex proprietatibus constituantur, præter eum qui ex eorum sententia à nobis est explicatus, admittant.

E Sit ergo prima conclusio. A parte rei, seclusa ope- ratione intellectus, nulla est constitutio actualis di- uinarum personarum, nisi solum virtute. Prior pars est contra opinionem Scoti, & aliorum, qui eum sequuntur. Vtraque verò probatur, quoniam ad constitutionem alicuius ex aliquibus necessaria est distinctio, tam constituentium inter se, quam à con- stituto: idem namque non dicitur constituere seip- sum: sed inter personam, proprietatem personalem, & essentiam à parte rei nulla est actualis distinctio formaliter, est tamen virtute, vt q. 28. art. 2. disp. 5. ostensum est: ergo à parte rei, seclusa intellectus operatione nulla est actualis constitutio diuinarum personarum, nisi solum virtute.

1. Conclusio. Constitutio actualis diuinarum personarum à parte rei qualis sit.

F Secunda conclusio. Per intellectum datur con- stitutio actualis diuinarum personarum ex essentia & relatione cum fundamento in re. Hæc est aduer- sus Præpositiuum & Gregorium, probarique potest. Quia, tum per comparationem ad intellectum no-

2. Conclusio. Per intelle- ctum qualis datur consti- tutio in diu- nis personis.

S i strum

strum concipientem essentiam sine proprietate, & proprietatem præcisè ab essentia, atque personam ut utrumque includentem, tum etiam per comparationem ad diuinum intellectum, & angelicum intelligentem illa eadem, ut diuersa aliquo modo, datur actualis distinctio tam rationis ratiocinantis, quam ratiocinata, hoc est, cum fundamento in re inter illa, quasi neque essentia includat proprietatem, neque proprietates essentiam, sed persona includat utrumque, idque propter virtuales distinctionem, ex natura rei repertam inter illa tria inter se collata, iuxta modum q. 28. art. 2. disp. 5. & 6. demonstratum cum ergo ea distinctio ex omnium sententia sit facta ad distinctionem eam quam vocant rationis, nostro intelligendi modo factam cum fundamento in re, efficitur ut diuinæ personæ ratione constituantur actu ex essentia & proprietate personali cum fundamento in re talis constitutionis.

3. *Conclusio.*
Persona constituta plus distinguitur à sua proprietate personali, quam Deum à Deitate.

Tertia conclusio. Maior est distinctio inter personam constitutam, & proprietatem constituentem, quam inter Deum & Deitatem, nec proprietates, ut includit essentiam, constituit personam, sed ut præcisè ab essentia, ideòque non constituit personam tamquam forma totius, quasi dicat id omne quod includit persona. Hæc est aduersus Ferrariensem, & Bartholomæum Torres, estque satis nota ex dictis tam hac disp. quam q. 28. art. 2. disp. 6. Potestque confirmari, quia sicut essentia constituit personam, & tamen non est forma totius, quippe cum non dicat id, per quod persona constituta distinguitur à duabus reliquis personis, habetque, ut sit talis persona, putà Pater: ita proprietates, quæ cum eadem essentia constituit eandem personam non erit forma totius, sed distinguetur à persona constituta, tamquam inclusum ab includente, non secus ac essentia distinguitur. Hactenus dicta confirmantur verbis illis Concilij Florentini sess. 19. *Quamuis tres sint hypostases, & persona re inuicem differentes, eas tamen unum Deum, & opificem uniuersi credimus esse: personam verò ex diuina substantia, proprietateque constare.* Licet autem hæc sententia non sit definitio Ecclesiæ, asserta tamen fuit ab illo Ioanne, qui partes Latinorum agebat spectante, annuenteque Concilio.

DISPUTATIO II.

Vtrum persona diuina constituantur, & distinguantur per relationes.

Sermo est hoc loco non de quocumque constitutio, sed de proprio, ac peculiari cuique personæ, constituyente eam in esse suppositi incommunicabilis, quale est proprietates personalis, non verò essentia tribus personis communis. Ne verò disputatio fastidiosa ob longitudinem adherescat in quatuor membra sequentia à nobis diuidetur.

MEMBRUM I.

Eorum sententia examinatur, qui personas diuinas per proprietates absolutas constitui affirmant.

Lincon. & Ioan. à Ripa sententia.

Linconensis, Ioannes à Ripa in 1. distin. 25. & 26. & præci alij in ea fuerunt sententia, ut affirmarent, personas diuinas constitui, & distingui ab inuicem, per proprietates quasdam absolutas. Censent namque in Patre esse essentiam, in qua conuenit cum cæteris diuinis personis, & ultra essentiam esse proprietatem quamdam absolutam, ex qua

A & essentia diuina constituitur primum suppositum diuinissima Trinitatis, & per quam distinguitur realiter à cæteris personis. A supposito verò absoluto iam constituto volunt, ut emanet generatio Filij, quam, tamquam rationem fundandi in primo supposito gloriosissima Trinitatis, paternitas consequatur. Itaque non negant in Patre generationem actiuam, & paternitatem, quæ sit relatio, sed dicunt esse proprietates aduenientes primo supposito sanctissima Trinitatis iam constituto ex essentia diuina & proprietate absoluta, per quam realiter distinguitur à cæteris personis. Arbitrantur namque, perinde atque in humanis prius est suppositum absolutum constitutum ex proprietate personali absoluta, putà Socrates, deinde verò ab eo emanat generatio, quam consequitur paternitas tamquam rationem fundandi: sic quoque rem se habere in diuinis. Eodemque modo asserunt Filium in diuinis esse suppositum quoddam absolutum, quod terminat generationem actiuam, & passiuam: ex eaque generatione tamquam ex ratione fundandi resultat in eo filiationem. Quare nomina, inquit, Patris, & Filij in diuinis, non sunt propria nomina suppositorum, sicut neque in humanis: sed supposita diuina significantur illis nominibus à proprietatibus relatiuis, quæ non constituunt supposita, sed eueniunt suppositis constitutis. Addunt nos ignorare propria nomina suppositorum diuinorum.

Scotus in 1. d. 26. q. 1. videtur inclinare in hanc sententiam: eam namque defendit, in illiusque confirmationem multa conficit argumenta, non tamen omnino audeat eam affirmare, sed simul cum communi Theologorum sententia defendit, personas diuinas constitui, non proprietatibus absolutis, sed respectiuis. Leuchertus Scoti sectator eadem distinctione affirmat, hanc opinionem esse faciliorem intellectu, & probabiliorem cæteris.

Scotus autem in confirmationem huius sententia argumentatur primò. Sapiens Proverbiorum 30. querit, *quod nomen est eius, & quod nomen filij eius si nosti?* Quo in loco supponit in Deo esse Patrem & Filium, docetque aperte nomina propria Patris & Filij esse occulta: sed si Pater constitueretur in esse primi suppositi altissima Trinitatis per paternitatem, & Filius in esse secundi suppositi per filiationem, huiusmodi nomina non essent occulta: quippe cum vocabula, Pater & Filius, essent propria nomina primi & secundi suppositi: imò verò Sapiens ipse suam et interrogacione expressisset nomen proprium Filij, dum dixit: *Et quod nomen Filij eius si nosti?* signum ergo est personas diuinas non constitui relationibus, sed proprietatibus absolutis nobis occultis.

Secundò, in relatiuis semper aliquid absolutum refertur per relationem, tamquam id quod refertur, ut Socrates Pater per paternitatem, & res candida per similitudinem ad aliam rem sibi similem: sed in diuinis id, quod refertur, non est essentia, sed suppositum: ergo concedendum est suppositum absolutum, quod per relationem superuenientem refertur, ut quod.

Tertiò, relatio realis præexigit extrema distincta realiter: ex eo namque Aristoteles 5. Metaphyl. cap. de eodem, probat relationem identitatis non esse realem, quia non est inter extrema distincta realiter: quod non est intelligendum de extremis secundum esse relatiuum, sed sumptis fundamentaliter: vna enim è conditionibus necessariis, ut relatio sit realis, est, ut extrema, inter quæ relatio cernitur, sumpta fundamentaliter, sint realia, & realiter inter se distincta, ut ad prædicamentum

Scotus in eandem sententiam arguitur.

Primum in hoc sententia arguitur.

Secundum.

Tertium.

tum relationis fusè explicauimus: cum ergo paternitas, & filiatio in diuinis sint relationes reales, concedenda sunt extrema fundamentaliter sumpta, realiterque inter se distincta, inter quae cernantur eiusmodi relationes: ea verò non sunt alia, quam supposita absoluta constituta prius ex essentia & proprietate absoluta: neque enim essentia in Patre & Filio distinguitur realiter.

Quartum. Quartò, suppositum, à quo est aliud per generationem ex natura rei, praesupponitur ad suppositum quod est ex ipso, ac proinde est quid prius illo: sed Pater secundum esse Patris, & Filius secundum esse Filij, sunt simul natura & cognitione: eò quod sint correlatiua: ergo suppositum Patris, secundum esse suppositi, à quo est suppositum Filij, non constituitur per paternitatem, sed per aliquid absolutum quod praecedat, ita scilicet, vt à supposito absoluto Patris producat per generationem suppositum absolutum Filij, generationemque ipsam consequatur in vtroque supposito relatio Patris & Filij: secundum quas sint simul natura quoad esse relatiuum, quod quasi superueniat suppositis absolutis.

Quintum. Quintò, generatio non terminatur, primò ad esse respectiuum, sed ad esse absolutum: ergo in Filio concedendum est suppositum absolutum, quod primò terminet generationem, & cui quasi superueniat esse relatiuum Filij. Consequenter est manifestat: antecedens verò probatur, tum quia ad relationem non est per se mutatio, nec relatio producitur per se, sed comproducitur ad productionem alterius, ex Aristotele 5. Physicorum: tum etiam quia generatio terminatur ad primam substantiam: esse autem relatiuum non est substantia.

Sextum. Sextò, Suppositum ex natura rei praetelligitur aetioni, seu productioni: ergo suppositum Patris praetelligitur generationi, quae est ex ipso. Tunc peto. Aut in illo priori supposito Patris est relatiuum, aut absolutum. Si absolutum, haberet institutum. Si relatiuum: ergo Filius tunc est simul natura & cognitione: eò quod Pater & Filius sint correlatiua, ac proinde sicut tunc suppositum Patris praetelligitur generationi, ita quoque suppositum Filij: quod est absurdum.

Septimum. Septimò, Proprietas primae personae praetelligitur ipsi personae ex ea constituta: eò quod constitutus praetelligitur constituto, vt de se est manifestum, colligiturque ex Aristotele 7. Metaph. cap. 3. si ergo ea est paternitas, & non quid absolutum, cum filiatio sit simul natura & cognitione cum paternitate, filiatio, quae iuxta hanc opinionem est proprietas secundae personae, praetelligeretur primae personae, atque adeò Filius non haberet eam à prima persona, quod est absurdum. Dicendum igitur est personas non constitui ex proprietatibus relatiuis, sed absolutis.

Personas diuinas non constitui absolutis proprietatibus. Sententia haec non immeritò censetur communiter à Doctoribus, non solum temeraria vt pote còtra communem, tam Scholasticorum, quam Sanctorum Patrum sententiam, verum etiam parum in fide tuta: eò quod Scripturis sanctis, & definitionibus Ecclesiae minimè consentanea sit. Licet autem eam impugnare, quia vbicumque scriptura sacra de personis diuinis sermonem facit, significat eas nominibus relatiuis significantibus relationem, vt patet Matth. vltimo, *Baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti.* i. Ioan. vltimo, *Tres sunt qui testimonium dant in caelo Pater, Verbum, & Spiritus sanctus,* multisque aliis in locis: ergo personae diuinae relationibus, non verò proprietatibus absolutis constituntur, & distinguuntur abinvicem. Confirmat

Molina in D. Thom.

A tur haec ratio, quia Christus Dominus instituit baptismum in nomine trium personarum diuinarum, dicens: *Baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti:* ergo haec sunt nomina propria diuinarum personarum: neque enim credendum est, vel Christum latuisse nomina propria, vel eo in loco compellasse personas diuinas nominibus extrinsecis, quae non essent eis propria, cum potuerit eas propriis nominare: quare cum nomina illa relatiua sint, sanè personae diuinae relationibus, non verò proprietatibus absolutis, constituuntur, & distinguuntur. Confirmatur rursus eadem ratio, quia Damasus Papa in suo symbolo, quod inter opera D. Hieronymi tom. 4. legitur, affirmat praedicta nomina esse nomina propria diuinarum personarum, dicens: *Proprium nomen est Patri, Pater, proprium nomen est Filio, Filius, & proprium nomen Spiritus sancto, Spiritus sanctus.*

B Secundò, Ecclesia in suis definitionibus, nec aliter explicat personas diuinas, nec aliter tradit distinctionem earum, quam per nomina relatiua, vt patet ex symbolis Apostolorum, Concilij Niceni, Aethanasij, & ex variis Conciliis, & potissimum Lateranensi cap. *Firmiter*, & cap. *Damnatus*, de summa Trinitate & fide Catholica: ergo personae diuinae non constituuntur, & distinguuntur per proprietates absolutas, sed relatiuas.

C Tertio, in Concilio Flor. in literis sanctae vniuersionis, in decreto de processione Spiritus sancti scriptum est: *Patrem gignendo Filium dedisse ei omnia, quae sunt Patris, praeter esse patrem:* ergo in Patre nihil est, quod non sit in Filio, praeter relationem Patris, ac proinde Pater per eam solum constituitur & distinguitur à Filio, non verò per proprietatem aliquam absolutam.

Quartò, in Concilio Florentino sess. 18. ita habetur, *Sola relatio apud omnes, tam Graecos, quam Latinos Doctores, diuina processione personas multiplicat: ita vt non vlla alia ratione, quam vi relationis Pater à Filio, ac vna persona ab alia differat.* Quae verba licet non sint definitio Ecclesiae, sunt tamen illius Ioannis qui partes Latinorum agebat.

Quintò, Concilium Toletanum vndecimum in processione fidei de personis diuinis hoc modo loquitur: *Quae cum relatiue tres personae dicantur, vna tamen naturalis substantia creditur.* Et infra, *In relatione personarum numerus cernitur: in diuinitatis vero substantia quid numeratum sit non comprehenditur.* Quibus addit, *Ergo hoc solum numerum insinuat, quod adinueniuntur, & in hoc numero earent, quod in se sunt, id est, absolutae sunt.*

E Sextò, In diuinis illa solum, inter quae, iuxta sensum quaest. 19. art. 2. explicarum, cernitur relatiua oppositio, distinguuntur realiter inter se, reliqua verò minimè: signum ergo est, solum relatiuam oppositionem efficere distinctionem realem in diuinis, ac proinde personas constitui, distinguique abinvicem relationibus, non verò proprietatibus absolutis.

F Septimò, Omne ens reale absolutum est formaliter aliqua perfectio: si ergo personae diuinae constituuntur proprietatibus absolutis, aliqua perfectio erit in vna persona, quae non sit in alia, quod est omnino absurdum.

Octauò, Si personae constituerentur, & distinguerentur proprietatibus absolutis, non essent consubstantiales omnino, nec Pater Filio totam suam substantiam communicaret, quod est contra definitiones Ecclesiae. Consecutio probatur, quoniam proprietas absoluta pars est substantiae eius, cuius est proprietas.

Hanc quoque communem esse sanctorum Patrum sententiam probatur: Quia Boetius de Trinitate

nitare cap. 12. *Sola relatio inquit, multiplicat Trinitatem.* Anselmus de Incarnatione cap. 3. & de processione Spiritus sancti cap. 1. aperte docet personas solum distingui relationibus, neque in eis esse aliud, quam communem essentiam, & relationes, quibus ab invicem distinguuntur. & cap. 3. affirmat in divinis omnia esse unum, ubi non obviat relationis oppositio. Quo axiomate vitur Concilium Florentinum sess. 19. Iustinus martyr in expositione fidei in principio, relationibus, originibusque, docet personas constitui in esse hypostasem, ab invicemque distingui. Hieronymus, aut quicumque eius operis est autor, in expositione symboli Damasci tomo 4. Tres, inquit, personas expressas sub proprietate distinguimus: ex antecedentibusque & sequentibus constat, nomine proprietatis intelligere proprietatem relationam. Damasc. lib. 1. fidei orthodoxæ ca. 10. *Quid, inquit, habet una trium personarum, habet alia, præter ipsam sententiam generationem, & processionem.* subiungitque: *In his enim solis personarum proprietatibus, differunt ab invicem res sanctæ hypostases.* Constat autem prædictas proprietates à Damasceno expressas non esse absolutas, sed relationas. Epiphanius lib. 3. aduersus hereses heresi 73. docet, notionem paternitatis & filiationis in divinis manifestare naturam Patris & Filij hoc est, rationes eorum formales. Quibus verbis satis aperte innuit, Patrem & Filium constitui distinguique ab invicem per relationes. Ambrosii. de fide ad Gratianum Augustinum cap. 2. ait: *Non Pater ipse qui Filius, sed inter Patrem & Filium generationis expressa distinctio est, ut ex Deo Deus, &c.* Vbi manifestè affirmat, Patrem & Filium distingui per generationem, quam constat, non absolutum quid, sed relatiuum esse in diuinis. In eadem sententia est Bernardus 5. lib. de consideratione cap. 8. Augustini præterea scopus 5. libr. de Trinitate est ostendere, in diuinis absoluta omnia esse unum, dicique singulariter de tribus personis diuinis: distinctionem verò esse in relatiuis, solaque relatiua ita conuenire vni personæ, vt non conueniant aliis. Lege præterea cap. 5. 11. 13. & 14. & 6. de Trinitate cap. 2. *Quisquid, inquit, ad se dicuntur (Pater videlicet & Filius) non dicuntur aliter sine altero, id est, quicquid absolutum est in Patre & Filio, utriusque conuenit.* Quare ex sententia Augustini eo loco Pater & Filius non distinguuntur per absoluta. Idem docet 7. de Trinitate cap. ultimo sub finem, & lib. 9. cap. 1. Idem docet Fulgentius de fide ad Petrum cap. 1. & 2.

MEMBRUM II.

Diui Bonaurentura, & D. Thomæ opiniones circa constitutionem diuinarum personarum.

Diui Bonaurentura opinio personarum constitui originibus.

Fundamentum D. Bon.

Diui Bonaurentura in 1. distinctione 26. q. 3. in ea est sententia, vt dicat, personas diuinas constitui potius, & inter se distingui originibus, actibusque notionalibus, generatione videlicet actiua, generatione passiuâ, & spiratione passiuâ, quam relationibus, id est, quam paternitate, filiatione, & spiratione passiuâ, sumpta vt est relatio. Ducitur potissimum, quoniam relationes originis consequuntur, originis ipsas, actusque notionales, qui sunt tamquam rationes fundandi relationes, vt paternitas consequitur generationem actiuam, qua Pater producit Filium, & filiatio generationem passiuam, qua Filius producitur: ergo persona prius sunt constitute ac distinctæ inter se per originem, quam relationes aduenire intelligantur, & per consequens originem sunt potius vocanda proprie-

tates constituentes personas, quam relationes.

D. Thom. hoc loco, Durand. in 1. d. 26. q. 1. communiorque Scholasticorum sententia, affirmat personas diuinas potius constitui, ac distingui relationibus, quam originibus. Id probant primò, quoniam licet relatio & origo, vt paternitas & generatio actiua, idè sint, attamen origo significatur vt forma extrinseca, videlicet generatio vt actio egrediens à Patre, relatio verò, vt forma intrinseca manens in Patre: cū ergo res per intrinseca constituantur, & distinguantur, sanè per se potius dicendæ erunt constitui, & distingui inter se per relationes, quam per originem.

Secundo, generatio significatur vt actio procedens à persona Patris: ergo præsupponit personam Patris, ac proinde persona Patris per aliquid aliud præsupponitur, præintelligiturque constituta, nempe per relationem. Item natiuitas significatur & intelligitur vt via ad Filium: ergo præsupponitur ad Filium, ac proinde, nostro intelligendi more, non constituit Filium, sed Filius per aliquid aliud præintelligitur constitutus, nempe per relationem.

Quia verò aduersus hanc sententiam adhuc pugnat fundamentum, cui opinio D. Bonaurentura potissimum innititur, nempe relationes originis cōsequuntur, tamquam rationem fundandi actus notionales, originisque ipsas, vt paternitatem consequitur generationem actiuam, eaque ratione suppositum Patris, quod ad generationem actiuam præsupponitur, constitui non posse ex paternitate, que nostro intelligendi more cōsequitur generationem actiuam. Respondet D. Thomas art. 4. sequenti, proprietatem personalem Patris posse considerari duobus modis: vno, quatenus relatio est, atque hoc modo spectatam posteriorem esse nostro modo intelligendi generationem actiuam, nec constituitur posse suppositum Patris, quod generatio actiua præsupponit: altero verò modo posse spectatam, vt forma est constitutiua, eoque modo spectatam, nostro intelligendi more, esse priorem generationem actiuam, postque constituitur suppositum Patris, à quo generatio actiua emanat.

At verò magna est controuersia inter sectatores D. Thomæ, an ex sententia D. Thomæ ac veritate, paternitas constituit suppositum Patris, vt relatio, & vt apprehensa conceptu relatiui: an verò non vt relatio, neque vt apprehensa conceptu relatiui. Bartholomæus Torres hoc loco affirmat relationem, quatenus relationem, duo habere. Vnum est, esse formam constitutiua relatiui in esse talis relatiui. Alterum verò referre illud ad terminum, v.g. paternitatem, quatenus paternitatem, habere, tum constituitur patrem in esse patris, tum etiam referre illud ad filium: eaque ratione quatenus relationem, & esse formam constituentem patrem in esse patris, & esse formam referentem patrem ad filium, hinc vult, paternitatem, quatenus paternitas est, constituitur patrem, attamen, vt habet solum primum munus, nempe esse formam, per quam pater constituitur in esse patris: non verò vt habet secundum munus, hoc est, esse id, quo pater referretur ad filium. Prioriq; modo spectatam, ait, nostro intelligendi more esse priorem generationem actiuam: spectatam verò secundo modo, videri posteriorem generationem actiuam, tamquam rationem fundandi, quam supponit. Quando ergo dixit D. Thomas, proprietatem personalem non constituitur quatenus relatio est, exponit Torres, id est, quatenus refert ad terminum. Constituitur tamen intra limites relationis, hoc est, quatenus est forma, qua pater, verbi gratia, constituitur in esse patris. Atque hoc censet voluisse Diuum Thomam significare, dum dixit, proprietatem personalem, vt hor-

mam constitutum, praetelligi generationi actiuae. In hac eadem sententia videtur fuisse Caietanus art. 4. sequenti, ubi distinguit relationem (paternitatem, v. g.) ut exercet actum referendi ad Filium, ut est forma constitutiva Patris in esse hypostatico ac relatio Patris. Priori modo appellat eam relationem ut exercitam, hoc est, ut exercet actum referendi ad Filium: posteriori vero, relationem, ut conceptam, & ut formam hypostaticam constitutivam Patris in esse relatio Patris, non ut exercito comparatione Filij, sed ut conceptio in se. Hoc autem posteriori modo dicit, antecedere generationem actiivam, constitueretque suppositum relatum Patris: priori vero modo subsequi, nostro intelligendi more, generationem actiivam, neque eo modo spectatam constituitur suppositum Patris, quin potius supponere illud constitutum per aliquid prius, nempe per se ipsam illo alio modo spectatam.

Hæc sententia non videtur probabilis. Primum, quia de essentia relatiui, pura Patris, est referri ad correlatiuum, ut ex definitione secunda relatiuorum est manifestum: definitur namque ab Aristotele esse id cui hoc ipsum est esse, id est, essentia, ad aliud se habere: ergo non prius Pater constituitur per paternitatem in esse relatio Patris, quam per eam respiciat Filium, quippe cum nihil denudari possit ab eo, quod est de ipsius essentia: imò vero non est aliud paternitatem constituitur Patrem in esse Patris, quam constituitur eum in esse respicientis Filium: quo fit, ut suppositum Patris secundum esse relatum Patris, nostro etiam intelligendi more, non antecedar se ipsum in esse actu respicientis Filium, exercitæve respectum ad Filium. Id quod vel ex eo potest confirmari, quod relatiua sunt simul cognitione. Secundò, non placet eadem sententia, quia non euadit difficultatem quam fugere intendit: esse namque relatiuum Patris, non solum ut terminatur ad Filium, sed etiam ut est in se effectus formalis paternitatis, tribuens illi formaliter ut sit Pater consequitur generationem actiivam tamquam rationem fundandi, ut patet in humanis: ergo vana est illa distinctio, videlicet, quod si paternitas, in esse formali paternitatis, spectetur vno modo, antecedar generationem actiivam: si vero spectetur alio modo, eam non antecedar, sed sequatur. Et quod si suppositum Patris secundum esse formale Patris spectetur vno modo, antecedar generationem actiivam, si vero spectetur alio modo, eam non antecedar, sed consequatur.

Ferrariensis 4. contra gentes c. 26. & Capreol. in 1. dist. 26. q. 1. in hanc sententiam loquuntur. *Paternitas duobus modis potest spectari. Vno, ut paternitas, est apprehensa hoc conceptu relatiuo paternitas: altero, ut est hæc substantia incommunicabilis, nempe proprietas substantialis complens primum suppositum adorandissime Trinitatis in esse huius substantie individue seu incommunicabilis. Quæ quidem duplex consideratio solum est ex parte intellectus apprehendentis: unam & eandem rationem formalem alio, atque alio modo: non vero ex parte rei apprehense: sicut enim quia paternitas creata, & est hæc numero paternitas, & hoc numero accidens, quæ duo ex natura rei idem prorsus sunt, apprehendens potest hoc conceptu relatiuo, hæc paternitas, & hoc conceptu confuso quasi absoluto, hoc accidens, ut quaest. 29. art. 1. explicatum est, ita paternitas diuina, cum sit hæc numero paternitas: & hæc numero substantia incommunicabilis (sumpta substantia non pro essentia absoluta, sed ut distinguitur contra accidens) quæ duo ex natura rei idem prorsus sunt, apprehendens potest, tum conceptu hoc relatiuo, hæc paternitas, tum etiam conceptu*
Molina in D. Thom.

A *in hoc absoluto, modum de absoluto habente, hæc substantia incommunicabilis, ut ibidem explicatum est.*

His ita constitutis, dicunt prædicti autores, personas diuinas non constitui ex natura rei, sed nostro intelligendi more. Præterea generationem actiivam & paternitatem esse idem prorsus ex natura rei, neque vnum esse prius altero: aramen nostro intelligendi more, quo diuina iuxta modum rerum creatarum apprehendimus, paternitatem, conceptu absoluto apprehensam, quatenus est hæc incommunicabilis substantia complens vltimò suppositum substantiale: suppositumque Patris conceptu etiam absoluto apprehensum in ratione huius hypostasis, substantiæve incommunicabilis præcedere iuxta nostrum intelligendi modum, tum generationem actiivam, tum personam Filij: eandem verò paternitatem, conceptu relatiuo apprehensam, suppositumque Patris simili notitia perceptum, subsequi nostro intelligendi more generationem actiivam, tamquam rationem fundandi, quam paternitas, estque relatiuum Patris consequitur: Patrem verò & Filium, si relatiuis conceptibus apprehendantur, esse simul natura & cognitione, eò quod sint duo correlatiua. Itaque voluimus proprietates personales, quæ in se sunt relatiua, apprehensas, non conceptu relatiuo, sed absoluto iuxta sensum explicatum, esse quæ nostro intelligendi more constituunt supposita diuina, ut paternitatem, apprehensam quatenus est hæc proprietatis substantialis, constituitur primum suppositum gloriosissime Trinitatis, quatenus est hæc hypostasis, seu substantia incommunicabilis, ac tam paternitatem, quam suppositum conceptibus absolutis ita apprehensa, nostro intelligendi more antecedere generationem, suppositumque Filij. Atque hoc censent intendisse, voluisseque D. Thomam art. 4. sequenti.

MEMBRUM III.

Autoris sententia.

SI rectè res expendatur, quiuis facile intelliget, sententias duobus præcedentibus membris relatas inde habuisse ortum, quod ex paternitate, generatione, & supposito creato, à quo generatio emanat, earum autores meriti voluerunt paternitatem, generationem, & suppositum Patris æterni, ita scilicet, ut sicut in rebus creatis suppositum, à quo emanat generatio, antecedit generationem ipsam, & generatio paternitatem tamquam ratio fundandi, quæ eo ipso esse debet paternitate prior: sic quoque in diuinis, nostro saltem intelligendi more cum fundamento in re, primum suppositum augustissime Trinitatis antecedar generationem, & generatio paternitatem. Eaque ratione quidam eorum, difficultatissimum (ut re vera est) arbitantes, dari aliquid positivum, quod paternitatem & generationem antecedar, constituatque primum suppositum sanctissime Trinitatis, & non sit quippiam absolutum, satis periculosè diuinas personas per absoluta constitui asseruerunt. Alij per generationem, alijsque actus notionales easdem personas constitui voluerunt, ea ratione ducti, quod notionales actus antecedar relationes, sufficientesque sint ad contrahendam essentiam ad incommunicabile esse diuini suppositi. Alij denique, ut ex relationibus originis potius, quam ex actibus notionalibus, diuinas personas constitui asseruerunt, ad quasdam metaphysicas, atque ut mihi quidem videtur, obscuras admodum diuinarum relationum considerationes confluxerunt. Ac secundum vnam

Vnde ortum habuerunt re late sententia.

volunt relationes, nostro intelligendi more cum fundamento in re, antecedere actus notionales, secundum aliam verò eos subsequi, ut ea ratione defendant, tum diuinas personas constitui ex relationibus secundum unam earum considerationem, tum etiam eandem relationem secundum aliam considerationem subsequi, supponereque actus notionales, suppositaque ipsa iam constituta.

Ex dictis verò quæst. 27. art. 3. disput. 4. satis, nihil fallimur, est manifestum, longè aliter rem se habere in diuinis, ac in humanis, quod ad fundamentum attinet, vnde omnes illæ opiniones ortum habuerunt. In primis namque, ut ex dictis ibidem patet, non sicut in humanis generatio actiua est actio, & generatio passiuæ est passio, ita res habet in diuinis. Sed generatio actiua est verus respectus eius, à quo alius per intellectum, præsupponens intelligere essentialia præconcepta ante omnem personam ac relationem, ut virtute continet relationes omnes personales, tamquam earum fons & origo, & generatio passiuæ est verus respectus eius, qui ab alio per intellectum. Vtraque autem non aliud habet fundamentum, aut rationem fundandi, quam essentiam, nostro intelligendi more cum fundamento in re, intelligentem se ipsam in illo priori, & in se ipsa cetera omnia scientia naturali, & intellectioem ipsam. Ut enim ibidem explicatum est, essentia intelligente eo modo se ipsam, quasi resultat eo ipso à parte illius, respectus ille, à quo alius per intellectum, qui in essentia se comprehendente fundatur, intellectioemque comprehensiuam supponit: in eoque respectu præsupposita notitia illa essentiali, posita est ratio generationis actiuæ, eaque ratione generatio actiua in recto dicit solum respectum illum, in obliquo verò intellectioem, quam supponit, à qua pender, & à qua tanquam à radice habet, quod sit generatio, & non spiratio actiua, aut quibus alius

Generatio & ceteri actus notionales in diuinis quid.

Persona patris quomodo constituitur.

Quomodo item persona filij.

A Trinitatis, Verbum æternum, Sapiencia genita, speculum, & figura substantiæ Patris. Cùm verò ad rationem Verbi, Sapienciæ genitæ, speculi & figuræ substantiæ Patris, similitudo cum Patre, quoad illius substantiam, distinctioque ab eo necessaria sit: primum habet secundum suppositum gloriosissimæ Trinitatis ab intelligere essentiali, quod, quatenus Filius procedit per intellectum, vi suæ productionis peculiari quadam ratione unà cum essentia, cæterisque attributis à primo supposito illi communicatur: secundum verò habet à respectu illo eius, qui ab alio per intellectum, ut in superioribus saepe explicari est. Generatio ergo passiuæ non est aliud, quam respectus ille eius, qui ab alio per intellectum, in recto dicens respectum illum, & in obliquo intellectioem essentiali essentia, quam præsupponit, à qua pedit, quæque à primo supposito intelligente, per essentiam quodam modo tanquam principium, quo remotum, & per intellectum, tanquam per principium proximum, communicatur secundo supposito, & à qua, tanquam à radice, respectus ille habet, quod sit generatio passiuæ potius quam alius diuinus respectus.

Generatio passiuæ quid.

Ex dictis intelliges, neque essentiam intelligentem in illo priori, antequam relationes explicare quasi resultare intelligantur, producere, nec intelligere produci: sed primum augustissimæ Trinitatis suppositum, quod, veluti resultatioe relationis in essentia, ex ipsa, & relatione constituitur, per essentiam sibi propriam, id est, à nullo alio sibi communicatam, & per intellectum, producere, generareve intelligendo secundum suppositum diuinissimæ Trinitatis, eoque generatione communicare illi peculiari quadam ratione intelligere, & cum eo essentiam & cetera attributa verò actiuam generationem, seu productionem, non esse aliud, quam respectum eius à quo alius per intellectum, supponens intelligere essentiali, tamquam rationem fundandi, in essentiaque diuina tanquam in fundamento fundarum: & passiuam generationem seu productionem non esse aliud, quam respectum eius, qui ab alio per intellectum, idem intelligere supponens, eique tanquam proprio & immediato fundamento se coniungens: duobus illa supposita per huiusmodi respectus, unà cum essentia cæterisque attributis, constituitur, atque abinuicem realiter distinguitur.

Quod de actiuæ & passiuæ generatione dictum est, dici quoque similiter debet de actiuæ & passiuæ spiratione. Videlicet, neutram esse mutationem, sed utramque esse respectum, veramque relationem: spirationem quidem actiuam, eius à quo alius per voluntatem: spirationem verò passiuam, eius qui ab alio per voluntatem. Vtramque etiam non aliud habere fundamentum, aut rationem fundandi, quam essentiam diligentem dilectione naturali, nostro intelligendi more cum fundamento in re, prius quam eiusmodi respectus quasi resultare intelligantur, & dilectionem ipsam.

Spiratio actiuæ & passiuæ quid.

Cùm verò prius, iuxta nostrum modum intelligendi cum fundamento in re, sit essentiam intelligere se ipsam intellectu naturali, quam eandem diligere dilectione naturali, eò quod nihil, etiam in Deo, sit volitum, quin præcognitum: cumque essentia intelligente notitia naturali modo supra explicato, quasi resultent habitudines illæ ex parte essentia & intellectioem, eius à quo alius per intellectum, & qui ab alio per intellectum, per quas constituuntur & distinguuntur abinuicem primum & secundum suppositum sanctissimæ Trinitatis: profectò prius nostro intelligendi more cum fundamento in re, sunt primum & secundum

Spiratio actiuæ & passiuæ quid.

MOLLIS
INDIA
D. V.

suppositum gloriolissimae Trinitatis constituta duabus illis habitudinibus, quam essentia diligit, atque adeo quam prima & secunda persona omnipotentissima Trinitatis, quas essentia iam constituerat, per eam tanquam per principium quo, quodammodo remotum, & per voluntatem tanquam per principium proximum amore mutuo se complectantur. Unde etiam efficitur, ut in illo priori antequam essentia diligeret, ac primum & secundum suppositum per eam amaret, secundum suppositum vna cum intelligere essentiali acceperit essentiam, intellectum, & voluntatem cum eadem illa fecunditate, cum qua in primo supposito sunt principia producendi Spiritum sanctum, atque adeo sit, ut in illo priori, vna cum prima persona, sit vnum principium producere valens Spiritum sanctum. Patre ergo & Filio se mutuo diligentes, & essentiam communem ac Spiritum sanctum in ea, & per eam cognitum a parte essentiae, quasi resultat respectus eius, a quo alius per voluntatem, ex quo & essentia constituitur ratio spiratoris, quae communis est Patri & Filio, ab eisque minime distincta. Ex parte vero dilectionis, seu amoris essentialis, qui sic diligendo communicatur peculiariter tertio supposito sacrosanctae Trinitatis, & cum eo essentia, ceteraque attributa, resultat respectus eius, qui ab alio per voluntatem, per quem, vna cum amore, essentia, ceterisque attributis ita communicatis, constituitur tertium suppositum diligendissimae Trinitatis, distinguiturque ab spiratore, cui relativi opponitur, atque adeo a Patre & Filio, quibus ratio spirantis nostro intelligendi more superuenit. Haec omnia fuitis quaest. 27. artic. 3. disput. 4. explicata sunt, necesse autem fuit summam ea hoc loco repetere, ut melius constitutio diuinarum personarum intelligeretur.

Persona Spiritus sancti quomodo constituitur.

Generatio actiua & passiva relationes sunt in Deo.

Quod vero generatio, tam actiua, quam passiva, spiratio item, tam actiua, quam passiva, relationes quaedam sunt, non vero aliquod absolutum, ut asseruimus saepe, praeterquam quod id communis est ferè Scholasticorum, Patrumque sententia, probari potest. Primum, quia sunt verae productiones actiuae vel passivae, per quas emanat res realiter distincta a producente, idque absque vlla omnino mutatione, vicissitudine, seu obumbratione, ut est de fide: sed productio, tam actiua, quam passiva, ubi nullus interuenit motus, nullaque interuenit mutatio, non est aliud, quam habitudo, meriti que respectus eius, a quo alius, & qui ab alio: ergo in Deo generatio actiua & passiva, spiratio item actiua & passiva, non aliud sunt, quam respectus, meriti, & relationes. Atque hoc ipsum propter hanc rationem affirmat D. Thomas quaest. 4. t. sequenti articulo primo, in responsione ad secundum & tertium. Secundò, generatio actiua & passiva, spiratio item actiua & passiva, distinguuntur in diuinis realiter inter se: spiratio vero passiva distinguitur etiam realiter a generatione tam actiua quam passiva, ut Catholice omnes cõstitentur, inuolataque fide negari nequit: sed in diuinis omnia sunt vnum, inter quae nõ cernitur relatiua oppositio: ergo generatio actiua & passiva, spiratio item actiua & passiva opponuntur inter se relatiuè, atque adeo formaliter non aliud sunt, quam merae relationes.

Generatio actiua & paternitas, generatio passiva & filiatio, quo pacto in diuinis distinguantur.

His addendum est, nec paternitatem a generatione actiua, nec filiationem a generatione passiva, vilo modo ex natura rei distingui, tã realiter quam formaliter, siue actu, siue virtute, quin potius paternitatem & generationem actiuam esse idem ex natura rei omnibus modis, solumque distingui penes intellectum concipientem idem omnino ex natura

A rei, modo ut actionem, modo ut relationem, ex distinctione, quam relatio, & vera productio, seu vera actio, habent in rebus creatis: quare solum distinctione ratione ratiocinante, non vero ratione ratiocinata, nullumque proinde est fundamentum in re talis distinctionis. Quod idem haud secus dicendum est, de filiatione & natiuitate, seu generatione passiva, & de spiratione actiua & passiva, siue concipiantur instar actionum & passionum, siue instar relationum, ut re vera sunt. Ita affirmant Scotus in 2. dist. 28. q. 3. & Durandus dist. 26. q. 1. prope finem, consentientesque, ni fallor, communis sententia Scholasticorum. Idem asserunt Patres, ut ex testimoniis eorum, quae referemus erit manifestum. Potestque probari, quoniam cum probatum sit generationem actiuam & passiuam, spirationem item actiuam & passiuam, meras esse relationes, utique si a paternitate & filiatione, duabusque aliis relationibus diuinis distinguerentur ex natura rei, etiam si distinctio solum esset virtute, concedendum esset, in Deo esse octo rationes formales relationum, esseque proinde octo relationes reales, quod neque cum communi Scholasticorum sententia, neque cum Patribus & Conciliis consentit. Consecutio probatur, quia ad pluralitatem relationum, numerumque earum, satis est numerus rationum formalium, quae virtute inter se distinguantur. Ex communi namque Doctorum sententia, quatuor sunt relationes reales in Deo, cum tamen spiratio actiua, quae vna est earum, solum virtute distinguatur a paternitate & filiatione, nec cum tribus aliis relationibus efficiat quaternarium numerum rerum realiter, aut formaliter inter se distinctarum, sed ternarium, solumque sit quaternarius relationum virtute saltem inter se distinctarum. Secundò, quoniam paternitas non est aliud in diuinis, quam substantialis quaedam habitudo eius, a quo alius per intellectum, qui eo ipso est ab illo per generationem: & filiatio non est aliud, quam substantialis quaedam alia habitudo eius, qui ab alio per intellectum ac generationem: sicut etiam in humanis paternitas est habitudo, accidentaria tamen, eius a quo alius per generationem; & filiatio accidentaria habitudo eius, qui ab alio similiter per generationem: sed in diuinis generatio, ut explicatum est, non est aliud, quam habitudo eius a quo alius per intellectum, & natiuitas non est aliud, quam habitudo eius, qui ab alio per intellectum: ergo in diuinis paternitas & generatio, filiatio & natiuitas, idem omnino sunt ex natura rei, etiam virtute.

Ex dictis licet colligere quae sequuntur. Primum est, non quemadmodum in humanis, paternitas & filiatio fundantur in generatione actiua & passiva, tanquam in ratione fundandi, quam consequuntur, eamque ob id praesupponunt, ita rem habere in diuinis: sed paternitatem & generationem, filiationem & natiuitatem, esse idem prorsus, ut Scotus & Durandus locis citatis affirmant, neque vnam praesupponi ab alia. Si quod autem in diuinis constitutum sit fundamentum generationis actiuae & paternitatis, illud esse essentiam diuinam praconceptam ante omnem relationem: rationem vero fundandi esse intellectionem essentialem, qua naturaliter seipsam, & cetera omnia in se intelligit: natiuitatis vero ac filiationis fundamentum esse intelligere essentialem, quod peculiari ratione per generationem communicatur Filio, & in eo, ac cum eo essentia, & cetera attributa. Spirationis fundamentum esse denique actiuae essentiam praconceptam ante omnem dilectionem: rationem vero fundandi esse dilectionem

Paternitas & filiatio in diuinis nec consequuntur, nec habent tanquam rationem fundandi generationem actiuam & passiuam ut in humanis.

dilectionem illam mutua qua per essentiam ac voluntatem Pater & Filius seiplos, essentiam ac Spiritum sanctum diligunt. Passivæ verò spirationis fundamentum proximum dixerim amorem essentialem, qui peculiari quadam ratione à Patre, & Filio Spiritui sancto, dum per voluntatem producit, communicatur.

Paternitas & generatio, item filio & natiuitas in diuinis vò presupponit supposita Patris sicut in humanis, sed illud constituant.

Secundum est, non sicut in humanis generatio, tamquam vera actio, presupponit suppositum, à quo emanet, & paternitas ac filio generationem tamquam rationem fundandis; ex qua resultant: ita rem habere in diuinis: quin potius generationem, tam actiuam quàm passiuam, seu (quod idem est) paternitatem & filiationem, secundum esse relationum paternitatis & filiationis, vna cum essentia, & cæteris attributis absolutis, constituitur, ac distinguere supposita Patris & Filij, quod hoc loco in responsione ad quintum appellat D. Thomas *ferre secum distinctionem suppositorum*, & artic. 3. sequente appellat *ferre secum supposita*. Tantumdemque dicendum est de spiratione passiva.

Persona diuina promiscuè dici possunt constitui relationibus, & originibus.

Tertium est, pronalucè dici posse personas constitui & distingui abinuenim relationibus originis, aut actibus notionalibus, originibus ipsi: quandoquidem idem omnino sunt in re formaliter ac virtute, eodemque modo ab essentia & attributis absolutis distinguuntur in esse substantiæ relatione incommunicabilis, ab aliis diuinis suppositis distinctæ. Quia tamen supposita diuina frequentius, tam in Scripturis, quàm à Patribus, significari consueverunt nominibus Patris, Filij & Spiritus sancti, quàm nominibus genitoris, geniti, siue nati: frequentius quoque dici consueverunt constitui relationibus originis, quæ abstracta sunt illorum priorum nomen, quàm actibus notionalibus, quæ sunt abstracta posteriorum nominum, ac accommodatiusque constituitur diuinorum suppositorum significantur nominibus relationum, prout supposita ipsa nominibus Patris & Filij significantur, quàm nominibus actuum notionalium. Quamuis, quia etiam significantur nominibus, genitoris, & geniti, sæpe à Patribus constitui dicantur actibus notionalibus. Nam in primis Augustinus. 7. de Trinitate, cap. 6. & 7. pro eodem reputat genitum & Filium, genitorem & Patrem, atque adeo filiationem & natiuitatem, paternitatem & generationem actiuam. Et de fide ad Petrum Fulgentius: *Quia aliud*, inquit, *est genuisse, quàm natum esse, aliudque est procedere, quàm venisse, vel natum esse: manifestum est, quoniam aliud est Pater, aliud Filius, aliud Spiritus sanctus.* Vbi per actus rationales distinguit personas, pro eodemque relationes originis & originis ipsas reputat. Iustinus Martyr in expositione fidei Catholica aperte docet actibus notionalibus constitui, ac distingui personas. Idem docet Damascenus & Ambrosius testimoniis ad calcem membri primi relationis. Hilarius 4. de Trinitate à D. Thoma articulo sequenti in argumento, *sed contra* citatus, *Nihil*, inquit, *habet Filius, nisi natum, natiuitate autem est Filius.* Anselmus etiam in lib. de process. Spiritus sancti, cap. 1. affirmat, *Patrem & Filium originibus distinguunt abinuenim*, pro eodem reputans originis & relationes. Magister præterea in 1. dist. 26. asseruit, *proprietates personales esse generationem, natiuitatem, & processionem, quæ aliis, inquit, vocabulis paternitas, & filio nuncupantur.* Idem, si rem obserues reperies sæpe ita apud hos, quàm apud alios Patres.

In Deo præter essentiam & attributa

Quartum est. In Deo optimo maximo, præter essentiam & attributa absoluta in ea inclusa, nullam

aliam rationem formalem ex natura rei, etiam virtute, à reliquis distinctam reperiri, præter quatuor rationes formales relationum: quæ modò his, modò aliis nominibus significantur, prout à nobis infat rerum creaturarum concipiuntur, distinctione solum existente in mente concipienti, sine fundamento distinctionis in re concepta. Atque ita planè sentiunt Concilia & Patres, apud quos idem omnino sunt relationes diuinae, & actus notionales.

MEMBRUM IV.

Argumenta aliorum diluuntur.

Ad primam Scoti argum.

Superest respondeamus ad argumenta, quæ membris precedentibus proposita sunt. Ad primum ergo Scoti responderet Bartholomæus Torres hoc loco, duo esse nomina relatiua propria Filio Dei, vnum nomen, *Filij*, alterum nomen, *Verbi*. Atque hoc secundum fuisse magis occultum in veteri Testamento, de eoque inquirere sapientem eo loco tamquam de occulto, quod postea per Ioannem apertissimè manifestatum est in nouo Testamento, dum dixit: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et infra: *Et Verbum caro factum est.* Caietanus verò hoc loco responderet, *Filium duobus modis posse nominari, sicut & concipi, vno modo nomine exprimente quid est, significante Verbum, sicut est in se, atque hoc modo, inquit, sicut generatio filij est ineffabilis, iuxta illud Iai. 53. Generationem eius, quis enarrabit: ita quoque Filius est ineffabilis, nomenque eius est occultum. Imò verò nomen etiam Dei significans & exprimens Deum sicut est in se, delectus iuxta illud: Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? Atque de hoc nomine inquisiuisse eo loco Sapientem. Alio modo, inquit Caietanus, posse nominari Filium nomine significante ipsum, non sicut est in se, sed ut nomina à nobis imposta significare eum possunt, nec de hoc nomine locutum eo loco sapientem, sed interrogazione ipsa nomen expressisse.*

Ad secundam

Ad secundum dicendum est, maiorem esse veram, quando relationes sunt accidentia: non verò quando sunt substantiæ, constituntque supposita, vt de relationibus diuinis explicatum est.

Ad tertiam

Ad tertium confirmati ratione responderetur: admittenda enim est maior, si sermo sit de relationibus, quæ sunt accidentia: non verò de iis, quæ sunt substantiæ, & quæ distinguunt constituntque supposita, quales sunt relationes diuinae.

Ad quartam

Ad quartum dicendum est, maiorem esse veram, quando vnum suppositum est ab alio per actionem ac mutationem intermedium: non verò quando, vnum suppositum esse ab alio, non aliud importat, quàm respectum eius, à quo aliud, ex parte vnius suppositi, & ex parte alterius, respectum eius, qui ab alio, iuxta modum præcedente membro explicatum.

Ad quintam

Ad quintum dicendum est, antecedens esse verum, quando generatio est mutatio: non verò, quando est respectus eius, à quo aliud per intellectum, vt est generatio diuina: tunc enim generatio terminatur ad suppositum quod vltimò constituitur ex proprietate relatiua vna cum essentia absoluta. Ad primam verò probationem dicendum est, ad relationem non esse per se mutationem, neque relationem produci per se per mutationem: quo pacto intelligendus est Aristoteles eo loco; nullum tamen esse absurdum si esse Filij, quod ita est quippiam relatiuum, vt includat absolutum, per se primo producat in diuinis, vbi productio non est actio, sed

sed respectus eius, a quo alius per intellectum, praesupposita cognitione essentiali modo explicato. Ad secundam vero probationem negandum est, esse relationum Filij non esse substantiam. Est namque substantia, ut substantia, distinguitur contra accidens, & propterea includit intrinsecè diuinam essentiam, quae est substantia absoluta, ut ex dictis in superioribus patet.

Ad sextum. Ad sextum dicendum est, licet suppositum ex natura rei praesupponatur, & praetelligatur productioni, quae est vera actio & mutatio: non tamen praesupponi & praetelligi productioni, quae non est actio, sed respectus eius, a quo alius, apprehensus à nobis, ac significatus per modum actionis, completusque suppositum, in esse suppositi: talis autem est generatio diuina, ut explicauimus. Quare si antecedens intelligatur hoc secundo modo, negandum est: si vero primo modo, eo concessio, neganda est prima consequentia: eò quod diuina generatio non sit vera actio & mutatio.

Ad septimum. Ad septimum negandum est antecedens: constituens enim solum praetelligitur constituto tamquam prius natura illo, in iis in quibus est constitutio ex natura rei, constitutentiæque sunt causae constituti: de eiusmodique constitutentibus & constitutis intelligendus est eo loco Aristoteles: non verò constituens praetelligi constituto in iis, in quibus non est constitutio ex natura rei, sed constituens & constitutum sunt idem, prorsus, solumque virtute, nostròque intelligendi more est constitutio. Quòd si in argumento esset sermo de praetellectione nostro intelligendi more sine fundamento in re talis prioritatis, tunc, admissis omnibus, negandum esset inde sequi, Filium non habere suam proprietatem personalem à Patre: noster namque intelligendi modus, quando non responderet fundamentum in re, nihil praetudicat rebus ipsis.

Ad D. Bonauenturae. Ad fundamentum D. Bonauenturae negandum est relationes originis consequi origines ipsas, originemque esse rationes fundandi relationes in diuinis, ut ex dictis membro precedente satis est manifestum.

Ad primam D. Thomae. Ad primam rationem D. Thomae dici debet, licet origo significetur, & concipiatur à nobis ut forma extrinseca, quatenus concipitur, ut actio: non tamen esse re vera formam extrinsecam, sed intrinsecam: id quod nos ipsi intelligimus, sufficienterque probamus. Vnde ratio non tollit, quominus constituat supposita.

Ad secundam. Ad secundam neganda est consequentia: quia re vera non est actio, licet in modum actionis significetur, sed est ipsemet respectus, qui ex sententia D. Thomae constituit suppositum, ut explicauimus.

ARTICVLVS III.

Virum abstractis per intellectum relationibus à personis adhuc remaneant hypostasies.

Prima conclusio. **R** I M A conclusio est. Si à personis abstractantur relationes per modum vniuersalis, ita scilicet, ut concipiatur sola essentia non concipiendo relationes, cognitione saltem confusa actuali, tunc neque ratio hypostasis, neque persona manet. Idem dic de actibus notionalibus, qui cum relationibus sunt prorsus idem.

Secunda conclusio. Si abstractione quasi mathematica, qua circulus abstrahitur ab aere, seorsimque concipiuntur circulus, & aë, concipiuntur seorsim

A proprietatis non personalis, ut ratio spirationis actiua, & seorsim ratio Patris, praecise considerati à ratione spiratoris, aut ratio Filij, similiter praecise considerati à ratione spiratoris, remanet in Patre & Filio ratio hypostasis & personae. Si tamen abstraheretur eo modo proprietatis personalis, ita quòd seorsim conciperetur essentia, & seorsim paternitas, aut filiatio, non remaneret ratio hypostasis, aut personae.

ARTICVLVS IV.

Virum actus notionales praetelligantur proprietatibus.

Quaestio. Quae hoc loco dici poterant, dicta sunt articulo secundo, disputatione secunda.

QUESTIO XLII.

De personis in comparatione ad actus notionales.

ARTICVLVS I.

Virum actus notionales sint attribuenti personis.

C O N C L U S I O affirmat, estque non solum sanctorum Patrum & Conciliorum, sed etiam Scripturae sacrae, ut constat ex illo Psalmi 2. *Ego hodie genui te.* Eam probat D. Thomas, quia in diuinis personis distinctio attenditur penes originem vnius ab alia, quae origo conuenienter exprimitur per actus notionales, quales sunt generare, nasci, spirare, spirari, qui personis tribuuntur.

In solutionibus argumentorum habes id, quod saepe in superioribus inculcauimus, actus videlicet notionales & relationes idem prorsus esse ex natura rei, & neque virtute inter se distingui, sed solum penes modum concipiendi, & significandi. Habes item rationem eiusdem rei, videlicet, quando in emanatione vnius rei ex alia non interuenit motus, aut mutatio, originem vnius rei ex alia non esse aliud, quam habitudinem, & respectum eius, à quo alius, & qui ab alio per modum actionis, aut passionis significatur. Vnde actus notionales respectus sunt, & relationes, non verò actiones, aut passiones, nisi grammaticaliter, quoad modum significandi & concipiendi, ut in responsione ad tertium assererat D. Thomas.

Actus notionales sunt idem etiam virtute, & ratione rationata cum relationibus.

ARTICVLVS II.

Virum actus notionales sint voluntarij, & primo de Filij generatione.

DISPUTATIO I.

A N T E Q V A M quaestio dirimatur nulla debent notari. Primum est. *Voluntarium*, ut 1. 2. quaest. 6. artic. 1. & 2. cum Aristotele, Gregorio Nysseno, & Damasceno definiuimus, esse id quod est à principio intrinseco cum additione scientiae, id est, quod mediata vel immediate est ab appetitu cognoscitiuo, siue is sensitiuus sit, siue intellectiuus. Vnde actus brutorum, qui ab eorum sensitiuo appetitu, videlicet

voluntarium quid.

videlicet ab irascibili, aut concupiscibili eliciuntur aut imperantur, voluntarij dicuntur in hac significatione.

Quatuor eius gradus.

Ibidem articulo secundo citato quatuor gradus distinguebamus voluntarij in hac significatione. Primus est, eius voluntarij quod solum est in appetitu sensitivo, quale est voluntarij, quod cernitur in brutis. Qui gradus, cum non sit à voluntate, sed ab appetitu sensitivo, nomen voluntarij non fortitur è voluntate formaliter, sed participatiue, vt colligitur ex D. Thoma articulo illo secundo citato in responsione ad primum. Appetitus namque sensitivus quasi participatio quædam est voluntatis: tum quod non eliciat actum nisi præuia cognitione, quemadmodum voluntas: tum vel maxime, quod in eo vestigium quoddam cernatur libertatis, vt quæst. 14. artic. 13. disput. 11. explicauimus.

Voluntarium est spontaneum quo pacto dicitur.

Alij rectius voluntarium paulò ante definitum, quod quatuor gradibus, quos explicauimus, est commune, nolunt appellare voluntarium, sed spontaneum, ita vt spontaneum sit id, quod est ab intrinseco præuia cognitione, diuidaturque in id, quod mediatè vel immediatè est à voluntate præuia cognitione intellectus, & hoc solum dicitur voluntarium, & in id, quod mediatè vel immediatè est ab appetitu sensitivo præuia cognitione sensus, & hoc, quæ tale, non dicitur voluntarium, sed dicitur commune nomen, appetitumque spontaneum: quare primum gradum explicatum nolunt appellare voluntarium, sed spontaneum. Huic opinioni consonant versiones Argyropyli 3. Ethicorum, & Fabri Stapulensis, dum è Græco vertit D. Damascenus 2. lib. fidei Orthodoxæ, cap. 24. vbi Aristoteles & Damascenus definiunt voluntarium, id est, voluntarium: prædicti namque interpretes loco voluntarij transferunt spontaneum.

Secundus gradus.

Secundus gradus, qui iam propriè fortitur nomen voluntarij, est, quando aliquid est à voluntate præuia cognitione intellectus, sine vlla tamen libertate ad oppositum. Hoc modo tum amor, quo Deus diligit seipsum, tum etiam quo beati diligunt Deum clarè visum, dicitur voluntarij.

Tertius gradus.

Tertius gradus est, quando aliquid est à voluntate cum aliqua libertate ad oppositum, sine deliberatione tamen, quæ ad culpam sufficiat, quales sunt actus puerorum, & amentium, & actus adultorum primo primi.

Quartus.

Quartus denique est, quando aliquid procedit à voluntate cum libertate ad oppositum, præuiaque deliberatione formali aut interpretatiua, quæ ad culpam sufficiat. Atque hoc modo voluntarium dicitur id, quod est à libero arbitrio, quæ tali: solaque ea voluntarij acceptio vsurpari solet, dum de actibus moralibus, virtutibusque, ac vitiis est sermo. Eam acceptiorem ait D. Thomas loco citato esse secundum perfectam rationem voluntarij: in quaestione tamen hoc loco proposita sumit D. Thomas voluntarium latè, vt comprehendit tres posteriores modos voluntarij explicatos. Atque in corpore articuli virtute explicat in quam acceptiorem actus notionales voluntarij dici queant.

Libertum sumitur interdum vt est idem quod spontaneum, interdum vt est à libero arbitrio.

Secundo notandum est, liberum, vt quæst. 14. artic. 13. disput. 2. dicebamus, interdum sumi, vt est idem quod spontaneum, seu voluntarium latè sumptum, distinguiturque contra coactum: quo pacto amor, quo Deus seipsum diligit, liber dicitur, ac re vera est, esto naturalis sit, ac necessarius sine facultate ad oppositum, oriturque à voluntate diuina, non vt liberum arbitrium est, sed vt voluntas ac natura quædam est. Interdum verò sumi pro eo,

quod à libero arbitrio, quæ tale est, proficiscitur, videlicet pro eo quod in facultate voluntatis est, vt sit, & non sit. Hoc modo sumptum, opponitur naturali ac necessario: & idcirco amor, quo Deus seipsum diligit, non dicitur liber in ea acceptiione, sed naturalis, ac necessarius.

Necessarium multo magis accipi.

Tertio notandum est, necessarium sumi multis modis. Aliquando dicitur aliquid necessarium comparatione finis, solètque appellari necessarium necessitate indigetæ ad finem. Aliquando dicitur aliquid necessarium ab extrinseco, quia scilicet cogitur ad aliquid: cogique hoc modo dicitur necessitari: vocatur verò necessarium necessitate coactionis, & spontaneo ac libero opponitur. Aliquando accipitur necessarium pro eo, quod suapte natura nequit aliter se habere, quo modo opponitur contingenti ac libero, vt liberum est id, quod in facultate est liberi arbitrij, potèstque esse, & non esse, Hoc modo amor, quo Deus seipsum diligit, est necessarius & naturalis, non verò liber ac contingens. Aliis etiam modis vsurpatur necessarium, quos opus non est persequi hoc loco.

Quarto notandum est cum D. Thoma hoc articulo. Esse aliquid, aut fieri voluntate, posse sumi duobus modis. Altero sic, vt ablatius ille, voluntate, denotet concomitantiam, non verò principium rei, quæ voluntate esse, aut fieri dicitur: quo pacto dicimus, Petrum sua voluntate esse hominem, quia vult esse homo, idque ipsi placere, cum tamen nec seipsum produxerit, nec, vt esset, à voluntate ipsius fuerit dependens. Secundo modo ita, vt denotet habitudinem principij rei, quæ fit, aut producitur, quæ ratione dicimus, artificem voluntate producere artem, & Deum voluntate produxisse res creatas.

Est aliquid voluntatis sui modi accipi.

Quo loco duo animaduerte. Primum est, quando ablatius, voluntate, denotat concomitantiam, voluntatem ferri in rem tamquam in obiectum à se volitum, sibiue placens, non verò tamquam in obiectum à se productum. Cum verò hoc loco sit sermo de voluntate concomitante, vt excludit esse principium rei, quæ dicitur esse voluntate, non verò, vt opponitur voluntati antecedenti, aut consequenti rem volitam, impertinens esse, vt aliquid dicatur esse voluntate concomitante, vt de ea est sermo hoc loco, quod volitio rei antecedit rem ipsam, quæ nobis placet, vt quando desideramus, pluuiam futuram, aut quod sequatur, vt quando placet, quod pluerit, aut quod sit simul, vt quando gaudemus de pluuiâ præfenti.

Secundum est, quando ablatius denotat habitudinem principij, voluntatem posse accipi duobus modis. Vno, præcisè vt habet rationem liberi arbitrij, ac tunc, fieri, aut factum esse aliquid voluntate, est in facultate voluntatis esse, aut fuisse, vt illud esset, aut non esset in rerum natura, & vt produceretur, aut non produceretur. Quod autem ita sit voluntate, est contingens, potens suapte natura esse, & non esse, pro arbitrio causa, seu principij producentis. Altero modo potèst accipi voluntas, non vt præcisè habet rationem liberi arbitrij, sed vt voluntas est, siue sit principium liberum, siue naturale: quo pacto dicimus, Spiritum sanctum produci à Patre & Filio voluntate, non tamen liberè, quasi in potestate voluntatis Patris & Filij sit eum non producere, sed naturaliter, hoc est, ex necessitate natura.

His suppositis, facillè intelliguntur hæc & sequentes disputationes, nec non multa quæ hac de re à Sanctis dicuntur, primoque aspectu inter se contraria videntur, cum tamen re vera non sint pugnantia.

Sc

MOLL
D.

Prima conclusio.

Generatio Filij est à Patre voluntate concomitante.

Sit ergo prima conclusio. Si ablatius, voluntate, denotet concomitantiam, sicut hæc est vera, *Deus sua voluntate est Deus*, quia vult se esse Deum, vt est: ita hæc est vera, *Pater æternus voluntate generat Filium*, quia vult eum generare, vt re ipsa generat. Probatum primò, quia Deus naturaliter diligit se, vultque se esse, vt est in se: sed est Trinus & vnus: ergo vult à Patre esse Filium per generationem, vt est, & Spiritum sanctum esse à Patre & Filio per spirationem, vt re ipsa etiam est, ac proinde Pater vult se generare, vt generat, & Filius generari à Patre, Paterque & Filius volunt spirare Spiritum sanctum, & Spiritus sanctus vult se spirari à Patre & Filio. Secundò, vel Pater vult generare Filium, vt eum generat, vel vult non generare, vel habet se negatiuè, ita vt nec velit, nec nolit. Si des primum, habetur intentum: Si secundum: ergo in Deo est miseria maxima, nempe aliquid contra ipsius voluntatem in eo produci: quippe cum velit non generare, & generet. Si verò des tertium, cum Pater non possit incipere velle, quod antea non vult, sequeretur Patrem non posse velle generationem Filij, quod est absurdum. Dicendum igitur est, Patrem velle Filij generationem, ac proinde voluntate generare Filium, ablatiuo illo denotante concomitantiam.

Iuxta conclusionem propositam dicendum est, generationem Filij esse voluntariam, non vt voluntarium dicitur id, quod est à libero arbitrio, estque indifferenter in facultate voluntatis, vt sit aut non sit, sed vt voluntarium distinguitur contra coactum, idemque est, quod spontaneum. Est autem voluntariam, non quasi mediata vel immediata eliciatur à voluntate diuina, sed concomitanter, quia diuina voluntas in illa sibi complacet. Potest etiam appellari libera, non vt liberum distinguitur contra necessitate naturali, sed vt distinguitur contra coactum, idemque est quod spontaneum. Vnde in Concilio provinciali Syriacensi anathematismo 23. *Si quis nolens Patre natum Filium dixerit, anathema sit*. Non enim inuitus & vim passus Pater necessitate naturali, quasi nolens genuit Filium. Illud tamen est animaduertendum, numquam absolute esse concedendum, Filium generari voluntate, aut generationem Filij esse liberam, vel voluntariam, sed cum distinctione, nempe quòd generetur voluntate concomitante, quòd generatio sit libera, vt liberum distinguitur contra coactum, quòd sit voluntaria, vt voluntarium est idem quod spontaneum.

Secunda conclusio. Filij non procedit à Patre voluntate, vt rationi habet libri arbitri.

Secunda conclusio. Si ablatius, voluntate, denotet habitudinem principij, & voluntas præcisè sumatur, & habet rationem liberi arbitrij, Filius non producit à Patre voluntate. Hæc est de fide, & contrarium est hæresis Arianorum asserentium Filium esse creaturam, productumque esse à Deo liberè, ita vt potuerit non produci, postquam redigi in nihilum, non secus ac quævis alia creatura. Vnde in Concilio Syriacensi anathematismo 21. *Si quis consilio Dei, tanquam vnâ creaturam, factum asserit Filium Dei, anathema sit*. Hanc eandem definitionem refert Hilarius in libro de Synodis anathematismo 24. ex iis quæ priori loco refert: loco autem illorum verborum, *consilio Dei*, quæ habentur in summa Conciliorum Miranda, habetur apud Hilarium, *voluntate Dei*. In anathematismo 24. Ex iis, quæ posteriori loco habentur apud Hilarium in eodem libro, habentur etiam hæc verba: *Si quis voluntate Dei, tanquam vnâ aliquem de creatura, Filium factum dicat, anathema sit*. Omnibus creaturis substantiam voluntas Dei attulit, sed naturam Filio dedit, ex impassibili ac non nata substantia, perfecta nauitas:

A talia enim cuncta sunt creata, qualia ea esse Deus voluit. Filius autem natus ex Deo talis subsistit, qualis & Deus est, nec dissimilem sibi edidit naturam, sed ex substantia Dei genitus, natura secundum originem attulit essentiam, non secundum creaturam voluntatis essentiam. Hæc ibi. Præterea in Concilio Toletano X I. in professione fidei habetur: *Filius Dei natura est Filius non adoptione, quem Deus Pater neque voluntate, neque necessitate (coactionis scilicet) genuisse credendus est, quia neque vlla in Deo necessitas (id est, coactio) cadit, neque voluntas sapientiam præuenit, sed natura*. Vult ergo Concilium, Filium productum esse à Patre necessitate naturali, quia contrarium ex natura rei esse non potuit, non tamen voluntate, quasi per liberum arbitrium, neque necessitate coactionis. Hieronymus etiam in illud ad Ephes. 1. *Qui prædestinavit nos*, de Filio ait: *Semper cum Patre fuit, & nunquam eum, vt esset, voluntas paterna præcessit*. Augustinus quoque (aut quicumque est alius illius libri autor) in Dialogo 65. quaestionum sub titulo Horolij interrogantis, & Augustini respondentis, quaest. 7. interroganti Horolio: *Voluntate genuit Pater Filium, an necessitate?* Respondet Augustinus: *Neque voluntate, neque necessitate (coactionis scilicet) quia necessitas in Deo non est: patre autem voluntas sapientiam non potest, quod est Filius: igitur prius est rationabiliter sapere, quam rationabiliter velle. Nam quidam nostrum cum eum interrogasset hæreticus, vtrum volens, aut nolens genuerit Pater Filium, laudabiliter respondiisse fertur. Dic, inquit, & tu hæretice, Deus Pater necessitate est Deus, an voluntate? Quod si dixisset, necessitate, sequebarum illum grandis absurditas: si autem voluntate, respondebatur illi: ergo voluntate est Deus, non natura. Et ita in laqueum, quem volebat ponere, ipse incidit: & videns se conuictum obmutuit*. Hæc ibi. Et 15. de Trinitate, cap. 20. refert etiam Augustinus

B Catholicum illum retorsisse in hæreticum id, quod nunc proposuimus argumentum. Ex his patet generationem Filij, neque esse voluntariam, neque liberam, vt voluntarium & liberum est, quod in facultate voluntatis est vt sit, & non sit: sed esse necessariam necessitate naturali, vt necessarium id dicitur, quod supra natura non potest aliter se habere: non verò necessitate coactionis. Potestque hoc ipsum confirmari, quoniam si Filius, generatioque ipsius, non esset hoc modo necessaria, cum sit quid reale existens formaliter in Deo, sanè aliquid reale esset in Deo, quod & esse, & non esse posset, ac proinde ad illud compararetur Deus tanquam potentia ad actum, neque esset actus purus.

C Tertia conclusio: *Ablatiuo, voluntate, denotante habitudinem principij, sumptaque voluntate, siue vt principium liberum, siue vt naturale, filij non generatur voluntate*. Hæc patet ex dictis in superioribus: Filius namque procedit à Patre per intellectum: Spiritus sanctus verò per voluntatem. Vnde sine distinctione concedendum non est, Filium generari voluntate.

D Tertia conclusio: *Ablatiuo, voluntate, denotante habitudinem principij, sumptaque voluntate, siue vt principium liberum, siue vt naturale, filij non generatur voluntate*. Hæc patet ex dictis in superioribus: Filius namque procedit à Patre per intellectum: Spiritus sanctus verò per voluntatem. Vnde sine distinctione concedendum non est, Filium generari voluntate.

DISPUTATIO II.

Vtrum volitio concomitans, qua Pater vult generationem, nostro intelligendi more antecedit generationem, quasi Pater prius generare velit, quam generet.

Scotus in 1. dist. 6. quaest. 1. & Caietanus hoc loco affirmant. Probant verò id primò, quia absoluta, nostro intelligendi more, sunt priora relatiuis, vt D.

*Suadetur
primò.*

vt D. Thomas suprâ quaest. 3. art. 3. ad primum docuit: sed volitio, qua Pater vult generationem, est quid absolutum, generatio verò quid respectiuum: ergo talis volitio antecedit generationem.

Secundò.

Secundò, voluntas spirandi Spiritum sanctum, est prior nostro intelligendi more spiratione ipsa: quod patet, quia Spiritus sanctus procedit ex volitione naturali Patris & Filij, Pater autem & Filius, vt disputatione præcedente ostensum est, naturaliter volunt productionem Spiritus sancti: ergo paritate voluntas generandi Filium erit prior in Patre generatione ipsa.

Tertiò.

Tertiò, Pater in illo priori, antequàm generatio concipiatur existere, est perfectè beatus: ergo tam Pater, quàm Deus, quàm Deus, tunc comprehendit diuinam essentiam, habetque dilectionem naturalem de illa, eaque fruitur: sed dilectione naturali, qua diligit essentiam, vult generationem, quam naturaliter etiam vult, comprehenditque in essentia in illo priori: ergo tam in Patre, quàm in Deo, quàm Deus est, volitio generationis antecedit nostro intelligendi more generationem.

*Velitas con-
comitatur, qua
Pater vult
generationem
Filij non an-
tecedit gene-
rationem.*

Contraria sententia, quam affirmant Capreolus in 1. dist. 6. quaest. 1. in responsione ad argumenta contra sextam conclusionem, Ferrariensis 4. contra gentes, cap. 11. & Bartholomæus Torres hoc loco, longè magis placet. Probarique potest primò, quoniam actus diuini intellectus, nostro intelligendi more cum fundamento in re, antecedit diuinam volitionem, eò quòd nihil sit volitum, quin præcognitum: sed actum diuini intellectus consequitur immediatè, naturalive quadam sequela, generatio, vt quaestione præcedente, art. 2. disp. 2. & aliàs sæpè explicauimus: ergo volitio, qua Deus, aut Pater æternus vult generationem, non antecedit generationem ipsam.

Secundò, prius est Patrem generare per intellectum, & Filium generari, quàm sit volitio diuina naturalis: hac enim ratione, ea ipsa volitione diuina naturali Pater & Filius spirant Spiritum sanctum, alioquin non tribueretur illis spiratio Spiritus sancti, sed solum spiratori actiue, neque ratio spiratoris præsupponeret in eis rationem Patris & Filij, quibus nostro intelligendi more quasi superueniret, quorum opposita ostendimus quaest. 27. art. 3. disp. 4. q. 36. art. 3. & quaest. præcedente artic. 2. disputat. 2. ergo volitio generationis non antecedit generationem, sed concomitatur: quin potius ratio hæc aperte videtur ostendere, generationem Filij, nostro intelligendi more cum fundamento in re, antecedere volitionem diuinam, tam Patris, quàm Dei, quàm Deus est.

Tertiò, si res concipiatur, vt se habent in Deo, non prius Pater est Pater, quàm sit generatio actiua: ea enim ipsa generatione Pater constituitur in esse Patris, vt quaest. præcedente, artic. 2. disputat. 2. ostendimus: ergo non prius est Patrem velle generare, quàm generationem esse: quippe cum, vt Pater velit generare, necessarium sit Patrem esse, & vt Pater sit, necessaria sit generatio, tamquam id, à quo Pater habet vt sit Pater. Quia verò multa ex argumentis Scoti supponunt, Patrem prius esse in se, & postea in alio instati originis generare, consultò illa prætermittunt: negato namque eo fundamento, corruunt, nullamque profors vim habent.

Confirmat nostram sententiam illud Concilij Toletani X. I. disputatione præcedente relatum. Reddit namque rationem quare Filius non producat à Patre voluntate, quia voluntas sapientiam non præuenit. Idemque apertius, præter testimo-

anum Hieronymi, docet testimonium Augustini in Dialogo 65. quaestionum quaest. 7. eadem disputatione relatum, ex quo verba Concilij Toletani videntur desumpta. Ibi enim additur, *Filium esse sapientiam, atque adeò voluntatem in Deo non esse priorem Filij generatione.* Ad eandem quoque sententiam expressè videtur accedere D. Thomas de potentia quaest. 2. artic. 3. ad secundum, vbi de generatione Filij ait: *Respectu eius non est voluntas præcedens, neque tempore, neque intellectu, sed sola voluntas concomitans.*

Ad primum argumentum in contrarium negat B Toires minorem. Ait namque, velle generare Filium non esse purè absolutum, sed inuolucere relationem: quod probat, quia absoluta sunt communia tribus personis, velle autè generare Filium soli Patri conuenit, eò quòd vt contradictionem implicat Filium, aut Spiritum sanctum generare, ita quoque contradictionem implicat ipsos velle generare: Filius ergo & Spiritus sanctus volunt, non ipsoliter, sed Patrem generare, solusque Pater est qui vult se generare. Sed aduerte volitionem, qua à Deo est volitum generationem esse à Patre, communem esse toti gloriosissima Trinitati, & de hac esse dubiū, an nostro intelligendi more antecedit generationem, sumptaque volitione generationis hoc modo, non soluitur argumentum: quia illa est merè essentialis cõmunis tribus personis, esto velle generare, propter modum significandi grammaticalem, denotet personam agentem, qua suppositum verbo reddit, esse id à quo emanat generatio, & ob id velle generare, solum Patri conueniat. Saluo autem meliori iudicio arbitror, negandum esse, omnia absoluta vniuersim antecedere nostro intelligendi more relatiua. Vt enim argumenta hoc loco à nobis proposita videntur conuincere, colligiturque ex iis, quæ diximus quaest. 27. artic. 3. disput. 4. q. 36. art. 2. & quaest. præcedente artic. 2. disput. 2. licet intelligere Dei, quàm intelligere Dei est, præcedat nostro intelligendi more personas omnes diuinas, quatenus prærequiritur ad actiuam & passiuam generationem, velle tamen Dei, quatenus velle Dei est, nulla ratione videtur in Deo rationem Patris & Filij præcedere, quin potius eos subsequi, vt rationes, quas hoc loco, & disputationibus citatis confecimus, non obscure videntur ostendere.

Ad secundum, admissò antecedente, neganda est consequentia: Spiritus sanctus namque procedit per voluntatem ex amore essentiali, quo Pater & Filius diligunt, quicquid naturaliter diligunt: eaque ratione dilectio illa naturalis, nostro intelligendi more cum fundamento in re, antecedit spirationem, tam actiuam, quàm passiuam, tamquam ratio fundandi, aut fundamentum vtriusque relationis iuxta ea, quæ quaestione præcedente, artic. 2. disput. 2. explicauimus. Porro Pater & Filius quemadmodum in essentia, concurrenteque essentia in ratione speciei intelligibilis, cognoscunt naturaliter Spiritum sanctum ante dilectionem naturalem, atque adeò ante productionem Spiritus sancti, vt ex dictis quaest. 34. est manifestum: ita nostro intelligendi more ante Spiritus sancti productionem diligunt Spiritum sanctum, complacentque in productione illius, quodammodo præcognita: eaque ratione voluntas spirandi Spiritum sanctum est prior, iuxta nostrum intelligendi modum, quàm spiratio ipsa. Non est verò ea ratio de generatione Filij, vt nostro intelligendi more sit prius volita, quàm sit eò quòd generatio Filij, cum sit per intellectum, antecedit omnem dilectionem tam naturalem, quàm liberam, vt ostensum est. Ad

Tertium. Ad tertium negandum est id, quod primum antecedens supponit, nepe dari prius, in quo sit vnum illorum, & non sit aliud, id est, in quo sit Pater, & non sit generatio, aut in quo sit generatio, & non sit dilectio. Quando namque in diuinis dicimus, nostro intelligendi more cum fundamento in re, vnum esse prius alio, vt cognitionem quam dilectionem, aut naturam diuinam, quam Patrem & Filium, vel Patrem & Filium, quam Spiritum sanctum, non admittimus varia instantia, in quorum vno sit vnum illorum, & non sit aliud: qua in re multum erravit Scotus, vt inferius ostendemus: sed dumtaxat admittimus ordinem ex natura rei, vel ratione tantum ac virtute, vt inter essentiam, intelligere essentiale, & velle essentiale, quae inter se solum distinguuntur ratione ac virtute, aut etiam re, quo pacto Spiritus sanctus realiter est à Patre & Filio illoque praesupponit, & non è contrario. Ex eo ergo, quod in Patre & Filio prius, nostro intelligendi more cum fundamento in re, intelligatur intelligere essentiale, quam velle, non sequitur dari instans aliquod, in quo sit vnum, & non sit aliud, atque adeo, in quo Pater sit imperfectè beatus: sicut etiam ex eo, quod in essentia diuina detur ex natura rei intelligere, quod praesupponitur ad velle, non sequitur dari instans, vel naturae, vel originis, in quo essentia sit beata imperfectè, sed solum sequitur, quod in Patre, & Filio, ac in essentia diuina detur ordo ille, & quasi dependentia vnus ex alio inter intelligere & velle. Quare negandum est primum illud antecedens argumenti Scoti, ratione eius, quod praesupponit.

DISPUTATIO III.

Vtrum productio Spiritus sancti sit voluntaria.

Prima conclusio. Spiritus sanctus à patre & filio spiratur voluntate, quae concomitantur, quae prius est spiratione.

Q VOD ad productionem Spiritus sancti attinet, sit prima conclusio. Pater & Filius spirant Spiritum sanctum voluntate, vt ablatius, voluntate, denotat concomitantiam: quae volitio prior est iuxta nostrum concipiendi modum, quam spiratio. Haec ex eis, quae duabus disputationibus praecedentibus diximus, est manifesta. Quare in quo sensu disputatione 1. dicebamus generationem Filij esse voluntariam, dicendum quoque est, Spirationem Spiritus sancti esse voluntariam.

2. Conclusio. Spiritus sanctus producit voluntate, vt in principio.

Secunda conclusio. Pater & Filius voluntate producant Spiritum sanctum, si ablatius, voluntate, denotet habitudinem principij, sumaturque voluntas latè, & non vt praecise habet rationem liberi arbitrij. Haec probatur, quia in hoc distinguitur productio Filij, à productione Spiritus sancti, quod illa est per intellectum, haec verò per voluntatem.

3. Conclusio. Spiritus sanctus non producit voluntate, sed naturali.

Tertia conclusio. Pater & Filius non producant Spiritum sanctum voluntate, si denotetur habitudo principij, & voluntas sumatur, vt praecise rationem habet liberi arbitrij. Non dubito, quin haec sit de fide. Probatum primò, quia quae eo modo producuntur, esse & non esse possunt, quippe cum in facultate voluntatis sit ea producere, & non producere (aliàs voluntas comparatione eorum non haberet liberi arbitrij rationem) sed Spiritus sanctus ita est necessariò necessitate naturali, vt contradictionem implicet non esse, aut non fuisse: ergo non producit voluntate, iuxta eam voluntatis acceptionem. Secundò, Patre & Filio se mutuo diligentibus naturali sequela producit Spiritus sanctus: sed amor mutuus, quo pater & Filius sese diligunt, est naturalis, & non liber, vt quaest. 19. ostensum est: ergo

Molina in D. Thom.

A productio Spiritus sancti est naturalis, & non libera, ac proinde Spiritus sanctus non procedit voluntate, vt voluntas rationem habet liberi arbitrij.

Scotus à calumnia vendicatur.

Multi ex sectatoribus Diui Thomae redarguunt Scotum, quasi asseruerit in 1. d. 2. q. 7. & d. 10. q. 1. & in quodlib. quaest. 16. Spiritum sanctum procedere liberè à Patre & Filio, voluntatemque nullum omnino habere actum naturalem, etiam in Deo. Quamuis autem Scotus obscure loquatur, si tamen attentè legatur, sanè neque tertiae nostrae conclusioni contradicit, neque asseuerat, quod nonnulli ex sectatoribus Diui Thomae asserunt eum asseuerare. Expresse namque locis citatis docet, Spiritum sanctum procedere ita necessariò à Patre & Filio, vt contrarium contradictionem inuoluet: Deumque ita necessariò se diligere, vt nulla ratione à dilectione cessare valeat. Nihilominus asseruit, Deum liberè se diligere, Patremque, & Filium liberè producere Spiritum sanctum: verumtamen sumit aduerbium, liberè, non vt liberum id dicitur, quod in facultate voluntatis est, vt sit, & non sit, quo pacto voluntas sortitur rationem liberi arbitrij: sed vt liberum est idem, quod spontaneum, proceditque ab appetitu praui cognitione obiecti, eodemque modo sumit liberum D. Thomas de potentia, quaest. 10. artic. 2. ad quintum dum docet, Deum sua voluntate liberè amare se ipsum, tamen si necessitate se ipsum amet.

C Vt verò mentem Scoti illis in locis percipias, aduerte, illum distinguere inter principium naturale, quale apud eum est, quod producit non praui cognitione, atque adeo non per appetitum cognoscituum, & inter principium liberum, hoc est, spontaneum, quale est, quod producit per appetitum cognoscituum praui cognitione, siue necessariò producat, ita vt in potestate illius non sit non producere, siue producat non necessariò, ita vt sit in potestate illius non producere. Sumptis itaque hoc modo, tam principio naturali, quam libero, asseuerat Scotus, Deum liberè, ac necessariò diligere se, non verò naturaliter, quia diligit se praui cognitione, & per appetitum cognoscituum, nempe per voluntatem. Idemque vult asserendum de Spiratione, qua Pater & Filius spirant Spiritum sanctum. Licet autem eo modo loquatur Scotus, nec nostrae contradicat conclusioni, sapè tamen, imò & frequentius, naturale id dicitur, quod fert natura ipsa rei, ita vt oppositum esse non possit: est que proinde principium, à quo emanat, determinatum ad illud, eaque ratione dilectionem, qua Deus se ipsam diligit, appellamus naturalem, hoc est, necessariam spectata natura rei, ita vt in facultate diuinæ voluntatis non sit contrarium: eodemque modo dicimus productionem, qua Pater & Filius producant Spiritum sanctum, esse naturalem, hoc est, non liberam, ita vt in potestate Patris sit eum non producere. Reliqua quae hoc loco dici poterant, dicta sunt 1. 2. quaest. 10.

Explicatur Scoti sententia.

Illud tamen obserua, quia natura intendit reddere sibi similem effectum, agens verò per voluntatem non item, Filius, qui vi suae productionis similis producit Patri, dicitur à Sanctis viris procedere per modum naturae: non item Spiritus sanctus, sed per modum voluntatis. Vtraque tamen processio naturalis est, si naturale sumatur, vt distinguitur contra liberum, & vt est illud, quod, spectata natura rei, non potest aliter habere.

F



sed potius vt forma: quippe cum adueniat essentia, eamque determinet ad esse Filij: ergo essentia se habet vt materia comparatione proprietatis personalis, atque adeo comparatione etiam Filij in ipsius generatione.

Diuus Thomas hoc loco in responsione ad primum & secundum affirmat, Filium generari de substantia Patris, tamquam ex principio consubstantiali ac formalis, eademque est sententia Caietani, & Torres hoc loco, Capreoli, Scori, & Gabrieli in 1. distinctione 5. communisque Doctorum. Ac sane cum diuina essentia sit actus purus, ac proinde forma subsistens, non satis caste loquuntur, qui dicunt, habere se vt materiam in generatione Filij. Vnde Augustinus 3. lib. contra Maximinum cap. 14. Non de aliqua, inquit, materia, aut de nihilo, est Dei Filius.

Ad 1. Ad primum igitur argumentum in contrarium dicendum est, omnes illas conditiones posse aequè bene conuenire formæ, ac conueniunt materie, vt patet, si Deus anima præexistenti D. Petri videret materiam, quam de nouo crearet. Tunc enim D. Petrus esset de illa anima præexistente, sibi intrinseca, postquam esset productus: quare conditiones illæ materie in rebus materia constantibus, non cogunt essentiam diuinam habere se, vt materiam in generatione Filij, & processione Spiritus sancti.

Ad 2. Ad secundum ita est respondendum. Si per impossibile pars illa, aut aliena substantia, esset actus purus, vt re ipsa essentia diuina est, vtiq; Filius non generaretur de illa tamquam de materia, sed tamquam de forma subsistente. Etenim si Deus de parte formæ ignis præexistentis aliquid produceret supponendo tali parti formæ nouam materiam, sanè productum illud produceretur de parte illa formæ, non tamquam de materia, sed tamquam de forma, vt est notissimum. Itaque vt dicamus aliquid produci de aliquo tamquam de forma, aut tamquam de materia, non respicimus, an sit totum, an pars, & an sit proprium, aut alienum, sed ad naturam eius de quo producit.

Ad 3. Ad tertium responderi debet, maiorem non esse veram, quando constituentia sunt idem prorsus ex natura rei, solumque est constitutio nostro intelligendi more, vt in re proposita cernitur, in qua vtrique ex natura rei est actus purus, idemque prorsus cum alio. Eatenus tamen, vt verum fatear, essentia diuina & relatio nostro intelligendi more videntur habere vt forma & materia metaphysica, quatenus relatio nostro intelligendi more videtur determinare essentiam ad constitutionem personæ, & essentia determinari: re tamen ipsa vnum non est actus, etiam metaphysicus, & aliud potentia: quia seclusa operatione intellectus, nulla est actus distinctio inter essentiam & relationem, vt ex dictis sæpe in superioribus est manifestum: vt autem duo aliqua ita sint affecta, vt vnum sit actus, & aliud potentia, distinctio inter vtrumque necessaria est.

ARTICVLVS IV.

Vtrum in diuinis sit potentia respectu actuum notionalium.

M O c articulo examinandum est cum D. Thoma, vtrum detur potentia respectu actuum notionalium, & in sequenti quid ea sit, videlicet vtrum sit aliquid absolute, an respectuum.

Quod ad primum attinet, fuit opinio Aureoli, vt Capreolus, & Gregorius in 1. dist. 7. referunt, al- Molina in D. Thom.

A serentis, in Patre non aliam esse potentiam ad generandum Filium, quam non repugnantiam terminorum: ita scilicet, vt quemadmodum homo non per aliam potentiam dicitur posse esse animal, quam per non repugnantiam, vt sit animal, quæ fundatur in necessaria habitudine ac connexione animalis cum natura humana: sic quoque non per aliam potentiam Pater dicitur posse generare Filium quam quia non repugnat ab ipso esse Filium per generationem. Itaque vult potentiam, secundum quam Pater potest Filium generare, non esse aliquid reale & positum in Patre, sed solum negationem repugnantie vt Filium generet.

B Sententia hæc, tenui meo iudicio, non solum singularis est in re admodum graui, sed etiam parum consona scripturæ sacræ, Conciliis, ac rationi ipsi. Psalmo enim 109. ait Pater æternus ad Filium. Ex vtero ante luciferum genui te: quo in loco innuitur aperte intellectum fuisse principium reale, quo Pater genuit Filium, vt latius quaest. 27. art. 1. exposuimus. In Concilio etiam Lugdunensi cap. *Fideli de summa Trinitate & fide Catholica lib. 6. & in Florentino in literis sanctæ vnionis in decreto de processione Spiritus sancti*, definitum fuit, *Patrem & Filium esse vnum principium Spiritus sancti*, estq; sermo de principio reali: quare non sola non repugnantia terminorum, sed vera vis realis constituenda est potentia ad producendum Filium, aut Spiritum sanctum. Adde, Filium & Verbum in diuinis esse idem: Verbum autem producit per intellectum, tamquam per principium quo: ergo Pater generat Filium per intellectum, tamquam per principium quo, atque adeo datur in Patre vis realis, per quam generat Filium.

C Alia fuit opinio Gregorij in 1. dist. 7. quaest. 1. concedentis quidem vim principium, ac potentiam realem ad producendum Filium, attamen asserentis hanc nullo modo distingui à Patre, sed esse idem prorsus cum Patre: quia arbitratur, alioqui non saluari omnimodam simplicitatem in Deo, vt de notionibus & proprietatibus personalibus quaest. 32. art. 2. disp. 2. eum affirmasse retulimus.

D Hæc quoque sententia singularis est, videturque conuinci testimonio illo Psal. 109. *Ex vtero ante luciferum genui te*. tum etiam postrema ratione, quam aduersus Aureolum confecimus, superuacaneumque duco disputare aduersus has sententias: cum explicata veritate satis manifesta sit futura falsitas harum opinionum.

E Est ergo opinio D. Thomæ hoc loco, & communis, in Patre dari potentiam realem, à Patre aliquo modo distinctam, qua generat Filium, & in Patre & Filio dari potentiam realem, qua spirant Spiritum sanctum: quæ in hunc modum probatur. Omne generans generat aliquo sui: ergo Pater aliquo sui generat ac producit Filium, tamquam potentia, qua eum generat, eademque ratione Pater & Filius aliquo sui spirant ac producant Spiritum sanctum, tamquam potentia, vt ita dicam, spiratiua, ac Spiritus sancti productiua. Confirmatur hæc ratio, quod ad potetiam spiratiuam attinet, quia Pater & Filius producant Spiritum sanctum, non quoad id, in quo distinguuntur, nempe quoad paternitatem & filiationem, sed quoad id, in quo conueniunt, & sunt vnum, vt ex Concilio Lugdunensi, & Florentino constat: ergo aliquo sui, tamquam vi ad producendum, producant Spiritum sanctum.

F Tota rei huius difficultas est, in quo sensu concedenda sit in diuinis potentia ad generandum Filium, aut ad spirandum Spiritum sanctum. Ad cuius

Improbatur.

Gregor. opinio.

Reiicitur.

Dari in patre potentia realem ab eo aliquo modo distincta ad filium generandum.

Potentia secundum realem, & potentia nostra intelligendi more quid sint, & quo pacto differant.

cuius rei intelligentiam, notandum est cum Diuo Thoma hoc loco in responsione ad tertium, duplicem esse potentiam, quaedam est, quae appellatur potentia secundum rem, & est illa per quam verè producit aliquid: & quia nihil magis pugnat, quam aliquid producere se ipsum, efficitur, vt ad veram productionem necessaria sit distinctio realis inter productum, & id quod producit, vt quod. Quare vt aliquid sit potentia secundum rem necesse est, vt productum sit quippiam distinctum realiter, non quidem à potentia, per quam producit, vt ex dicendis patebit, sed ab eo, cuius est potentia, quodque per eam producit, vt quod. Quaedam alia est potentia, quae appellatur potentia secundum rationem, aut potentia secundum nostrum intelligendi morem. Estque illa, per quam re vera nihil realiter producit, sed nostro dumtaxat intelligendi more. Talis est intellectus diuinus comparatione diuinae intellectionis, & voluntas diuina comparatione diuinae volitionis: intelligere namque & velle in Deo, neque ab intellectu & voluntate, neque à Deo intelligente, vt quod, neque item à personis diuinis intelligentibus etiam vt quod, distinguuntur, ex natura rei, ac proinde non verè producentur, sed nostro dumtaxat intelligendi more, eaque de causa intellectus & voluntas in Deo comparatione intellectionis & volitionis diuinae, non dicuntur potentiae nisi nostro intelligendi more, aut secundum rationem.

Hoc ita constituto, Caietanus, & Torres hoc loco, & Capreolus in 1. distinct. 7. quaest. 2. merito affirmant, in Patre non esse potentiam secundum rem comparatione generationis secundum se sumptae: eò quod generatio nec producat, nec distinguatur à Patre generante, sed in Patre esse potentiam secundum rem ad generandum Filium, eò quod filius verè à Patre producat, ab eoque realiter distinguatur. Eodem modo affirmant, in Patre & Filio non esse potentiam secundum rem comparatione spirationis secundum se, eò quod spiratio actiua ab eis non distinguatur, esse tamen ad spirandum Spiritum sanctum. Quare non datur, inquit, comparatione actuum notionalium secundum se, sed solum comparatione terminorum, verumve per eos actus productarum, nempe comparatione Filij, & Spiritus sancti, qui verè producuntur. Vbi namque productio non est actio, sed respectus eius, à quo alius significatus per modum actionis, non datur potentia comparatione productionis, sed comparatione termini, reive productae. Vbi verò productio est vera actio, vt in creaturis, datur potentia realis, non solum ad effectum, terminumve actionis, sed etiam ad productionem ipsam. Atque hoc est discriminè, quod D. Thomas constituit supra q. 25. art. 1. ad tertium in potentiam, quae cernitur in Deo, & potentiam, quae cernitur in creaturis. Quare si consulas quae eo loco diximus, docuitque D. Thom. comperies haec omnia de mente illius esse, tamen si nec illo in loco nobis placuerit, nec in hoc placeat, quatenus docet, in Deo non dari potentiam comparatione actionis, qua producit res creatas, sed comparatione solum rerum creatarum: arbitratur namque, actionem, qua Deus creata producit, non esse tamquam in subiecto in rebus productis, sed esse idem cum Deo esseque vim ipsam, qua res creatas procreat, cum respectu ad res, tamquam eius à quo sunt: contrarium verò ostendimus q. 25. citata, art. 1. disp. 2.

Ex dictis facile erit cuique soluere argumenta Aureoli apud Capreolum & Gregorium, quae ideò

Potentiam ad generandum, & ad spirandum esse quidem secundum rem in Deo, non tamen, comparatione actuum notionalium sed terminorum, qui per eos producuntur.

Argumentum Aureoli.

A breuitatis gratia omitto. Hoc vnum tantum referam, quod difficultatem continet. Eadem est, inquit ille, potentia qua prima persona gloriosissima Trinitatis potest generare Filium, & potest esse Pater: quandoquidem generando, & resultat esse Filij, & esse Patris: sed potentia, qua prima persona adorandissima Trinitatis potest esse Pater, non est aliud quam non repugnantia terminorum: alioquin prima persona produceretur secundum esse Patris, quod omnino est absurdum: ergo potentia, qua prima persona sanctissima Trinitatis potest generare Filium non est aliud, quam non repugnantia terminorum.

B Ad hoc argumentum neganda est maior. Potentia namque, qua prima persona diuinissima Trinitatis potest esse pater, non est aliud, quam non repugnantia terminorum fundata in necessaria connectione esse Patris cum prima persona altissima Trinitatis: ceterum potentia, qua potest generare Filium, est potentia realis qua secundum rem potest producere Filium. In humanis quidem, quia generatio est ratio fundandi paternitatem & filiationem, potentia, quae est ad generandum, & producendum suppositum Filij, est consequenter ad comproduendum esse relatiuum Filij & Patris, in suppositis Patris & Filij: at verò in diuinis, quia generatio non est ratio fundandi paternitatem, sed est idem prorsus cum paternitate, constituitque suppositum Patris, non est par ratio, vt quae potentia est ad generandum Filium, sit consequenter ad comproduendum esse Patris & Filij in eorum suppositis.

C Duo hoc loco obserua cum D. Thom. in responsione ad primum & secundum. Vnum est, potentias, de quibus loquimur, non esse in diuinis factiuae, sed productiuae tantum: quò fit, vt personae procedentes, non sint factae, sed productae dumtaxat. Alterum est, cum potentia realis dicatur per comparationem ad rem, quae per eam esse potest, atque adeò quae est possibilis, personas diuinas non dici possibiles, vt possibile distinguitur contra necessarium, potestque esse & non esse, sed vt possibile commune est necessario & possibili praesè sumpto, quo pacto sumitur ab Aristotele secundo de interpretatione, dum de modalibus propositionibus est sermo: vnde personae diuinae ita dicuntur posse esse, vt non possint non esse. Quae in hoc articulo dicta sunt dilucidiora fient articulo sequenti.

ARTICVLVS V.

E Vtrum potentia ad generandum dicat essentiam an relationem.

D I VVS Bonauentura in 1. dist. 7. quaest. 1. Durandus ibidem q. 2. & multi alij affirmant, potentiam generatiuam in Patre esse paternitatem, & potentiam spiratiuam in Patre & Filio esse spirationem actiuae, atque adeò potentiam generatiuam & spiratiuam dicere praecipue relationem.

F Alij affirmant, potentiam generatiuam includere, dicerique ex aequo essentiam & paternitatem, ita vt vtrumque generet tamquam principium quo, potentiamque spiratiuam dicere similiter ex aequo essentiam & relationem spirationis actiuae.

Sit nihilominus prima conclusio. Potentia generatiua (idem dicendum est de spiratiua) non est relatio, sed natura diuina. Loquimur autem hoc loco de potentia, vt potentia dicitur id, quo producens producit, interim non curando vtrum sit principium proximum aut remotum: ex sequentibus namque

Dilucidior

Potentia ad generandum, & ad spirandum in Deo non sunt factiuae, sed productiuae. Personae diuinae ita dicuntur posse esse, vt non possint non esse.

D. Durandus & Durandus opinio.

Aliorum generatiuae.

Prima conclusio. Potentia generatiua non est relatio, sed natura diuina. Loquimur autem hoc loco de potentia, vt potentia dicitur id, quo producens producit, interim non curando vtrum sit principium proximum aut remotum: ex sequentibus namque

namque conclusionibus patebit, quodnam sit principium proximum, & quod remotum, quo Pater generat, & quo Pater & Filius spirant Spiritum sanctum. Hæc conclusio est D. Thomæ hoc loco, & Magistri in 1. dist. 7. & communis ferè inter Scholasticos. Eadem habetur in Concilio Florentino sess. 18. ubi Ioannes ille, qui Latinorum partes agebat, ita inquit, *Dixi filium ex Patre, ac Patris substantia generari idem significare, ita tamen ut persona sit producens & generans: principium autem, quo ipsa persona generet, sit id quod solum communicabile est: Pater ergo generativum principium est, & suppositum quoddam significat: divina vero substantia, que cum Patre realiter idem est, non quidem generat, sed est principium quo generatio fit: quando quidem suppositum nullum significat. Et infra, Non aliter profectò de divinis personis intelligere possumus: nam Patris persona suppositum est, atque generans, divina verò natura generativum principium, quo Pater Filium generat: qui quidem pater suam personam Filio nequaquam communicat, cum tamen eius substantia & natura communicabilis sit. Que cum vna numero sit, idcirco non ea ratione communis dicitur, quia est humanitas, sed rationem tantum habet communis, quatenus communicabilis est: que quidem causa est cur Filius à Patre, ut à principio nasci dicatur, quod à divina Patris substantia nascitur. In unaqueque tamen persona identitate reali manente, natura videlicet divina. Hæc ibi.*

Probat deinde primò, quia illud in generatione uniuoca est potentia generatiua, in quo genitum assimilatur generanti: sed Filius Dei assimilatur Patri in natura diuina, non verò in relatione: ergo natura diuina, & non relatio, est potentia generatiua. Minor, & consequentia patent: maior verò probatur, quia generans reddit simile sibi genitum quoad formam, secundum quam producit, ut homo genitus efficitur similis generanti in natura humana, cuius virtute Pater producit Filium: cum ergo id, quo generans producit, sit potentia generatiua, sit, ut illud sit potentia generatiua in generatione uniuoca, in quo genitum assimilatur generanti, quod erat probandum. Secundo, in humanis, licet principium indiuiduans, proprietate personalis constituat rem generantem, non tamen est id, quo generans generat, sed natura est quo generat, alioquin cum generans reddat simile sibi genitum, quoad id, quo agit, Socrates produceret Socrate, quod est absurdum: cum ergo paternitas sit proprietate personalis Patris, sic se habens ad personam Patris, ut se habet principium indiuiduans ad indiuiduum creatum, sit, ut paternitas, non sit id, quo Pater generat, sed id, quo generat, sit natura in qua reddit genitum simile sibi, ac proinde ut potentia generatiua non sit relatio, sed natura diuina. Confirmatur præterea conclusio ex illo Damasceni lib. 1. fidei orthodoxæ c. 8. *Generatio est opus nature, non sicut generantis sed sicut eius quo generans generat. Est enim natura vis in sita rebus ex similibus similia procreans. Confirmatur rursus eadem conclusio, quia relatio, quæ relatio, nullius est actiuitatis: quare esse nequit principium producendi. Vnde Anselmus in lib. de processione Spiritus sancti cap. 5. de processione Spiritus sancti loquens, tamquam absurdum maximum infert: *Erit igitur diuina essentia in Spiritu sancto non de Deitate Patris, sed de relatione, quod stultissimum est dicere: idem que diceret de processione Filij. Et cap. 9. Nisi quis, inquit, dicat Spiritum sanctum non procedere de Deitate Patris, sed de paternitate, nec per Deitatem Filij, sed per filiationem, qua opinio sua se patenti falsitate suffocet.**

Molina in D. Thom.

A Secunda conclusio. Sicut in igne natura specifica ignis, tamquam forma Metaphysica, & forma substantialis ignis, tamquam forma physica, sunt principium remotum, quo ignis calefacit, proximum verò est calor existens in igne: sicut etiam in homine natura humana, & anima rationalis sunt principium remotum quo homo intelligit, proximum verò est intellectus: ita in Patre natura diuina, nostro intelligendi more, est principium remotum, quo Pater generat, proximum verò est intellectus: in Patre etiam & Filio natura diuina est principium remotum quo Pater & Filius producant Spiritum

B sanctum, proximum verò est voluntas: unde natura diuina, vel dicitur potentia generatiua & spiratiua tamquam principium remotum, intellectus verò & voluntas tamquam principium proximum: vel certe, non excludendo ab ea intellectum & voluntatem (quæ licet virtute ab ea distinguantur, in ea tamen intrinsecè includuntur, suntque idem re & ratione formali cum illa, ut quaest. 8. artic. 2. ostendimus) potentia dicitur. Hæc conclusio ex eo probatur, quod Filius est Verbum, ut sacrae literæ sancti-que Patres testantur: principium autem proximum Verbi est intellectus, remotum verò essentia, cuius est talis intellectus: & quod similiter Spiritus sanctus est amor productus: proximum autem principium amoris est voluntas. Atque hinc etiam confirmatur conclusio præcedens: Verbi enim & amoris, non est principium productuum relatio, sed intellectus & voluntas, essentiaque, quam ornant illæ potentia: quæ omnia constat esse res absolutas.

Tertia conclusio. Potentia generatiua non est essentia, & intellectus sumpta absolutè, sed accepta sub certa quadam conditione, nempe ut sunt eius, qui habet ea à se. Hæc conclusio probatur, quia essentia & intellectus, absolutè sumpta sunt in tribus personis: potentia autem generatiua, sub ratione potentie generatiuæ, est in solo Patre: essentia ergo & intellectus non habent rationem potentie generatiuæ, nisi ut sunt eius, qui habet ea à se: nempe Patris, aut, ut alij dicunt, ut stant sub paternitate, quasi hoc sit conditio sine qua non sortiuntur rationem

E potentie generatiuæ: non verò quasi relatio influat ad generationem, Filijve productionem. Itaque id, quod in Patre est potentia generatiua, est etiam in Filio & Spiritu sancto: & ob id quiddam perfectionis dicitur potentia generatiua in Patre, id totum est in Filio & Spiritu sancto: in Patre tamen solo habet rationem potentie generatiuæ, eò quod in solo Patre habeat conditionem sine qua non sortitur rationem potentie generatiuæ. Quare hæc consequentia nulla est: quod in Patre est potentia generatiua, reperitur etiam in Filio & Spiritu sancto: ergo in Filio & Spiritu sancto est potentia generatiua. Ratio est, quia in Filio & Spiritu sancto deest ei conditio sine qua non habet rationem potentie generatiuæ, videlicet esse eius quod habet illud à se aut esse sub paternitate. Hæc de causa affirmat D. Thomas hoc loco, potentiam generatiuam dicere in recto quippià absolutum, essentia scilicet ac intellectu, in obliquo verò dicere relatione: eò quod essentia & intellectus, non absolutè, sed ut Patris, aut ut stant sub paternitate, rationem habent potentie generatiuæ. Patre ergo intelligente per essentiam tamquam per principium remotum, & per intellectum tamquam per principium proximum, Filius, Verbumve æternū accipit suum esse per intellectum tamquam per principium quo producit: accipere verò tale esse est generari, quod est habere respectum eius, qui ab alio per intellectum, per quem respectum Filius constituitur

Tr 3 in

2. Conclus. Potentia generatiua dicitur essentia, id quod principium nostro intellectu, more remotum, intellectus id quod proximum.

Tertia conclusio. Essentia diuina & intellectus ut sunt eius, qui habet illa à se, sunt potentia generatiua.

in esse Filij; conferre autem illi eo modo tale esse, est generare, estque respectus à quo alius per intellectum, per quem Pater constituitur in esse Patris.

Quarta conclusio. Potentia spiritalis est essentialis & voluntas non simpliciter, sed ut Patris ac Filij.

Quarta conclusio. Potentia spiritalis non est essentialis & voluntas absolute, sed sub certa quadam conditione, nempe ut sunt Patris & Filij, quibus conveniunt prius nostro intelligendi more cum fundamento in re, quam sit diligere essentialis, ut saepe in superioribus ostendimus, aut certe ut stant sub inspiratione activa. Hac conclusio probatur sicut praecedens, quia essentia & voluntas absolute sunt in tribus personis; potentia autem spiritalis solum est in Patre & Filio, quibus inest essentia & voluntas prius nostro intelligendi more, quam sit diligere essentialis. Denique quae de potentia generativa conclusione praecedente dicta sunt, etiam suo modo intelligi debent de potentia spiritali.

Argumenta contra assertam sententiam. Primum.

Impugnant verò autores contrariae sententiae veritatem nostram. Primum, quia sicut se habet actus essentialis ad formam essentialem, ita se habet actus personalis ad formam personalem: sed intelligere, velle, & creare, quae sunt actiones essentialis, sunt à forma essentiali, nempe à divina essentia tamquam à principio quo: ergo personalis actus, qualis est generatio, erit à forma personali tamquam à principio quo nempe à paternitate, ac proinde paternitas, & non essentia erit potentia generativa.

Confirmatur.

Confirmatur haec ratio, quia quod est principium, ut aliquid sit, est principium ut operetur: sed paternitas est principium à quo Pater est Pater, generatio verò est propria operatio Patris, quia Pater est: ergo paternitas erit in Patre principium illius: praeterim cum propria operatio cuiusque rei sit à propria forma per quam distinguitur à ceteris, quibus ea operatio non convenit.

Secundò.

Secundò, quando aliqua forma in aliquo subiecto est ratio alicuius operationis, eadem forma separata à tali subiecto est principium eiusdem operationis, candor namque separatus à subiecto esset principium disgregandi visum, si per impossibile daretur separatus à subiecto: sed essentia divina, divinusque intellectus, si separentur à Patre, non sunt principium generandi Filium, ut patet, quia in Filio & Spiritu sancto non sunt principium generandi Filium: ergo neque in Patre erunt, sed paternitas potius erit tale principium.

Tertiò.

Tertiò, productiones diversarum rationum exigunt potentias diversarum rationum: sed generare & spirare sunt productiones diversarum rationum: essentia verò est vnus dumtaxat rationis: ergo essentia non est potentia generativa & spirativa.

Quartò.

Quartò, potentia generativa est principium productionis rei genitae: ergo distinguitur realiter à re genita: quandoquidem nihil magis pugnat, quam aliquid producere seipsum, aut esse principium sui ipsius: sed essentia divina & intellectus non distinguuntur realiter à Filio, paternitas autem distinguitur: ergo paternitas est potentia & principium, quo Pater producit Filium, non verò essentia aut intellectus.

Confirmatur.

Confirmatur haec ratio, quia principium dicit relationem realem ad id, cuius est principium: sed ea, inter quae in divinis cernitur relatio realis, distinguuntur realiter: cum ergo essentia & intellectus non distinguantur realiter à Filio: efficitur, ut non sint principium, & potentia generativa, qua Pater producit Filium.

Quintò.

Quintò, si essentia esset potentia generativa & principium Filij, essentia generaret: consequens autem est haereticum, ac damnatum cap. *Damnatus*.

A de summa Trinitate & fide Catholica: ergo essentia non est potentia generativa.

Sextò, Augustinus 5. de Trinitate cap. 6. & 7. ait, *Filius eo Filium, quo genitus*: ergo à simili, Pater eo Pater quo generat: sed est Pater paternitate: ergo generat paternitate, ac proinde paternitas est principium quo generandi Filium.

Ad primum horum argumentorum neganda est maior: proprietates namque personalis, differentiae individuas, non est principium productionis, ut explicatum est eo quippe agens agit, tamquam principio producendi, in quo reddit sibi simile proprietate personalis, sed natura, ut iam ostendimus; redditur verò propria persona propter conditionem illius propriam, quam exigit natura ad hoc, ut sit principium producendi, ut explicavimus.

Ad confirmationem, si in maiori sit sermo de principio proprio, ut aliquid sit, hoc est, non commune sibi cum aliis, maiorque intelligatur univertim, neganda erit: principium namque commune, quale in Patre est essentia & intellectus, potest esse principium productionis Patri propriae, propter conditionem sine qua non habet, ut sit principium, quam solum habet in Patre. Quare negandum erit, propriam operationem cuiusque rei emanare semper à forma, per quam talis res distinguitur à ceteris: forma namque, alioquin communis, habere poterit in aliquo operationem illi ipsi minime cum aliis communem, propter conditionem sine qua talis forma non est principium operationis, quae est propria illi rei. Adde, in rebus creatis operationes singulares, ac proinde proprias principiorum singularium, à quibus emanant, non prodire efficienter à differentia individuantem, sed à gradu communi facto individuo per accidens ex adiunctione talis differentiae individualis, differentiamque individuantem solum esse conditionem sine qua à tali principio, quoad gradum secundum quem agit, non emanaret talis actio numero, sed alia longe diversae unitate namque numerica principij efficientis, & ab aliis circumstantiis concurrentibus pendet quod emanet haec potius numero actio, quam alia: pendet inquam, non tamquam à principij efficientibus, sed tamquam à conditionibus requisitis, sine quibus non emanaret ea numero actio.

Ad secundum neganda est maior, quando esse principium non convenit absolute ei formae, sed sub conditione, quam solum habet in tali subiecto, ut in re proposita cernitur.

Ad tertium responderi debet, maiorem esse veram, si intelligatur de potentiis quae sunt principium immediatum, quo pacto intellectus & voluntas sunt distinctae potentiae generandi Filium & spirandi Spiritum sanctum, non verò de potentiis, quae sunt principium mediatum: quemadmodum namque anima rationalis est vnum principium mediatum intelligendi & volendi, intellectus verò & voluntas sunt immediata principia, quibus anima elicit illas distinctas operationes: ita vna numero essentia divina est vnum principium mediatum, vnaque potentia generandi Filium per intellectum tamquam per principium immediatum, & spirandi Spiritum sanctum per voluntatem tamquam per principium etiam proximum.

Ad quartum, concessio antecedente, si in eo sit sermo de principio quo, neganda est prima consequentia: licet enim inter principium quod, & rem productam necessaria sit realis distinctio, inter principium tamen quo, & rem productam, non semper est

Sextum.

Responso. Ad primum.

Ad confirmationem.

Ad secundum.

Ad tertium.

Ad quartum.

est necessaria, sed sufficit distinctio rationis, ac virtualis. Ratio est, quam hoc loco in responsione ad primum reddit egregiam D. Thomas, nempe quia generans non generat ut distinguit, sed ut reddat genitum sibi simile, tantoque perfectior est generatio, quanto genitum producit magis simile generanti, ut in superioribus ostendimus: est tamen conditio sine qua generans non generat, quod genitum distinguitur a generante, eo quod nihil possit producere seipsum. Quia ergo generans producit genitum sibi simile quoad id quo agit aut producit, non vero quoad suum principium individuan, proprietatem personalem, id sane, quo generans generat, debet esse commune generanti & genito, ac proinde idem in utroque, aut specie, ut in rebus creatis, aut numero, ut in divinis, in quibus quemadmodum generatio, sic etiam similitudo inter generans & genitum est perfectissima. Quod fit, ut necesse non sit rem generantem, quoad id quo mediante generat, distinguere a genito: quin potius idem cum eo esse possit, solumque virtute ab eo distinguatur, ut in divinis propter summam simplicitatem, summamque similitudinem inter genitum & rem generantem, videre est: necesse tamen est, ut generans per suam differentiam individuam, proprietatem personalem, distinguatur realiter a genito.

ad confirmacionem inueni.

Ad quintam.

Ad sextam.

F

Ad confirmationem negandam est principium, quo, semper dicere relationem realem, id namque, cui conuenit, ut sit principium quo, non est relatio, sed quid absolutum: relatio vero principij a qua formaliter dicitur principium quo, non est realis, quando eiusmodi principium a re, cuius est origo, non distinguitur realiter. Ad quintum neganda est consecutio, si sermo sit de generate quod, de quo loquitur Concilium Lateranense cap. Damianus, quod solum verè dicitur generare sine addito, ut in superioribus ostensum est: principium enim quo, cum non distinguitur realiter a re genita, non dicitur simpliciter generare, sed cum addito, tanquam id quo generans generat. Adde, essentiam absolutè sumptam, non esse principium quo, alioquin omnes tres personae diuinae per eam generarent, sed essentiam sub certa conditione, nempe, ut in eo, qui habet eam a se, aut ut stat sub paternitate, eaque ratione essentiae absolutè sumpta non tribui generationi, ne quidem eo modo, quo intellectui tribuitur intelligere. Ad sextum, concessis primo antecedente, & prima consequentia, minorque ulterius subsumpta, distinguendum est consequentia secundae consequentiae. Si enim sit sensus, Patrem paternitate generare, tanquam principio productiuo, neganda est consequentia: si vero sit sensus, Patrem paternitate generare, tanquam principio formali, seu ratione formali, a qua formaliter dicitur generare, quatenus generatio generat formaliter: paternitas vero est idem omnino realiter, formaliter, ac virtute cum generatione, ut questione praecedente articulo secundo ostendimus, concedenda est consequentia. Inde vero perperam colligitur, paternitatem esse principium quo generandi, potentiamque generatiuam.

ARTICVLVS VI.

Utrum actus notionalis ad plures personas terminari possit, quasi esse possint plures Filij, aut plures Spiritus sancti.



CONCLUSIO negat, estque de fide. Cum diuinus intellectus non habeat rationem potentiae generatiuae, nisi in eo, qui illum habet a se, ut patet ex dictis

Filij plures, aut Spiritus sancti, cur non sint in diuinitate.

tam articulo praecedente, quam quaest. 27. artic. 3. disput. 4. & quaest. 41. artic. 2. disput. 2. Is vero qui eum habet a se, unico actu intellectus unicum producat Verbum ac Filium: fit, ut vnus tantum sit Filius, qui rursus per intellectum non producit alium Filium: eo quod intellectus in eo rationem non habet potentiae generatiuae. Cum item in solo Patre & Filio voluntas habeat rationem potentiae spiritalis, ut locis citatis exposuimus: fit etiam, ut vnus tantum producat Spiritum sanctum: qui rursus non producit alium Spiritum sanctum per voluntatem: eo quod voluntas in eo non habeat rationem potentiae spiritalis. Rationes D. Thomae hoc loco adiuuant, ut hoc melius intelligatur: semper tamen in asserenda conclusione huius articuli fidei Catholicae innitemur, neque intendimus eam demonstrare, sed adducere quaedam congruentia ad aliquam licentiam asserendam eis, quae fides docet. Is, quae in hoc articulo sunt, iungito, quae diximus q. 30. art. 1.

QUESTIO XLII.

De aequalitate & similitudine diuinarum personarum adinuicem.

ARTICVLVS I.

Utrum aequalitas locum habeat in diuinis.

DISPUTATIO I.



IN hac, & questione sequenti comparat D. Thomas diuinas personas inter se, in hac quidem quoad aequalitatem, in sequenti vero quoad missionem. Ad huius questionis intelligentiam sciendum est, duobus modis aliquid dici quantum. Vno proprie, illud scilicet, quod habet partem extra partem. Et quidem si partem habeat extra partem ratione sui, dicitur quantum per se, pertinetque ad praedicamentum quantitatis: si vero ratione alterius, ut candor trium palmorum ratione superficiei, cui candor inhaeret, dicitur quantum per accidens. Altero vero modo improprie, & per metaphoram dicitur aliquid quantum, illud videlicet, in quo cernitur quidem latitudo aliquo modo, attamen sine parte extra partem, vel quia non habet partes, vel quia si eas habet, vna non est extra aliam. Hoc modo latitudo candoris quoad intensionem, dicitur quantitas intensionis per metaphoram. Etenim licet, iuxta probabiliorum opinionem, partes habeat intensionis, vna tamen non est extra aliam. Latitudo etiam perfectionis essentialis cuiusque rei dicitur quantitas perfectionis, quia vel non habet partes, ut in Deo, & in gradibus simplicibus, quales sunt differentiae, vel si habet partes, ut sunt genus & differentiae constituentes speciem aut indiuiduum, vna tamen non est extra aliam.

Quantitas duobus modis dicitur.

Quantitas perfectionis qua.

De huiusmodi quantitate loquitur Augustinus 6. A de Trinitate, cap. 8. quando ait: *In his que non mole magna sunt, hoc est maius quod est melius esse.* Latitudo etiam duratiua, sine parte tamen extra partem, qualis cernitur in æternitate, iuxta sensum quæst. 10. artic. 1. disput. 4. explicatum, dicitur per metaphoram quantitas duratiua, quæ cernitur in tempore, cum habeat partem extra partem, propriè est quantitas, pertinetque ad prædicamentum quantitatis. Latitudo præterea, quæ cernitur in potentiis, quoad maiorem aut minorem vim & efficaciam ad agendum, aut producendum, dicitur per metaphoram quantitas virtutis. Quia ergo sicut res secundum quantitatem propriam dicuntur æquales, aut inæquales, æqualitate, aut inæqualitate propria, sic etiam secundum quantitatem metaphoricam dicuntur æquales, aut inæquales æqualitate, aut inæqualitate translatitia: ideirco D. Thomas hac quæstione comparat personas diuinas inter se, quoad æqualitatem perfectionis, durationis ac virtutis: in diuinis namque cernitur infinita perfectio, infinita duratio, & infinita potentia, ac efficacia ad agendum, quæ omnia ad quantitatem metaphoricam, quæ diuinæ simplicitati non repugnat, spectant.

Personas diuinas esse æquales.

In hoc ergo primo articulo quærit D. Thomas in genere: Vtrum æqualitas locum habeat in diuinis. Respondetque hæc conclusione, Personæ diuinae sunt æquales inter se. Est de fide, vt constat ex illo symboli Athanasij: *Persona diuina coæterna sibi sunt & coæquales.* Et de Filio: *Æqualis Patri secundum diuinitatem.* In Concilio II. Lateranensi, cap. Firmiter, de summa Trinitate & fide Catholica de Patre, Filio, & Spiritu sancto dicitur: *Coæquales, & coomnipotentes, & coeterni.* Ad Philippen. 3. de filio ait Paulus: *Non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo.* D. Thomas hac ratione probat conclusionem. D. Æquale dicitur, quasi per negationem maioris & minoris, vt Aristoteles 10. Metaphyl. text. 17. affirmat: sed in personis diuinis non est maius & minus: ergo personæ diuinae sunt æquales. Minorem probat, tum autoritate Boëtij in libro de Trinitate. Tum etiam quia quando vnum est maius alio, est illi inæquale: personæ autem diuinae non sunt inæquales inter se: rerum namque inæqualium non est eadem numero quantitas: quare cum essentia diuina sit quantitas diuinarum personarum, si personæ diuinae essent inæquales, non haberent eandem numero essentiam, atque adeo non essent idem numero Deus, quod est hæreticum: sit ergo, vt non sint inæquales inter se.

Æqualitas quantitate exigit, & distinctionem inter ea que dicuntur æqualia.

Circa primam maiorem obserua, ea de causa D. Thomam cum Aristotele dixisse, æquale dici, quasi per negationem maioris & minoris, quia ad æqualitatem, vltra negationem maioris & minoris, necessaria est quantitas in vtroque extremorum: punctus namque, aut Angelus, neque est maior, nec minor, nec æqualis lineæ, eo quod non sit quantus: Diuus autem Thomas supponit in personis diuinis esse quantitatem perfectionis. Ad æqualitatem præterea necessaria est distinctio inter ea quæ dicuntur æqualia: quare vna linea non dicitur æqualis sibi ipsi.

Æqualitas duplex.

Circa responsionem ad secundum & tertium animaduertendum est. Sicut duplex est æqualitas, vna secundum quantitatem propriam, & altera secundum quantitatem metaphoricam: ita etiam duplicem esse similitudinem. Vnam secundum qualitatem propriam: atque hæc nec in diuinis cernitur, nec extra genus qualitatis, de eaque loquitur Ari-

A stoteles in prædicameto qualitatis quando affirmat, maximè proprium esse qualitatis, vt secundum eam res dicantur similes, vel dissimiles. Aliam verò secundum qualitatem impropiè dictam, quo pacto omnis forma qualitatis quædam nuncupatur, vt Aristoteles in prædicamento substantiæ innuit, dum secudas substantias affirmat significare quale aliquid: similitudo ergo secundum qualitatem impropiè dictam cernitur in omnibus generibus, eaque est, quæ reperitur in diuinis.

Simile duobus modis accipi.

Animaduertendum est præterea, simile sumi duobus modis. Vno, vt est relatiuum æqualis comparationis: quo pacto simile dicitur simili simile, Altero, vt ad relatiuum inæqualis comparationis, significatque id, quod imitatur alterum tamquam exemplar, aut quasi exemplar: quo pacto species representans obiectum dicitur similis obiecto, obiectum verò non dicitur simile speciei: & imago Cæsaris dicitur similis Cæsari, Cæsar autem non dicitur similis suæ imagini: creatura quoque dicuntur similes Deo, Deus verò non dicitur similis creaturis. Si ergo personæ diuinae considerentur quatenus similes sunt in natura diuina, quam æque participat, tunc sicut dicimus Filium esse æqualem Patri, & Patrem Filio: ita etiam dicimus, Filium esse similem Patri, & Patrem Filio. At verò si simile sumatur, vt significat id quod imitatur alterum tamquam quid productum ad illius imitationem: tunc dicimus Filium esse similem Patri, quia producit ad imitationem Patris, tamquam imago & figura substantiæ eius: Patrem verò non dicimus similem Filio. Æquale etiam aliquando sumitur, vt est relatiuum inæqualis comparationis, videlicet quoad significat id, quod est æquale alteri tamquam mensura: tunc solum dicitur de eo, quod se habet vt mensuratum, non verò de eo, quod se habet vt mensura. Hac ratione dicimus pannum æquari mensura, puta cubito, non verò dicimus mensuram æquari panno.

DISPUTATIO II.

Vtrum æqualitas & similitudo in diuinis sint relationes reales, an rationis.

Solutio in 1. distinct. 3. quæst. 1. & in quodlibet. Squæst. 6. affirmat, relationes æqualitatis & similitudinis in Deo esse relationes reales. Hanc suam sententiam probat primò, quia vt relatio aliqua sit realis, satis est, si sit inter extrema realia realiter inter se distincta, & fundamentum sit reale: sed æqualitas Filij ad Patrem est inter extrema realiter inter se distincta, nempe inter Patrem & Filium & fundamentum illius est reale, diuina videlicet essentia: ergo æqualitas est relatio realis.

Solutio in 2. distinct. 1. quæst. 1. & in quodlibet. Solutio prima.

Secundò, si relationes æqualitatis Filij ad Patrem, & Patris ad Filium non essent reales, maximè quia earum fundamentum, nempe diuina essentia, esset idem numero in vtroque extremo, in Patre nimirum & Filio, cum tamen ad relationem realem necessaria sit distinctio ex parte fundamenti, vt auctores contrariæ opinionis affirmant: id quod tamen constat non requiri, quandoquidem paternitas & filiatio in diuinis relationes sunt reales, & earum fundamentum, nempe essentia, est in vtroque extremo idem numero: ergo relationes æqualitatis reales sunt in personis diuinis.

Secundò.

Confirmatur hæc ratio, quia si in duobus hominibus esset idem numero calor, illi essent similes in candore similitudine reali: ergo vt ratio sit realis, necessaria non est distinctio ex parte fundamenti. Tertio,

Confirmatur.

Tertio. Tertiò, æqualitas fundatur in vnitate quantitatis, seruata distinctione extremorum: ergo quòd extrema inter se distincta habuerint quantitatem magis vnam, eò verius erunt æqualia: cum ergo Pater & Filius sint extrema inter se distincta, habeantque eandem numero quantitatem perfectionis, nempe diuinam essentiam, profectò Pater & Filius verius, quam quæcumque alia, æquales erunt inter se æqualitate reali.

Quarto. Quarto, personæ diuinæ seclusa operatione intellectus sunt æquales in perfectione essentiali, vt de se pater: potestque confirmari ratione, qua vsus est hoc loco D. Thomas, quia vbi est quantitas, & vnum non est maius, neque minus alio, est æqualitas: sed seclusa operatione intellectus in personis diuinis est quantitas perfectionis, & seclusa mentis operatione, vna persona diuina neque est maior, neque minor quam alia: ergo est ei æqualis, atque adeò datur inter eas æqualitas realis, quandoquidem relationes rationis non sunt nisi mentis operatio interueniat.

Confirmatio. Corroboratur hoc argumentum, quoniã æqualitas, & similitudo sunt in Filio vi productionis, qua à Patre accipit naturam, in qua est æqualis, & similis Patri. Vnde Augustinus 3. lib. contra Maximinum, cap. 14. *Ideo non est Pater maior Filio, quia æqualem eum genuit:* ergo æqualitas in diuinis est relatio realis. Patet coblequentia, quia vi productionis realis non potest esse in Filio nisi aliquid reale.

Quinto. Quintò, nullum ens rationis est perfectio simpliciter: sed æqualitas est perfectio simpliciter, dicente Augustino de quantitate animæ, cap. 9. *Inæqualitatis æqualitatem iure præponimus:* ergo æqualitas in diuinis est relatio realis.

Accedit, quòd asserit Augustinus 6. de Trinitate capite vltimo, *primam æqualitatem & primam similitudinem esse in Filio:* si autem, quæ est in Filio, esset relatio rationis, non esset prima.

Sexto. Sextò, si in diuinis esset inæqualitas, ea esset realis: ergo æqualitas, quæ reipsa in diuinis cernitur, erit respectus realis.

Contraria sententia, relationes videlicet similitudinis & æqualitatis in diuinis non esse reales, sed rationis, est D. Thomæ hoc loco in responsione ad quartum, Caietani, Torres etiam hoc articulo, Capreoli, Durandi, Ægidij, Richardi, omnium in 1. dist. 3. 1. Ferrariensis 4. contra gentes, cap. 11. & complurium aliorum, eamque complectimur. Potest verò probari primò hac ratione, quæ colligitur ex Diuo Thoma hoc loco. Quando aliqua se mutuo respiciunt præcisè quoad fundamentum, vt æqualia quoad quantitatem, secundum quam sunt æqualia, & similia quoad qualitatem, aut formã, secundum quam sunt similia, sanè si fundamentum est idem prorsus in vtroque extremo, relatio non est realis, sed rationis: quippe cum quoad fundamentum præcisè se respiciant, eiusdemque ad seipsum non sit relatio realis: atqui Pater & Filius præcisè se respiciunt relatione æqualitatis & similitudinis quoad fundamentum, nempe quoad diuinam essentiam in qua sunt æquales ac similes: cum ergo diuina essentia sit eadem prorsus in vtroque: fit, vt relationes æqualitatis & similitudinis in Patre & Filio non sint reales, sed rationis. Possumus confirmare hanc rationem hoc modo. Ponat Deus eundem numero candorem in Socrate & Platone, tunc ita conficio argumentationem. Si similitudines, quibus Socrates & Plato essent inter se similes in eodem numero candore, essent relationes reales, cum essent idem re cum candore, essent proculdubio tamquam in sub-

iecto in re, in qua esset candor, ac proinde similitudo, qua Socrates esset similis Platoni esset tamquam in subiecto in Platone, & ea, qua Plato esset similis Socrati, esset tamquam in subiecto in Socrate: quòd quidem in vtroque est idem numero candor: inde verò sequeretur, non magis per vnam, quam per aliam, Socratem esse similem Platoni, & è contrario Platonem Socrati: signum igitur est, relationes illas non esse modos reales, sed rationis, quorum alter fundatur in candore ea præcisa ratione ac consideratione, qua est in Socrate, & alter fundatur in eodem numero candore, ea præcisa ratione & consideratione, qua est in Platone. Secundò, si relatio æqualitatis inter personas diuinas esset realis, concedendæ essent in Deo plures quam quatuor relationes reales virtute saltem inter se distinctæ, eo modo, quo spiratio actiua distinguitur à paternitate & filiatione: quod nec communi Scholasticorum, Patrùmque sententiã, nec sacris Conciliis est consentaneum. Tertiò, si relationes æqualitatis Patris ad Filium, & Spiritus sancti ad Patrem & ad Filium essent reales, cum non essent accidentia, eò quòd accidens reale repugnet Deo, qui est actus purus, essent substantiæ: & cum vnaquæque non efficiat vnum per accidens cum diuina essentia: eò quòd in Deo omnia sint vnum & idem, inter quæ non datur relatiua oppositio, efficient vnum per se, cumque illud non sit quippiam communicabile, erit indiuidua substantia rationalis nature, nempe diuinæ, ac proinde erit suppositum, ac persona diuina. Vnde sequeretur in Deo esse tres alias rationes reales suppositi ac personæ realiter distinctas inter se, virtute verò à ratione suppositi Patris, Filij, & Spiritus sancti: quippe cum haud secus ex essentia & relatione æqualitatis Patris ad Filium & Spiritum sanctum constituarur vna ratio suppositi, & personæ à ratione Patris virtute distincta, quàm ex essentia & paternitate constituarur ratio suppositi ac personæ: concedere autem plures rationes personæ in Deo, quàm tres, sanè tutum non esset in fide.

Relatio oppositio. Illud obiter admonedo, relationem oppositionis relatiuæ, quæ inter personas diuinas cernitur, vt inter Patrem & Filium, verbi gratia, non esse eandem relationem cum paternitate & filiatione, sed longè diuersam in eis fundatam. Relatio namque Patris ad Filium est inæqualis comparationis: relatio verò oppositionis, quæ inter vtrâque personam cernitur, est æqualis comparationis, eò quòd oppositum relatiuè opposito relatiuè sit oppositum: relationes verò æqualis & inæqualis comparationis non possunt esse eiusdem speciei, nedum eadem prorsus relatio. Quod aliquos sefellisse videtur est, quòd cum axioma sit, oppositionem relatiuam distinguere in diuinis: & paternitas & filiatio seipsi absque alia relatione distinguantur: arbitrati sunt quidam, relationem oppositionis relatiuæ Patris ad Filium non aliud esse formaliter ac virtute quàm paternitatem. Attamen quando Anselmus, & ceteri affirmant, relationes oppositas distinguere in diuinis, loquuntur de relationibus, quibus conuenit vt sint oppositæ, atque adeò de oppositione fundamentali, hoc est, de relationibus, quæ realiter referuntur adinuicem, nõ verò de relatione oppositionis, quæ ex huiusmodi mutuo respectu reali resultat, quæque fundatur in eiusmodi relationibus, quæ realiter referuntur adinuicem. Quemadmodum enim, quando dicimus contraria secum pugnare, mutuoque se expellere à subiecto, sermo est de contrariis materialiter sumptis: fundamentòque relationis cõtrarietatis, nempe de calido & frigido, non verò de relatione æqualis

Relatio oppositio. Relatio oppositiois si qua Pater opponitur Filio, non est paternitas, sed relatio ab ea distincta.

Oppositioe relatiuæ distinguere in diuinis. Oppositioe relatiuæ distinguere in diuinis quomodo intelligendum.

Relatio oppositio. Relatio oppositiois si qua Pater opponitur Filio, non est paternitas, sed relatio ab ea distincta.

Oppositioe relatiuæ distinguere in diuinis. Oppositioe relatiuæ distinguere in diuinis quomodo intelligendum.

comparationis in eis fundata, à qua contraria adinvicem, oppositæque denominantur. Ita in proposito sermo est de oppositione relativa fundametalis, hoc est, de relationibus realibus, quæ mutuò sese respiciunt, non verò de relatione æqualis comparationis, à qua relativiè opposita denominantur. Porro in commentariis in Aristotelem copiosè ostendimus relationem, quæ tamquam fundamentum habet aliam relationem, esse non posse realem, sed rationis, eaque de causa, neque in Deo, nec in rebus creatis relationem mutuam oppositionis relativiæ esse realem, sed rationis.

Ad primum partem opposita.

Ad primum igitur argumentum in contrarium neganda est maior: in iis namque, in quibus relationes secum non ferunt supposita, ut ferunt relationes originis, sed cernuntur præcisè quoad fundamentum, præter illa omnia necessaria est etiam distinctio fundamenti in utroque extremo, ut constat ex dictis.

Ad secundum.

Vnde ad secundum argumentum, concessa maiori, neganda est minor, de relationibus, quæ non ferunt secum suppositum, cernunturque præcisè quoad fundamentum: paternitas autem & filiatio in divinis, de quibus in probatione minoris est sermo, ferunt secum supposita, quæ constituunt, ut quæst. 40. artic. 2. ostendimus. Præterea non cernuntur quoad fundamentum præcisè: neque enim Pater quoad essentiam præcisè est Pater, & respicit Filiû: aut Filius quoad essentiam præcisè est Filius, & respicit Patrem.

Ad confirmationem.

Ad confirmationem concedit Torres hoc loco, similitudinem in eo euentu futurâ relationem realem. Contrarium tamen apertè probat primum nostrum argumentum, & confirmatio quam illi adiecitimus, idque affirmant Capreolus, & Caietanus citatis locis.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum est, antecedens esse verum de æqualitate ut suo ambitu comprehendit realem & rationis: ad æqualitatem verò realem necessariam esse unitatem in quantitate, id est, negationem excessus vnius quanti supra aliud quantum, tamquam rationem fundandi eiusmodi æqualitatem, præterea requirit distinctionem quantitatum in utroque extremo. Quòd si in antecedente sit sermo de æqualitate, ut comprehendit realem & rationis, concessis omnibus, negandum est, quod vltimo loco infertur, nempe æqualitatem, quæ est inter Patrem & Filium esse relationem realem: sicut enim ratio dominij veriùs cernitur in Deo, quàm in creaturis, eò quòd eius ratio fundandi, & maius fundamentum sit in Deo, quàm in creaturis, inde tamen non sequitur relationem dominij esse realem in Deo, ut est in creaturis: ita quoque propter maius, archiùsque fundamentum æqualitatis, quod in Deo magis, quàm in creaturis cernitur, veriùs ratio æqualitatis cernitur inter personas diuinas, quàm inter res creatas: ratio tamen illa non est relatio realis in personis diuinis, sicut in rebus creatis: quia fundamentum, quod in personis diuinis habet, id non patitur, sicut patitur fundamentum quod habet in rebus creatis, propter illius distinctionem in utroque extremo.

Ad quartum.

Ad quartum Caietanus, & alij sectatores D. Thomæ negant personas diuinas seclusa operatione intellectus esse æquales formaliter, dicuntque solùm esse æquales fundamentaliter, tum quoad fundamentum, tum etiâ quoad rationem fundandi, quasi quoties adest fundamentum, & ratio fundandi relationem rationis, id satis sit, ut absolutè dicatur esse, eò quòd adsint omnia necessaria ex parte obiecti, ut intellectus illud apprehendens verè illi eam

relationem tribuere possit. Torres verò hoc loco censet, quoties adest fundamentum & ratio fundandi relationem rationis, illam esse simpliciter ac formaliter in obiecto seclusa alia operatione intellectus. Additque, siue relationes sint, siue negationes, aut priuationes (dummodò non pendeant ab operatione intellectus tamquam à ratione fundandi, ut pendet illa, quæ secundæ intentiones vocantur, quarum consideratio ad Dialecticam spectat) existere seclusa operatione intellectus, ut sunt relatio vniti, ex parte Verbi ad humanitatem, relatio dominij in Deo comparatione creaturarum, relatio æqualitatis inter personas diuinas, & alia similes. At namque eiusmodi relationes, negationesque & priuationes non ideò dici entia rationis, quòd eo modo quo esse possunt, non sint seclusa operatione intellectus, sed quòd, cum non sint modi reales, sunt tamen modi habentes fundamentum in re, qui per intellectum apprehendi possunt, eaque ratione entia rationis dicuntur. Sententiam hæc latè discussimus, id est, i. Physicorum, dum de priuatione, quam Aristoteles tertium principium generationis constituit, nobis esset sermo, ibique antè quàm Torres commentarios de gloriosissima Trinitate ederet ostendimus, quantum probabilitatis ea opinio haberet, gausisque sumus, quòd eam postea viro doctissimo placuisse viderimus. Prior tamen sententia communis est, neque est hic locus rem examinandi, ne Theologiam similibus quæstionibus implicemus.

Ad confirmationem dicendum est, æqualitatem & similitudinem esse in Filio ut productionis, tamquam quippiam consequens productionem ac terminum productum, non verò tamquam terminum productum: nullum verò est absurdum, si vi productionis realis conueniat termino aliquid rationis, tamquam quippiam consequens terminum ac productionem ipsam. Eo enim modo productionem creaturarum consequitur in Deo relatio dominij, & actionem assumptionis humanitatis consequitur in Verbo diuino relatio rationis vniti comparatione humanæ nature.

Ad quantum, confirmationemque eiusdem argumenti, dicendum est, illa omnia esse vera de æqualitate quoad fundamentum, quod in diuinis est ipsamet essentia diuina: non verò quoad relationem rationis in ea fundatam. Simul obserua, quamuis iure præponamus æqualitatem inæqualitatis, quatenus in inæqualibus semper vnum non peruenit ad perfectionem alterius: attamen æqualitatem non esse perfectionem simpliciter, eò quòd non dicatur nisi per respectum ad alterum: vnde non conuenit Deo, quatenus Deus est, esto conueniat personis diuinis ratione Deitatis.

Ad sextum neganda est consequentia, quia si in diuinis esset inæqualitas, esset distinctio ex parte fundamentorum, quam tamen non exigat ea æqualitas, qua personæ diuinæ dicuntur æquales.

ARTICVLVS II.

Virum persona procedens sit coeterna suo principio, ut Filius Patri.

DISPVTAT in particulari de æqualitate quoad durationem. Conclusio est: Filius est coeternus Patri, & Spiritus sanctus Patri & Filio. Est de fide, ut patet ex testimonijs symboli Athanasij: & Concilij Laterani.

MOLL
IN
D. V.

Lateranensis articulo praecedente disputatione prima citatis.

Item Concilium Nicaenum & Ephesinum: *Dicentes, inquit, erat (id est, dabatur tempus verum, aut imaginarium) quando non erat, aut non erat aequum fieri, aut creatum, aut convertibilem Filium Dei, hos tales anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.* Praeterea de Spiritu sancto in Concilio Lugdunensi cap. *Fideli*, de summa Trinitate & fide Catholica lib. 6. haec habentur: *Fatemur quod Spiritus sanctus aeternaliter ex Patre & ex Filio procedit.* Er in Florentino, in literis sanctae unionis in decreto de processione Spiritus sancti: *Spiritus sanctus a Patre & Filio aeternaliter est.* Ut interim omittam pleraque alia testimonia.

Eandem conclusionem probat D. Thomas, quia, quod productum aliquod non sit coaeternum cum principio producente, non aliunde provenit, quam vel quia principium producit liberè, eaque ratione est in potestate illius eligere tempus futurum ad producendum, nec producere statim, vel quia principium non habet statim perfectam vim ad producendum, sed successu temporis illi advenit, quo pacto viuentia corruptioni obnoxia, non statim habent vim perfectam ad generandum sibi simile, sed progressionem temporis eis aduenit, vel denique quia productio non est tota simul, sed est successiva, ut calefactio, qua producitur ignis: qua de causa ignis productus esse nequit simul tempore cum igne producente: sed Pater aeternus non producit Filium liberè, sed naturaliter, ut quaestione praecedente articulo secundo ostensum est, statimque habet totam vim ad producendum Filium, alioquin quado eam non haberet, esset in potentia ad illam comparandam, ac proinde non esset actus purus, & productio, qua producitur Filium, non est successiva, alioquin vel Filius, vel Pater non esset actus purus: ergo Filius est coaeternus Patri. Idemque dicendum est de Spiritu sancto comparatione Patris & Filij: cum eadem prorsus ratio sit.

ARTICVLVS III.

Utrum in diuinis personis sit ordo naturae.

NOMINE ordinis naturae intelligitur hoc loco, ordo, qui non sit liber, ac proinde qui sit naturalis, ut distinguitur contra liberum. Ordo ergo originis, qui inter diuinas personas cernitur, videlicet quod Filius sit à Patre, & non è contrariò Pater à Filio, & quod Spiritus sanctus sit ab utroque, quatenus non est liber, sed ex natura rei, ac proinde naturalis, ut distinguitur contra liberum, appellatur ordo naturae: ut D. Thomas in corpore articuli, & in responsione ad tertium explicat. Eodemque modo sumit ordinem naturae Augustinus 3. lib. contra Maximinum, cap. 14. ubi: *Non genitorem, inquit, ab eo quem genuit, sed genitum à genitore mitti oportebat: verum hoc non est inaequalitas substantiae, sed ordo naturae, non quod alter prior esset altero, sed quod alter esset ab altero.* Haec Augustinus.

Est ergo D. Thomae conclusio hoc loco. Inter personas diuinas est ordo originis, qui iuxta sensum explicatum, ordo naturae dicitur, sine prioritate tamen aliqua. Hanc probat in hunc modum. Ordo semper dicitur per cōparationem ad aliquod principium: atque inde est, ut pro ratione diuersorum principiorum sint diuersi ordines. Per comparatio-

nem namque ad principium durationis dicitur ordo secundum durationem, per comparationem ad principium situs dicitur ordo secundum situm, & per comparationem ad principium causalitatis, dicitur ordo secundum causalitatem: cum ergo in diuinis sit principium originis, nempe Pater à quo est Filius, à Patreque & Filio sit Spiritus sanctus, consequens est, ut in diuinis sit ordo originis, qui, iuxta sensum explicatum, ordo naturae nuncupatur. Porro huiusmodi ordo in mutua habitudine ac relatione originis vnius personae ad aliam est positus: quod sit, ut non sit aliud, quam ipsamet relationes originis indistinctae. Atque hoc est, quod D. Thomas docere intendit in responsione ad primum.

Dubium est, utrum propter huiusmodi ordinem, qui inter personas diuinas cernitur, concedenda sit aliqua prioritas vnius ad aliam. Gregorius in 1. dist. 9. q. 1. & Gabriel ibidem quaest. 3. affirmant Patrem ex natura rei esse priorem origine quam Filium, & Patrem & Filium esse priores origine quam Spiritum sanctum: prioritatem verò Patris ad Filium non esse aliud, quam Patre esse id à quo est Filius, quippe cum id, à quo est alius, eo ipso quod ab eo est alius, sit prius eo quod est ex ipso. Simili modo dicunt, prioritatem Patris & Filij comparatione Spiritus sancti non esse aliud, quam tam Patrem quam Filium esse id, à quo est Spiritus sanctus, idque propter eandem rationem.

Scotus verò in 1. dist. 12. q. 2. & d. 28. & in 2. d. 1. q. 1. & quodlib. 4. ac aliis locis, non solum admittit prioritatem originis inter personas diuinas, sed etiā in eodem instanti temporis distinguit multa instantia naturae, & in eodem instanti naturae distinguit multa instantia originis, ut videre est in 2. loco citato. At namque in eodem instanti temporis, duratione reali indiuisibili, prius natura in instanti quodam naturae cognitionem diuinam terminari in essentiam diuinam tanquam in obiectum cognitum, & posterius natura in alio instanti naturae terminari in creaturas tanquam in obiectum etiam cognitum, rursumque in illo priori instanti naturae, prius origine in instanti quodam originis esse Patrem, & postea in quodam alio instanti originis esse Filium, & in quodam alio tertio esse Spiritum sanctum.

Scoti sententiam, quoad instantia haec naturae & originis, qua distinguit in eodem temporis puncto, impugnant Gregorius & Gabriel locis citatis, & plerique alij. Quamuis autem multi existimēt Scotum non aliud in re asserere voluisse, quam quod Gregorius & Gabriel asseruerunt, ut ipsamet multis in locis seipsum explicare videtur, dum affirmat, Patrem, verbi gratia, esse priorem origine, quam Filium in aliquo originis instanti, non esse aliud, quam Patrem esse à se, aut intelligere à se, Filium verò esse à Patre, atque intelligere per intellectionem sibi communicatam: attamen, praeterquam quod eiusmodi instantia commentitia videntur, vixque, aut ne vix quidem intelligi possint, hoc vnum admonebo, Scotum multis in locis, dum loquitur de huiusmodi prioritate originis aut naturae, hac ratione argumentandi vti: *Ergo Pater (verbi gratia) in illo priori originis est, & nondum est Filius, aut in illo priori intelligi, & nondum intelligi Filius: quare constitutere videtur instans, prius in quo sit, aut intelligat Pater, & nondum sit, & intelligat Filius, quod nulla ratione; non solum in diuinis, sed etiam in rebus creatis est ferendum, quando aliquid dicitur prius natura alio solum quia causa illius, quo pacto homo dicitur prior natura sua facultate ad ridendum, aut ad intelligendum, & Scotus inde argumentatur,*

Utrum prioritas aliqua in personis diuinis sit admittenda. Greg. opinio.

Scoti sententia.

Reiciuntur Scoti instantia.

Natura ordo in diuinis quid.

Ordo originis que pacto sit in diuinis.

Natura prioritas quoad causalitatem in quo sit posita.

ergo in illo priori natura est homo, & nondum est sua facultas ad ridendum, aut ad intelligendum. Etenim cuiusmodi prioritas non est comparatione alicuius durationis, in qua sit vnu, & non sit aliud, quocumque modo duratio illa consideretur (in quo tamen videtur deceptus Scotus) sed in eo dumtaxat est posita, quod in ordine essendi vnum supponatur ad aliud, tamquam id a quo est, ac proinde id quod supponitur, censetur prius, non duratione, sed ordine essendi in eadem duratione, tamquam quippiam praequisitum ad aliud in ordine entium: quod inter modos prioritatis natura appellatur prioritas secundum causalitatem. Vnde Aristoteles in postpraedicamentis explicans cuiusmodi prioritatem, ait: *Quae ita priora sunt, conuertitur existendi consequentia cum eis, quibus dicuntur esse priora*, quasi non sit duratio instantive, in quo sit vnum, & non sit aliud, & tamen vnum esse causam alterius, quasi prioritas solum sit quoad ordinem essendi, quatenus scilicet esse vnius supponitur ad esse alterius, quod ex illo derivatur, estque ab illo tamquam a causa.

Ordo originis est inter personas diuinas, non tamen prioritas.

Prætermissa ergo hac opinione Scoti quoad cuiusmodi instantia, aduersus Gregorium, Gabrielem, & Scotum, quatenus conueniunt, Patrem ex natura rei esse priorem origine Filio, & Patrem & Filium esse priores origine Spiritu sancto, hanc statuamus conclusionem. Inter Patrem & Filium est ordo originis eius, a quo alius, & qui ab alio, non tamen prioritas aliqua ex natura rei. Rursus inter Patrem & Filium, in ratione vnius spiratoris, & Spiritum sanctum, est ordo originis, non tamen prioritas aliqua ex natura rei. Priorem partem, nempe quod sit ordo originis, omnes concedunt, ac propter eum ordinem in enumerandis personis diuinis dicimus, Patrem esse primam personam adorandissimam Trinitatis (iure namque optimo incipimus numerare à principio) Filium esse secundam, & Spiritum sanctum tertiam. Posteriores verò, quod scilicet non sit prioritas, affirmant D. Thomas hoc loco in corpore articuli, & in responsione ad secundum, Durandum in 1. dist. 9. q. 2. & d. 10. q. 2. & plerique alij, estque eadem sententia Augustini contra Maximinum loco citato. Probaturque potest primò ex illo Athanasij in symbolo: *In hac Trinitate nihil prius, aut posterius*: quod si ex natura rei esset prioritas aliqua inter personas diuinas, sanè numquam Athanasius absolute dixisset: *Nihil esse prius, aut posterius in Trinitate*, neque id vniuersam Ecclesiam approbasset. Secundò, si Pater ex natura rei esset prior Filio, aut id esset quoad esse absolutum, aut quoad esse respectiuum: non quoad esse absolutum, quandoquidem omne absolutum est idem prorsus numero in Patre & Filio, neque quoad esse respectiuum, siquidem quoad tale esse, Pater & Filius sese mutuo respiciunt, atque adeo natura, cognitione, ac denique omnibus modis sunt simul: ergo Pater ex natura rei non est prior Filio.

Obiectio.

Obiicies, in rebus creatis propterea causa est prior natura effectui, cum quo conuertitur existendi consequentia, quia causa est id, a quo est effectus: sed Pater aeternus est id, a quo est Filius: ergo prior erit Filio, saltem origine. Dicendum est, disparere esse rationem inter causam & effectum, & inter personas diuinas: causa namque quoad suum esse absolutum, est id, a quo est effectus quo ad suum etiam esse absolutum, idque per veram actionem, causalitatemque realem: & ob id esse absolutum cause præsupponitur ad esse absolutum effectus, tamquam id a quo est absolutum esse effectus: quod fit, vt inter

Solutio.

A causam, quoad esse absolutum, & effectum, quoad esse similiter absolutum, sit prioritas nature in rebus creatis, non verò inter causam & effectum quoad esse relatiuum, quo pacto sunt simul natura. In personis autem diuinis esse absolutum vnius non est id, a quo est esse absolutum alterius, neque vna persona est ab alia per actionem ac causalitatem, sed Pater, constitutus in esse relatiuo Patris, est id a quo est Filius constitutus in esse relatiuo Filij, esseque Filium à Patre, Patremque esse a quo est Filius, non est aliud, quam respectus ipsi paternitatis & filiationis significati per modum actionis, qui quidem respectus simul sunt natura, simulque resultant in Patre & Filio, vt quaest. 40. artic. 2. explicauimus, quod fit, vt esse Patris non supponatur ad esse Filij, ac proinde non sit prius origine quam esse Filij. Ad argumentum ergo dicendum est, idcirco causam esse priorem natura effectui, quia quoad suum esse absolutum per veram actionem causalitatemque realem est id, a quo est effectus: quo pacto Pater aeternus non est id a quo est Filius, sed per nudum respectum, per quem constituitur in esse Patris, quiseque est simul natura & cognitione cum respectu Filij.

Interrogabit aliquis, vtrum Pater in diuinis, saltem nostro intelligendi more, sit prior Filio: Diuus Thomas hoc loco in responsione ad secundum affirmare videtur, Patrem nec nostro intelligendi more esse priorem filio: quippe cum Pater & Filius sese mutuo respiciant, correlatiua autem sint simul cognitione. Caietanus & Torres ad hunc articulum explicant D. Thomam, vt intelligatur, dummodo Pater & Filius apprehendantur conceptibus relatiuis, non verò si apprehendantur conceptibus absolutis, quoad modum concipiendi, vt si Pater concipiatur conceptu huius hypostasis, aut huius substantiae incommunicabilis: eo quippe modo apprehensus Pater, inquit, est prior nostro intelligendi more, quam generatio aeterna & quam Filius generis, vt quaest. 40. artic. 4. D. Thomas docuit. Et quidem ea videtur fuisse mens D. Thomae, quae plus consonat cum opinione Ferrariensis & Capreoli, quam cum opinione Bartholomaei Torres & Caietani, quas quaest. 40. artic. 2. disputat. 2. reuulimus: Nos verò, iuxta ea quae de constitutione diuinarum personarum eo loco diximus, planè arbitramur, si res concipiuntur, vt le habent in diuinis, in quibus generatio nec virtute distinguitur à paternitate, per quam Pater constituitur in esse Patris, sed ex natura rei est idem cum illa omnibus modis, vt ibidem copiose ostendimus, Patrem ne quidem nostro intelligendi more esse priorem Filio, sed omnibus modis esse simul cum illo.

Quo loco obserua, nos non negare in diuinis prioritatem nostro intelligendi more cum fundamento in re, tum inter intelligere diuinum & velle diuinum, quatenus volitio ex natura rei præsupponit intellectionem, tum etiam inter Patrem & Filium spectatos secundum esse Patris & Filij, & rationem spiratoris, ac Spiritus sancti, seu inter Patrem & Filium spectatos in ratione spiratoris & Spiritum sanctum: cum esse Patris & Filij consequantur intelligere, esse verò spiratoris, & spirati consequantur velle diuinum, quod præsupponit intelligere, prius nostro intelligendi more cum fundamento in re, est Patrem esse Patrem, & Filium esse Filium, quam vtrumque esse spiratorem, vt supra saepe explicauimus, atque adeo quam esse Spiritum sanctum, qui relatiue opponitur spiratori, quia spirator est. Quod itaque hoc loco negamus est: inter personas correlatiuas esse prioritatem aliquam, etiam nostro

nostro intelligendi mote, vt inter Patrem & Filium, aut inter spiratorem & Spiritum sanctum, idque si res, vt se habent in diuinis, concipiuntur.

ARTICVLVS IV.

Utrum filius sit equalis patri secundum magnitudinem.

DISPVTAVIT art. 2. de æqualitate quoad durationem, art. verò 3. de ordine diuinarum personarum, eò quod ea disputatio cum disputatione de æqualitate durationis esset coniuncta, hoc autem articulo de æqualitate quoad perfectionem differit. In his namque, que non mole magna sunt, hoc est maius esse, quod est melius esse, vt ait Augustinus 6. de Trinit. cap. 8. Conclusio affirmat, estque perspicua ex dictis articulo 1. Est etiam de fide, vt ex testimoniis ibidem citatis, est manifestum.

Conclusio affirmat.

Pater maior me est, vt à nonnullis exponatur.

Communior atque germana expositio.

Circa responsonem ad primum argumentum D. Thomæ notandum est, nonnullos ex veteribus Patribus voluisse, illud Ioan. 1. 4. *Pater maior me est*, intelligendum esse de Christo, vt Filius Dei est, ita scilicet, vt quatenus Pater principium est Filij, Filiusque quæ Filius, à Patre accipit: & nõ è contrario, Pater dicatur maior Filio illa ratione, quæ appellatur maioritas autoritatis principij, subiungebant tamen iidem Patres, Filium nihilominus non esse minorem Patre, sed ei æqualem: eò quod illi consubstantialis. Hanc rationem interpretandi illum locum, præter Hilarium relatum hoc loco à D. Th. qui idem etiam asserit lib. 9. & 10. de Trinitate, sequuntur Basilius sub finem primi libri aduersus Eunomium, & libro 4. Gregorius Nazianzenus oratione 35. & 36. Epiphanius in Anchorato, Concilium Sardicense in epistola, in qua explicatur fides sanctissimæ Trinitatis, ad finem, his verbis: *Constituimus unam Patris Filijque diuinitatem, neque quisquam negat Patrem Filio maiorem, non propter aliam essentiam, sed quia nomen Patris maius est Filio.* Damascenus 1. de fide Orthodoxa cap. 9. ad finem. Eandem expositionem non reiciunt Cyrillus lib. 2. Theauri cap. 3. Augustinus de fide & Symbolo cap. 9. Theophylactus in cap. 1. 4. Ioannis. Gregorius Bæricus in lib. de fide, quem librum inuenies in 8. tomo Bibliothecæ sanctorum Patrum, & Concilium Florentinum sessione 25. in principio.

Nihilominus communior, legitimæque expositio illius loci est, vt intelligatur de Christo, vt homo est. Ita illum exponit Athanasius in Symbolo ab Ecclesia in Concilio Florentino in instructione Armenorum approbato, illis verbis: *Æqualis Patri secundum diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem.* Eodem modo cum exponunt Leo 1. epist. 95. ad Leonem Augustum c. 2. & in serm. 3. de Pentecoste prope finem. Concilium Hispanense secundum can. 13. Concilium Toletanum 11. in confessione fidei. Consonat satis Concilium Ephesinum in confessione fidei ad Nestorium missa. Eodem modo fatentur exponi posse optimè, imò & melius quàm priori modo, Basilius epistola 14. ad Cæsarios, Gregor. Nazianzenus orat. 36. citata, Greg. Bæricus vbi supra, & Theophylactus loco citato. Eodem modo exponitur ab Athanasio in disputatione contra Arium Laodiceæ habita, à Chrysofostomo homilia 8. in epistolam ad Hebræos in illa verba capitis 5. *Et consummatus*, & à Hieronymo *Molima in D. Thom.*

A in Psalmum 143. à Cyrillo loco citato, & sub finem libri 5. Dialogorum de Trinitate, & lib. 10. in Ioannem cap. 9. Eodem modo multis egregiè probant fore exponendum Gregorius Nyssenus in fragmento orationis de Filij & Spiritus sancti diuinitate, quæ habetur 1. tomo Bibliothecæ Patrum. Augustinus loco citato & 1. libro de Trinitate capite 7. & capite 11. & in concione ad catechumenos contra Iudæos capite 8. libro 3. contra Maximum cap. 14. & ipse, vel quiuis alius, de Trinitate & vnitate Dei capite 2. Secundo etiam de Trinitate cap. 6. vbi obseruat in Scriptura sacra nusquam reperiri dictum Patrem aut Filium esse maiorem Spiritu sancto, qui ab eis procedit, sicut Filius à Patre. Vnde colligit illum locum Ioannis 1. 4. *Pater maior me est*, non esse intelligendum de Verbo: nam hoc modo idem esset dicendum de Spiritu sancto: sed de Christo, vt homo est. Adde Idacium Clarum lib. 3. aduersus Varimadum Ariarium vt habetur tom. 5. Bibliothecæ Patrum.

ARTICVLVS V.

Utrum Filius sit in Patre, & e converso.

CVM disputatione de æqualitate quoad perfectionem, coniuncta est aliquo modo quæstio proposita (sunt enim æquales perfectione pater & Filius ratione essentia, rationeque eiusdem vnus dicitur esse in alio, vt patebit) quæ causa est, cur eam excitet. D. Thomas hoc loco.

Conclusio affirmat. Et est de fide, vt patet ex illo Ioannis cap. 1. 4. *Ego in Patre, & Pater in me est.* Quo loco animaduerte, sicut si duo tota communicarent in eadem parte, dicerentur mutuò vnum esse in alio ratione partis, in qua communicarent, vt si Deus sua omnipotentia efficeret, vt eadem anima rationalis informaret duas materias inter se diuisas, duo tota, quæ tunc resisterent, ita haberent, vt verè diceretur esse vnum in alio, ratione animæ rationalis: sic etiam maiori cum ratione, cum personæ diuinæ, non solum communicent in eadem numero essentia diuina, sed cum illa sint idem profus ex natura rei, verè dices, esse singulas in aliis singulis, Patrem scilicet in Filio, Filium in Patre, & Spiritum sanctum esse in Patre & Filio, & e contrario Patrem & Filium in Spiritu sancto. Atque hoc est quod, iuxta communem expositionem Sanctorum, Christus illis verbis Ioannis 14. voluit significare.

D. Thomas hoc loco duos alios modos addit, quibus quodammodo Pater dicitur esse in Filio, & Filius in Patre. Vnus est quoad relationes, quibus se inuicem respiciunt: cum enim vnū relatiuū sit de intellectu alterius, sanè vnūquodque eorum ea ratione quodammodo dicitur esse in alio quoad intellectum. Alter verò est quatenus Verbum procedit per productionem immanentem, ac proinde manet, & est in Patre dicente & producente Verbum: & Pater etiam quodammodo manet in Verbo tamquam res dicta in verbo quo dicitur.

Illud admonuerim, vt aliquid dicatur esse in aliquo, necessariam esse distinctionem aliquam inter vtrumque, & ob id verè dici, quod essentia sit in Patre, quia ab eo distinguitur nostro concipiendi modo ac virtute, tamquam quippiam inclusum ab includente. Similiter etiam Filius ratione essentia dicitur esse in Patre, quia ab eo distinguitur realiter. At verò Filius non dicitur esse in se ipso

Vt ratione

ratione essentia, quæ in ipso est: quia Filius non distinguitur à se ipso.

A hoc est quod Augustinus i. lib. contra Maximinum cap. 12. vult, quando ait: *Filius non genuit, non quia non potuit* (quali in eo esset impotentia, ac defectus) *sed quia non oportuit* (eò quòd in eo ex natura rei nõ sit conditio sine qua illud idem quod in Patre habet rationem potentia generatiua, in Filio eam non habet) Itaque concedimus Filium non posse producere Filium, vt potest Pater, & in Filio non esse potentiam ad generandum, vt est in Patre: at tamen dicimus, in Filio esse id, quod in Patre est potentia ad generandum, sine conditione tamen sine qua non habet vt sit eis generans: & quia negatio talis conditionis nihil virtutis tollit in Filio, neque dicit aliquam imperfectionem, quemadmodum neque conditio opposita ponit aliquid virtutis, aut dicit perfectionem aliquam in Patre, dicimus, hoc quod est in Filio non esse potentiam generatiuam, non facere Filium inæqualem Patri in potentia. Quæ dicta sunt de potentia ad generandum, intelligenda sunt etiam de potentia ad spirandum. Illud admonuimus, potentiam in Filio, vt generetur, non esse aliquid reale, vt est in Patre potentia ad generandum, sed esse quippiam rationis, nempe non repugnantia vt generetur, fundata in essentia & substantia Patris, de qua Filius generatur.

ARTICVLVS VI.

Vtrum Filius sit æqualis patri secundum potentiam.

DISPVATIO I.

Personas diuinas esse æquales secundum potentiam.



CONCLUSIO est. Filius est æqualis Patri secundum potentiam. Est de fide, vt patet ex illo Ioannis: *Quicumque Pater facit, hæc & Filius simul facit.* In Concilio Lateranensi 2. cap. *Firmius.* de summa Trinitate & fide catholica, *Coæuales, & coomponentes.* In symbolo Athanasij: *Omnipotens pater, omnipotens Filius.* Et infra: *In hac Trinitate nihil maius aut minus, sed totæ tres persone coæternæ sibi sunt & coæuales.* Ratione verò probatur, quia potentia sequitur essentiam & naturam: vbi ergo fuerit eadem numero essentia & natura, nec potentia ortum habuerit ab essentia media aliqua dispositione, vt in diuinis personis cernitur, erit proculdubio eadem numero potentia æqualis in omnibus, ac proinde Pater, Filius & Spiritus sanctus erunt eiudem, æqualisque potentia.

Animaduertendum est, conclusionem propositam certissimam, notissimamque esse de potentia Dei per comparisonem ad res ad extra: potentia namque Dei, qua per veram actionem, causalitatemque producere potest res à se essentialiter distinctas, eadem & æqualis est in tribus personis, nõ solum si in se spectetur, sed etiam si spectetur comparatione effectuum: opera quippe omnipotentissimæ Trinitatis ad extra sunt indiuisa, neque potest esse aliquid ab vna persona, quin simul sit à reliquis. Atque de potentia eo modo spectata affirmant Scotus, Durandus, & Gabriel, omnes in 1. distinctione 20. loqui sanctos Patres, quando asseuerant Deum esse omnipotentem, personaque diuinas omnipotentes & æquales esse in potentia. Eiusmodi autem potentiam dicunt respicere pro obiecto possibile essentialiter distinctum à producente, idve quod & esse, & non esse potest, seu quod spectata ipsius natura non implicat contradictionem esse, & non esse, quale est omne creatum, & quod creati potest: nulla est ergo difficultas, si potentia eo modo sumatur.

Cum autem q. præcedente ostensum sit esse in Deo potentiam realem ad actus notionales, ad personasque diuinas productas, potentiamque ad generandum esse in solo Patre, & potentiam ad spirandum in Patre & Filio, non verò in Spiritu sancto, difficile videtur defendi posse, tres personas diuinas æquales esse in potentia. Nihilominus dicendum est, quòd cum id, quod in Patre est potentia ad generandum, sit etiam in Filio & Spiritu sancto, tamen si in eis ratione potentia generantis id eò præcisè non habeat, quòd careat conditione sine qua non est talis potentia, vt q. præcedente art. 5. ostendimus, profectò esse in Patre ratione potentia ad generandum, in ratione talis potentia, & non in Filio & Spiritu sancto, nullam faciet inæqualitatem inter personas diuinas, maximè cum conditio sine qua non est potentia generans, nempe paternitas, aut habere id à se, non dicat perfectionem in Patre, ac proinde eius carentia nullam prorsus imperfectionem, nullam impotentiam, nullam debilitatem arguat in Filio & Spiritu sancto. Atque

Potentiam generandi esse in solo patre nullam essentiam in æqualitate.

DISPVATIO II.

Vtrum relatio in diuinis dicat perfectionem.

Leet quæstio hæc peculiarem haberet locum articulo 4. præsertim circa responsum ad secundum, libuit tamen prius hanc totam rem de æqualitate diuinarum personarum discutere, & quæstionem hanc in hunc locum referuare. Nam, quæ de æqualitate diuinarum personarum dicta sunt hæcenus, examen huius difficultatis videntur exigere: hucusque enim æqualitatem diuinarum personarum, tam quoad perfectionem, quam quoad potentiam, ex earum consubstantialitate deduximus. Quòd si personæ diuinae, non solum quoad essentiam, sed etiam quoad proprietates personales, relationesque, perfectionem dicant, vique insufficienter earum æqualitas ostensa est: quippe cum ostendendum resset, an quoad relationes sint etiam æquales in perfectione.

De hac re variae sunt doctorum sententia. Quiddam, vt Aureolus in 1. distin. 19. quæstione 2. Othmanus & Gabriel ibidem quæst. 1. Chistoneus in Commentariis super Damascenum lib. 1. fidei Orthodoxæ capite 11. in ea sunt sententia, vt dicant, relationes diuinas secundum suas proprias rationes formales dicere perfectionem: personas verò diuinas esse æquales in perfectione, quia quanta perfectio in Patre est paternitas, tanta est in Filio filialitas, & quanta in Spiritu sancto est spiratio patris, tanta est in Patre & Filio spiratio actiua. De relationibus realibus creatis videntur etiam dicendi, eas dicere perfectionem.

Communior verò Scholasticorum sententia, vt referemus, est, relationes diuinas secundum suas proprias rationes formales non dicere perfectionem: personaque diuinas solum esse perfectas ab essentia, & attributis absolutis, quæ in ea includuntur, non verò à relationibus. De relationibus verò creatis quidam eorum affirmant eas secundum suas proprias rationes formales dicere perfectionem, alij verò id negant, quin potius vniuersim existimant, nullam omnino relationem secundum suam propriam rationem formalem dicere perfectionem.

1. Conclusio. Relationes diuinae non solum per realem, sed etiam per formalem identitatem cum essentia diuina sunt singulariter infinita quaedam perfectio. Quod si vera esset opinio Bartholomaei Torres, quam quaestione 28. artic. 2. disputatione vltima impugnauius, videlicet essentiam intrinsecè includi in relationibus, sanè vnaquaeque relatio intrinsecè esset infinita perfectio. Haec conclusio notissima est ex dictis artic. 2. citato. Cum enim eo loco ostensum sit relationes diuinas esse idem re & ratione formali cum diuina essentia: essentia autem sit infinita perfectio, competentissimum sanè est, vnamquamque relationum diuinarum esse perfectionem infinitam per identitatem realem & formalem cum diuina essentia. Quod si essentia intrinsecè includeretur in relationibus, vtique vnaquaeque relatio ratione essentiae, quam includeret, esset intrinsecè infinita perfectio.

2. Conclusio. Quod pacto non dicantur perfectiones. Secunda conclusio. Relationes diuinae à suis rationibus formalibus relatiuis, neque habent, quod sint perfectiones, neque secundum eas consideratas praecise ab essentia, sunt perfectiones: sed tota perfectio, quae est in personis diuinis, est perfectio essentiae, atque ab essentia formaliter. Haec est Diui Thomae in hac q. art. 4. ad secundum, vbi aperte docet perfectionem & dignitatem in diuinis esse absolutam, pertinereque ad essentiam, & non ad relationes, nisi per identitatem cum essentia, Scoti in 1. dist. 8. q. 4. & latius ac ex professo quodlib. 5. Richardi in 1. dist. 24. art. 1. q. 3. in responsione ad primum. Durandi in 2. dist. 34. q. 1. ad tertium, & apertius in 3. dist. 1. q. 3. prope medium. Gregorij in 1. dist. 29. q. 1. a. 1. Capreoli dist. 7. q. 1. ad tertium contra primam conclusionem. Marsilij in 1. q. 23. art. 3. Argentinatis dist. 4. q. 1. art. 1. ad 11. & Caietani de ente & essentia c. 2. commento 2. & 1. p. q. 28. art. 2. ad tertium. Torres ibidem disputat. penult. arg. 4. quamuis, quia e edit relationem intrinsecè secundum suam rationem formalem esse perfectionem, non aliam tamen à perfectione essentiae, quam includit, ac proinde relationes omnes diuinas esse vnam tantum numero perfectionem.

Probari autem potest haec conclusio primò, quia si relatio diuina, vt paternitas, quae relatio, diceret perfectio, diceret perfectio perfectionem infinitam (alioquin aliqua perfectio finita & limitata esset in Deo formaliter, quod omnino est absurdum) essetque perfectio simpliciter: consequens autem est falsum: ergo relatio diuina, quae relatio, non dicitur perfectio. Sequela patet, minor verò probatur. Primò, quia omnis perfectio simpliciter est de intrinseca ratione formali essentiae diuinae, & cuiusque attributorum, vt quaest. 28. art. 2. ostensum est essentiam namque diuinam, & attributa esse illimitata quoad perfectionem non est aliud, quam intrinsecè ac formaliter esse omnem perfectionem simpliciter: eminenter verò omnem perfectionem non simpliciter, qualis est omnis perfectio creaturarum, vt loco citato ostensum est) sed relationes diuinae non sunt de intrinseca ratione essentiae: vt ibidem probauimus, affirmatque communis sententia Theologorum: ergo non sunt perfectiones simpliciter. Secundò, quia perfectio simpliciter est illa, quae in vnoquoque melior est ipsa, quam non ipsa, vt quaest. 4. art. 2. disp. 2. explicatum est: sed in Filio non melius est, vt sit Pater, quam vt non sit, & rursus in Patre non melius est, vt sit Filius, quam vt non sit, aliàs Patri & Filio aliqua perfectio deesset, quam melius esset in eis, quam non esse, quod

Molina in D. Thom.

A est absurdum: ergo relatio diuina non est perfectio simpliciter.

Secundò probatur conclusio, quia si paternitas, quae paternitas, hoc est, quoad praecise, secundum quod virtute distinguitur ab essentia, esset aliqua perfectio, cum id spectatum ea ratione non sit in Filio, aliqua perfectio esset in Patre, quae non esset in Filio, quod est omnino absurdum. Neque satisficit, quod aduersarij dicunt, nempe nullum esse absurdum, si aliqua perfectio sit in Patre, quae non sit in Filio, quando in Filio est quaedam alia illi aequiualens, quae non est in Patre, filiatio vide licet. Non, inquam, hoc satisficit. Primò quia omnino est absurdum, deesse Filio perfectionem aliquam, quae in Deo sit formaliter: eo enim dato, confitendū esset Filium non esse perfectum omni modo, qui caret imperfectione, quippe cum perfectus non esset eo modo perfectionis, quo est perfectus Pater, quem modum constat carere imperfectione: confiteri autem Filium non esse perfectum omnimodo, qui caret imperfectione, prorsus abhorrent aures audire. Secundò, non satisficit illud, quod dicunt, quia tunc confitendum esset, Filium perfectiorē esse aliquo modo Spiritu sancto: quippe cum in Filio sit spiratio actiua, quae apud aduersarios est perfectio aequiualens spirationi passiuae, quae est in Spiritu sancto, & vltra spirationē actiuam, est filiatio, quae est perfectio aequiualens paternitati, cuiusque nulla alia perfectio responderet in Spiritu sancto: quare Filius per filiationis perfectionem excederet Spiritum sanctum. Tertio, non satisficit etiam illud idē, quoniam, dato eo modo satisfaciendi secundo nostro argumento, nulla esset praecipua ē rationibus, quibus probari consuevit, non esse pures Deos distinctos solo numero: probamus namque id, quia cum distinguerentur per differentias absolutas, aliqua perfectio esset in vno, quae non esset in alio: quod si nullum esset absurdum, vt in distinctis personis sint distinctae perfectiones aequiuales, nullū etiam esset absurdum multos Deos distingui numero distinctis perfectionibus absolutis aequiuales.

C Tertio, probatur conclusio, quia si relationes diuinae secundum suas proprias rationes formales dicerentur perfectiones, sequeretur in Deo esse tres perfectiones realiter inter se distinctas, quod concedere durum admodum est. Consecutionem probo, quia quando aliquid conuenit personis diuinis non solum ratione essentiae, sed etiam ratione relationum, illud non solum dicitur singulariter, sed etiam pluraliter, ac substantiuè de tribus personis diuinis, vt quia esse rem realem non solum conuenit personis diuinis ratione essentiae, sed etiam ratione relationum, ac proprietatum personalium, concedimus personas diuinas esse vnā rem in essentia, & esse tres res relatiuas realiter inter se distinctas. Et quia esse substantiam, vt distinguitur contra accidens, conuenit personis, tum ratione essentiae, tum etiam ratione relationum proprietatumue personalium, concedimus personas diuinas, & esse vnā substantiam absolutam, & esse tres substantias relatiuas: quare si esse perfectionem conuenit personis diuinis non solum ratione essentiae, sed etiam ratione relationum, proprietatumque personalium, concedendum vtique erit, personas diuinas, & esse vnā perfectionem absolutam, & esse tres perfectiones relatiuas realiter inter se distinctas.

D Quirò, si relationes diuinae formaliter dicerent perfectionem, plus perfectionis esset in tribus

Vu 2 bus

bus personis simul, quàm in vnaquaque earum, quod tamquam maximum absurdum infert Augustinus 6. de Trinitate cap. 7. dicens: *Alioqui minor erit Pater solus, aut Filius solus quàm simul Pater & Filius.* Et cap. 8. Tantus est, inquit, solus Pater, vel Filius solus, vel solus Spiritus sanctus, quantus est simul Pater, Filius, & Spiritus sanctus.

Quintò, si relationes diuinæ dicerent perfectionem, plus perfectionis esset in vnaquaque persona, quàm in essentia: quandoquidem persona vltra perfectionem essentia, includeret etiam perfectionem relationis: cum tamen concedere plus perfectionis esse in vnaquaque persona, quàm in sola essentia turum non sit in fide.

Persona diuina sunt vna perfectio, non tres perfectiones.

Relationes diuinae nec finita sunt, nec infinita nisi per identitatem formalem eum essentia.

Ex dictis colligo primò, tres personas diuinas nõ esse tres perfectiones, sed vnam dumtaxat diuinitatis, in qua conueniunt, & quam includunt: neque esse tria perfecta substantiue, verum vnum, adiectiue verò esse tres personas perfectas.

Colligo secundò cum Scoto quodlib. 5. & Durando in 3. loco citato, relationes diuinas neque esse finitas, neque infinitas. Cum enim finitum & infinitum affectiones sint propriæ quantitatis, vt Aristoteles 3. Physicorum est autor, vtique quemadmodum punctum neque dicitur finitum, neque infinitum, quoad extensionem, eò quòd extensione quantitateque careat: sic etiam cum quantitas entis, vt ens est sit ipsius perfectio, relationes diuinæ, quæ perfectione carent, nec dicentur finitæ nec infinitæ: dicentur tamen non finitæ, & non infinitæ secundum suas proprias rationes formales. Possunt etiam dici infinitæ, non simpliciter, sed per identitatem realem & formalem cum essentia, quæ est infinita secundum perfectionem. Diuisio ergo entis in infinitum & finitum, legitima est, si sit sermo de ente à Philosophis cognito: proprietates autem personales ac relationes diuinæ, quæ nec finitæ sunt, nec infinitæ, Philosophos lauerunt. Præterea, vt eadem diuisio legitima sit, necesse est, creatas relationes reales dicere formaliter perfectionem (de qua re etiam subiicimus conclusionem) alioquin in illis etiam pateretur instantiam ea diuisio. Nisi fortè quis dicat diuisioem illam intelligendam esse de solis entibus absolutis, aut de solis entibus reali: er inter se distinctis: non verò de modis realibus entium, quales sunt relationes, vt distinguuntur à suis fundamentis.

Conclusio. Relationes reales creatas probabile est dicere perfectionem.

Tertia conclusio. Probabile est relationes reales creatas, sumptas formaliter, dicere perfectionem. Neque est eadem ratio de eis, quæ de increatis. In creatæ namque realiter & formaliter sunt idem cum essentia, quæ est infinite perfecta, & ob id sufficit illis, vt sint infinite perfectæ per identitatem realem & formalem. Præterea non sunt capaces perfectionis, quia neque finitæ, eò quòd sint diuinæ, in diuinis autem repugnet esse aliquid finitè perfectum, neque item infinitæ, propter rationes, quas supra reddidimus, quibus confirmauimus secundam conclusionem. At verò relationes creatæ formaliter, ac ex natura rei distinguuntur à fundamentis: quare habere debent suam peculiarem perfectionem à fundamentis formaliter distinctam: nec suapte natura incapaces sunt tam modicæ perfectionis, quàm modicam habere potest relatio, quæ relatio est, sicut relationes diuinæ sunt incapaces.

Probatur scilicet conclusio. Præterea.

Hæc conclusio tertia, quæ est Durandi in secundo loco citato, & à qua non dissentit Scotus, vt patet ex vltimis verbis quodlib. quinti, probatur primò, quia ex Aristotele, & aliis philosophis, bonum,

ac proinde perfectum, est passio entis: cum ergo relationes creatæ essentialiter sint entia à suis fundamentis ex natura rei formaliter distincta, habere debent suas peculiare bonitates à bonitatibus suorum fundamentorum formaliter distinctas, ac proinde esse debent perfectiones à perfectionibus suorum fundamentorum similiter distinctæ.

Secundò, Genesios 1. ait Moyses, *Vidit Deus secundum cuncta quæ fecerat, & erant valde bona:* cum ergo relationes creatæ, quamuis non sint productæ per se, sed comproductæ ad productionem suorum fundamentorum, sub ente creato, vt distinguitur ab increato, continentur, sit, vt sint bonæ, atque adeò perfectæ.

Tertiò, si eadem partes, quæ sunt in hoc vniuerso, nõ seruant ordinem, quem inter se seruant, sed inordinatè essent, sanè vniuersum hoc non esset ad perfectum ac modò est: ergo ex ordine partium, qui est quædam relatio, aliqua perfectio ei accessit. Confirmatur hæc ratio, quia ordo, præcisè consideratus, est per se appetibilis, ac intentus: ergo est bonum quoddam ac perfectio.

Quartò, Aristoteles 1. Ethicorum c. 6. affirmat, *bonum æquè dici atque ens;* hoc est, cum ente recipiatur: præterea addit, *reperiri in omnibus prædicamentis, sicut & ens;* atque inter prædicamenta, in quibus dicit reperiri, numerat prædicamentum relationis: ergo relatio creata bonum quoddam est ac proinde perfectio.

Sunt verò nonnulla argumenta aduersus secundam & tertiam conclusionem, quæ operæpretium est, diluamus. Argumentari namque quis potest contra secundam conclusionem. Primò, Bonum est passio entis: sed esse ens reale conuenit personis diuinis, non solum quoad essentiam, sed etiam quoad proprietates personales ac relationes præcisè spectatas ab essentia: ergo ratio boni ac perfecti non solum conuenit personis diuinis ratione essentia, sed etiam ratione relationum, ac proinde relationes diuinæ, quæ tales, perfectiones quædam sunt.

Secundò, omne prædicatum commune Deo & creaturis, si in creaturis dicit perfectionem limitatam, in Deo dicit perfectionem illimitatam ac infinitam, in qua virtute & eminenter continetur perfectio creaturæ, idque, quod est in creatura, participatio quædam est eius, quod cernitur in Deo, vt patet, si prædicata omnia Deo & creaturis communia percurras, vt sapientiam, intellectum, bonitatem, potentiam, &c. sed relatio realis est prædicatum commune Deo & creaturis, & in creaturis dicit perfectionem, vt affirmat tertia conclusio: ergo in Deo dicit etiam perfectionem infinitam.

Confirmatur hæc ratio, quia à paternitate diuina omnis paternitas in celo & in terra nominatur, vt Paulus ad Ephes. 3. ait, quod non aliud est, nisi quia paternitas creata participatio quædam est paternitatis diuinae: ergo si paternitas creata formaliter dicit perfectionem, paternitas increata dicit etiam formaliter perfectionem.

Tertiò, obiectum voluntatis bonum quoddam est ac perfectio: sed relationes diuinæ sunt obiectum voluntatis diuinæ: sunt namque volitæ à Deo, quia vt quæst. 41. artic. 2. ostendimus, Pater æternus voluntate concomitante vult generare Filium: generatio autem Filij relatio quædam est: ergo relationes diuinæ formaliter dicunt perfectionem.

Quartò, si relationes diuinæ, actusque notionales, non dicerent perfectionem, sanè comprehenderentur à beatis (essentia namque diuina proprie infinitam

infinite perfectionem, quam habet, est incomprehensibilis: consequens autem est falsum: tum quia absurdum est concedere aliquid reale formaliter existens in Deo esse comprehensibile: tum etiam quia Haia 55. de Filio Dei dicitur, Generationem eius quis enarrabit, quasi generatio in diuinis, quæ est quædam relatio, incomprehensibilis sit: ergo relatio in diuinis dicit perfectionem.

Quintò, relationes diuina adorantur adoratione patriæ iuxta illud, quod in præfatio, de sanctissima Trinitate canit Ecclesia, vt in personis proprietas, in essentia unitas, & in maiestate adoretur equalitas, pertinent etiam ad obiectum primarium beatitudinis, vt q. 12. a. 8. disput. 4. ostendimus: ergo relationes diuina dicunt perfectionem.

Sig.

Arg. contra tertiam concl.

Contra tertiam conclusionem potest etiam quis argumentari in hunc modum. Si relatio creata diceret perfectionem, producta realba in India, adueniret mihi perfectio: si quidem de nouo resurtrat in me similitudo ad rem illam albam, quam dicit formaliter dicere perfectionem: item facta mutatione secundum locum, adueniret mihi innumera perfectiones relationum distantia, aut propinquitatis ad diuersas partes vniuersi: ridiculum autem videtur hæc concedere: sit ergo, vt relatio creata non dicat formaliter perfectionem.

Relationes creatas nullas dicere perfectionem non est improbabile.

Responsio. Ad primum quo tertium conclus. fuit confirmata. Ad secundum.

Propter aliqua ex his argumentis fateor, non esse improbabile eam sententiam, quæ dicit, relationes etiam creatas non dicere perfectionem: possitque id qui velle, defendere. Ad argumenta verò, quibus tertiam conclusionem confirmauimus, respondet, ad primum quidem, bonum non esse passionem entis in commune, sed entis absoluti: cessarentque tunc primum & secundum argumentum contra tertiam conclusionem proposita.

Ad secundum diceret, illud Scripturæ testimonium, vel intelligendum esse de entibus realibus realiter inter se distinctis, non verò etiam de modis entium absolutorum, ab ipsismet entibus absolutis minime distinctis secundum rem, quales sunt relationes: vel intelligendum esse de entibus factis seu productis per se à Deo, non verò de productis ad productionem fundamentorum, quales sunt relationes.

Ad tertium.

Ad tertium negaret consequentiam: simul enim cum ordine resuleret pulchritudo vniuersi, quæ est quædam qualitas, ab ordine, tamquam à conditione sine qua non, dependens, à qua est magis perfectum, quam esset si partes vniuersi non essent ordinatæ inter se. Itaque diceret, non à relatione ordinis, quæ partes vniuersi seruant inter se, esse vniuersum hoc magis perfectum quam esset si non haberent eum ordinem, sed à pulchritudine, quæ cum ea relatione est coniuncta.

Ad confirmationem.

Ad confirmationem negaret ordinem esse appetibilem per se, diceretque nec esse appetibilem, nec intentum per se, sed ratione pulchritudinis, meliorisque conseruationis rerum, quæ cum eo ordine sunt coniuncta. Adde, confirmationem solum probare, relationem aliquam esse bonam, vt bonum est obiectum voluntatis, idemque est quod conueniens, non verò vt bonum est passio entis, idemque quod ens perfectum iuxta ea quæ qu. 5. explicauimus, quo pacto negationes etiam possunt esse bonæ: quare confirmatio non probat relationem esse perfectionem entitativam.

Ad quartum.

Ad quartum diceret, bonum conuerti cum ente absoluto. Ad connumerationem verò prædicamentis relationis: diceret, in exemplis non requiri veritatem. Vel etiam, à Philosopho sumi bonum,

Molina in D. Thom.

A vt est idem quod conueniens, est que obiectum voluntatis: ea quippe acceptio inferuebat, tractationi illi morali.

Ad primum argu. contra secundam conclusionem.

Quia tamen in tertiam conclusionem, vt in probabiliorem, inclinamus, soltenda sunt argumenta contra secundam & tertiam conclusionem. Ad primum contra secundam conclusionem dicendum est, bonum esse passionem entis, à Philosophis cogniti, cuique suapte natura, ratione eius in quo reperitur, non repugnat ratio perfecti: relationes autem diuinas incognitas fuisse Philosophis, eisque, vt explicatum est, suapte natura repugnare, non solum rationem imperfecti, sed etiam rationem perfecti, propter summam perfectionem eius, in quo sunt: quare esse nequeunt perfectæ, nisi per identitatem realem, & formalem cum essentia. Vel dic, passionem entis esse bonum & perfectum, vel ratione sui, vel per identitatem realem & formalem cum eo, cum quo aliquid est idem realiter & formaliter, vt certitur solum in diuinis, propter summam simplicitatem & summam perfectionem Dei, quatenus Deus est.

Ad secundam neganda est maior, deficit namque in relativis propter rationem redditam, videlicet quia relatio diuina non est capax perfectionis nisi per identitatem realem & formalem cum essentia, & quæ sit propria essentia, ab eaque sola proueniat, non verò à relatione, quæ relatio est præcisè ab essentia considerata.

Ad secundam.

Ad confirmationem.

Ad confirmationem dicendum est, satis esse paternitatem diuinam esse infinitam per identitatem realem & formalem cum essentia, vt ab ea itaquam à significato principali analogia proportionalitatis, omnis paternitas in celo & in terra nominatur. Paternitas autem creata imitatur quidem paternitatem increatam, non tamen est participatio perfectionis paternitatis increatæ: quippe cum paternitas increata nullam perfectionem dicat formaliter, sed est participatio essentia: effectus namque participatio quædam est perfectionis suæ causa: at essentia est, quæ per intellectum & voluntatem est causa rerum, non verò relationes diuina. Adde, Paulum non dicere, à paternitate diuina omnem paternitatem in celo & in terra nominari, sed à Patre æterno. Denique sensus verborum D. Pauli, vt qu. 27. a. 2. explicauimus, is est, à Patre Christi omnem familiam tamquam à communi rerum principio in celo & in terra deriuari.

Ad tertium dicendum est relationes diuinas, & actus notionales, non esse volita ratione sui, sed ratione essentia: quia enim actus notionales, & relationes ex perfectione infinita essentia proueniunt, complacent Deo in sua essentia, complacet in eo, quod sit tam perfecta, vt in ea sint actus notionales, & relationes, ac personæ: ac proinde complacet etiam in his, quatenus ex perfectione essentia proueniunt, atque vt essentia, Deusque ipse talis in se sit, qualis oportet, nempe vnus in tribus personis, necessaria sunt. Quia ergo ratio complacendi est bonitas, & perfectio essentia, non verò perfectio relationum: sanè vt hæc terminent actum voluntatis, necesse non est, vt formaliter dicant perfectionem. Potest etiam responderi ad argumentum probare quidem relationibus diuinis conuenire bonitatem, quæ est obiectum voluntatis, non verò bonitatem, quæ est passio entis, quæque perfectionem entitativam significat.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quartum neganda est sequela. Ad comprehensionem namque relationis necessaria est comprehensio fundamenti, atque adeo in diuinis ad comprehensionem



prehensionem relationum diuinarum necessaria est A
comprehensio perfectionis, quam per identitatem
realem & formalem habent cum essentia, ac pro-
inde necessaria est comprehensio essentia.

Ad quintum
ad quintum.

Ad quintum dicendum est, ad utrumque illatum
satis esse si relationes diuinae uere sint Deus per
identitatem realem ac formalem cum diuina essen-
tia, & quippiam reale, formaliter existens in Deo.
Adde in præfatione illa quemadmodum sensus
non est, in essentia adorari unitatem quoad nega-
tionem diuisionis, quam unitas significat, neque in
maiestate adorari aequalitatem, quasi relatio aequa-
litate, quæ est rationis, adoretur, sed sensus est, per-
sonas quoad essentiam, adorari, ut unum Deum
minime in personis ipsis diuisum, quoad maiesta-
tem uero, seu perfectionem, adorari ut æquales, hoc
est, nullam, ut maiorem, aut minorem aliam ita sensus
non est, in personis adorari proprietatem, quasi
proprietates, seu relationes præcisè considerata ab
essentia, adoretur, sed sensus est, adorari personas
distinctas inter se secundum rem proprietatibus
personalibus, non uero adorari unam tantum per-
sonam, ut impius Sabellius asserbat.

Ad argumē-
tum contra
tertiam con-
clusionem.

Ad argumentum contra tertiam conclusionem
dicendum est, cum non magis mirum sit resultare
eas perfectiones, quam resultare relationes reales
formaliter distinctas à fundamentis, sanè sicut nul-
lum absurdum est concedere hoc secundum, sic
etiam nullum absurdum est concedere illud pri-
mum. Si tamen uera est sententia D. Thomæ, qua
asserat, unum numero relatiuum eadem nume-
ro relatione referri ad multa correlatiua numero
distincta, utique neque tot relationes numero, ne-
que tot numero perfectiones resultabunt, facta
mutatione in aliqua re, quot argumentum resulta-
re infert. Præterea à quibusdam resultantibus, alia
desinerent esse: modicaque admodum est perfe-
ctio cuiusque relationis, sicut & entitas.

QVÆSTIO XLIII.

De missione diuinarum
personarum.

ARTICVLVS I.

Utrum alicui persona diuina conueniat mitti.

IN hac quæstione comparat D. Thomas
personas diuinas aduicem quoad mis-
sionem, in qua ordo ad res creatas, ut vi-
debimus, inuoluitur, unde iure optimo disputatio
hæc vltimum locum in hoc tractatu de gloriosissi-
ma Trinitate obtinet.

Missio diu-
narum perso-
narum quali-
ter, & ad eam
quæ requirantur.

Conclusio affirmat. Estque de fide, ut patet ex il-
lo Ioann. 8. Non sum ego solus, sed ego, & qui misit me
Pater. Ioan. 15. Cum uenerit paracletus, quem ego mit-
tam uobis, & alias sæpe. Eam deducit, aut potius in
hunc modum explicat D. Thomas. Missio duo im-
portat. Unum, processionem passiuam missi à mit-
tente, idque aut secundum imperium, quo pacto
Dominus dicitur mittere seruum: aut secundum
consilium, ut consiliarij dicuntur mittere regem in
bellam: aut secundum originem, quo pacto arbor
dicitur mittere flores, aut quouis alio modo: sagi-
ta namque mitti dicitur à sagittario per vim, quam
illi impressit. Alterum, quod importat, est, missum
aliquo modo incipere esse in termino, ad quem di-
citur mitti, vel quia ibi prius omnino non erat, vel
quia non erat eo modo, quo ibi incipit esse. Diuinis

ergo personis conuenit missio, ut importat proces-
sionem originis à mittente; non uero ut importat
processionem secundum imperium, aut consilium,
aut quouis alio modo ex iis, qui importat, missum
in re missa denotant. Præterea, ut importat, missum
esse nouo modo in termino, ad quem mittitur.
Quod fit, ut ad missionem diuinarum personarum
necessaria non sit mutatio aliqua in personis, quæ
mitti dicuntur. Hoc modo Filius dicitur missus à
Patre in mundum, in quo incepit esse per carnem
assumptam: cum tamen, ut habetur Ioan. c. 1. iam
antea esset in mundo, licet non illo modo.

ARTICVLVS II.

Utrum missio sit æterna, uel temporalis.

IN missio diuina personæ duo includat,
nempe processionem per originem à per-
sona, à qua mittitur, quæ æterna est, &
inceptionem nouo modo in termino, ad quem
mittitur, per effectum aliquem temporalem, ut
per carnem assumptam, aut gratiam, ut articulo
præcedente explicatum est: fit, ut missio diuina
personæ ratione huius secundi, per quod in esse
missionis completur, temporalis sit, & non æterna.
Confirmari uero id potest ex illo ad Galat. 4. Cum
uenit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum.

Obiicies. Sicut missio includit quippiam tempo-
rale, sic etiam includit quippiam æternum: ergo
sicut propter temporale, dicitur temporalis, ita
propter æternum, dicenda est æterna. Neganda est
consequencia, quia missio non existit, nisi quando
integræ ipsius ratio existit, ac proinde quando ex-
istit utrumque simul, temporale uidelicet, & æter-
num: quare cum utrumque non existat simul, nisi
quando aduenit, quod in missione est temporale:
consequens est, ut missio diuina personæ tempora-
lis sit, & non æterna. Exemplum est accommoda-
tum in Socrate. Licet enim materiam habeat, quæ
à principio mundi fuit, non tamen dicitur fuisse à
principio mundi, sed à tempore, in quo materiam
animus animauit, per quem unã cum materia com-
pleta fuit ratio Socratis.

Quod si rursus obiicias. Licet Christus includat
in sui ratione naturam humanam temporalem, de
eo tamen modo ueram est dicere, fuisse ab æterno,
ratione Verbi diuini, quod in eo est æternum: ergo
eadem ratione, licet missio diuina personæ in-
cludat quippiam temporale, & quippiam æternum,
ratione æterni dicitur fuisse ab æterno. Neganda
est consequencia. Ratio est, quoniam Christus sup-
ponit pro Verbo diuino, quod est suppositum,
quodq; habet, ut sit hic homo per naturam huma-
nam: unde per communicationem idiomatum uere
modo conueniunt Christo, quæ sunt propria Ver-
bi diuini: missio autem diuina personæ, præsertim
cum sit abstractum, non supponit pro sola proces-
sione æterna, sed pro coniuncto est processionem
æterna & temporali, ut explicatum est.

Nota distinctionem D. Thomæ in corpore arti-
culi. Aut namque, nominum importantium origi-
nem diuinarum personarum, quedam importare
solam habitudinem ad principium (subaudi, non
determinando terminum): cuiusmodi sunt nomina
processio, & exitus: quedam uero importare habi-
tudinem ad principium determinando terminum.
Atque hæc esse in duplici differentia: quedam enim
determinant terminum æternum, ut sunt nomina,
generatio diuina, spiratio passiuæ: est enim generatio
diuina

diuina processio Filij à Patre, Filius autem terminus est æternus: quædam verò alia determinant terminum temporalem, cuiusmodi sunt nomina, missio, datio personæ diuinæ: mittitur namque persona diuina, vt sit nouo modo alicubi: & datur, vt habeatur ab eo, cui datur: & vtrumque fit per effectum temporalem, estque in tempore. Nomina ergo tertij generis solum dicuntur temporaliter de personis diuinis. Nomina verò secundi generis conueniunt eis ex æternitate, eò quòd tam habitu do ad principium, quam terminus, sint ex æternitate. Nomina autem primi generis partim dicuntur de personis diuinis ex æternitate, & partim ex tempore, pro diuersitate terminorum, ad quos sunt indifferètia. Vnde Filius ex æternitate dicitur procedere, ac exire à Patre vt Deus sit, iuxta illud Michææ 5. *Egressus eius ab initio à diebus æternitatis.* Dicitur ex tempore exire à Patre, vt sit homo. Iuxta illud Ioan. 13. *A Deo exiui, & ad eum vadi,* per naturam scilicet assumptam. Et Ioan. 16. *Exiui à Patre & veni in mundum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.*

ARTICVLVS III.

Vtrum missio inuisibilis diuinæ personæ sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis.

Missio diuinæ personæ inplex.

D V P R I M U M est missio diuinæ personæ: quædam visibilis, qualis est quæ vel fit cum aliquo signo sensibili, quo pacto Spiritus sanctus descendit in specie columbæ super Christum, & in specie linguarum ignis in die Pentecostes, vel cum terminus temporalis illius est aliquid sensibile, quo pacto Filius in carne humana missus est in mundum. Alia verò missio diuinæ personæ est inuisibilis. Huiusmodi est missio Filij, aut Spiritus sancti, ad animas interius sanctificandas absque aliquo sensibili signo talis aduentus, vt communiter in Ecclesia sanctificari solent animæ. Atque de hac sola missione excutitur quæstio proposita.

Prima concl. D. Thomæ.

Tres sunt conclusiones huius articuli. Prima est. Missio inuisibilis diuinæ personæ, solum est secundum donum gratiæ gratum facientis. Simul tamen eum gratia gratum faciente intelligit D. Thomas virtutes & dona supernaturalia, quæ eam concomitantur, vt fidem, spem, donum sapientiæ, &c. Verum tamen intelligit hæc, quando coniuncta sunt cum gratia gratum faciente. Quod dico propter fidem & spem, quæ recedente gratia manent. Conclusio hæc explanatione potius, quam probatione eget. Est enim in ea sermo de missione ad habitandum in creatura intellectu prædita, non quocumque modo, sed peculiari quodam quaest. 8. artic. 3. explicato, nempe per nobilissimum effectum, quem Deus in nobis & in Angelis, dum in via sumus, efficit, quo mediâte filios adoptiuos, hæredesque vitæ æternæ nos constituit, uosque sanctificat, ac sibi per cognitionem & amorem sempiternæ beatitudinis proportionatum coniungit, hoc autem solum fit per gratiam gratum facientem, per virtutesque ac dona, quæ illam comitantur, vt omnes consentiant. Porro quatenus Deus per gratiam gratum facientem nos sanctificat, dignosque reddit, vt, iuxta sensum conclusionis 3. explicandum, per cognitionem & amorem in nobis habitet, dicitur nos efficere templum suum, iuxta illud 1. ad Corinth. cap. 3. *Nescitis quia templum Dei estis: & Spiritus sanctus habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauit*

Missio per donum gratiæ exponitur.

A rit, disperdet illum Deus: templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Licet autem in hoc articulo, cum sanctis & Scripturis sacris, sermo sit de missione diuinæ personæ explicata, non tamen negat D. Thomas, Deum, personæque diuinæ esse etiam in nobis modo aliquo minus perfecto per gratias gratas datas, & alia dona etiam naturalia: iuxta illud ad Rom. cap. 1. *Sicut non probauerunt habere Deum, in notitia: vbi loquitur de Philosophis naturalibus, & de notitia, quam de Deo lumine naturali compararunt.* Præterea, non negat aliis quoque rationibus esse Deum peculiari quodam modo etiam in rebus intellectu minimè præditis, vt quaest. 8. art. 3. ostendimus.

2. Conclusio. Personam diuinam dari perfectissimè in hac vita per donum gratiæ gratum facientis.

Secunda conclusio. Persona diuina simpliciter, perfectissimèque modo, quo dari consuevit in hac vita, de quo tantum cum sanctis est sermo hoc loco, solum datur secundum donum gratiæ gratum facientis. Probat, quia res datur ad vsum, aut fruitionem: facultas autem fruendi diuinæ personæ solum est per gratiam gratum facientem, qua quis acceptatur in vitam æternam: ergo diuina persona eodem modo solum datur per donum gratiæ gratum facientis. Præterea, haberi Deum per cognitionem & amorem vitæ æternæ proportionatum, qui modus perfectissimus est, quo Deus ab animabus fidelibus habetur in hac vita, diciturque tentio, iuxta illud sponsæ Cantuorum 3. *Tenui eum, nec dimittam,* solum est per gratiam gratum facientem vnâ cum donis eam concomitantibus: ergo dari personam diuinam, vt eodem modo habeatur, solum erit secundum donum gratiæ gratum facientis.

3. Conclusio.

Tertia conclusio. Cum conferatur, aut augetur donum gratiæ gratum facientis, ipsa etiam persona diuina est, quæ mittitur, datur, & habitat in nobis per donum, & non solum donum est, quod datur. Hæc est D. Thomæ hoc loco, Magistri, & Scholasticorum communiter in 1. dist. 14. Contrarium verò fuit placitum quorundam, parum fidei Catholice consentaneum, afferentium personam solum dari ac mitti quoad donum ipsius, non verò ipsamet vnâ cum dono, quod datur. Quod autem eorundem placitum parum fidei sit consentaneum, ne amplius dicam, probatur. Quoniam Scripturæ sacre aperte contrarium sonant. Ad Roman. enim c. 5. ait Paulus: *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Vbi personam ipsam dicit esse datam nobis, & non solum caritatem, quæ est donum illius. Lucæ cap. 1. *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi.* Ioan. cap. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium pariter dabit vobis Spiritum veritatis.* Actuum cap. 1. *Accipietis virtutem superuenientis Spiritus sancti in vos.* Adde, quòd sacre literæ passim dicunt personam ipsam Spiritus sancti mitti, personæque diuinæ ad animas iustorum venire, quæ omnia donis accommodari nequeunt. Augustinus 15. de Trinitate capite 26. *Quomodo, inquit, Deus non est, qui dat Spiritum sanctum? Imò quatenus Deus est, qui dat Deum.* Ambrosius 1. lib. de Spiritu sancto cap. 4. de persona Spiritus sancti aperte loquens, ait: *Ipsam vnâ Spiritum, & Apostoli, & Prophetæ sunt consecuti, sicut etiam Doctor gentium dicit, quia vnus Spiritum potuimus, quasi eum, qui non queat scindi, sed infundatur in animis, & sensibus illabatur.* Et addit: *Non ergo Spiritus sanctus de substantia corporalium. Hic enim corporibus incorporam infundit gratiam, sed nec substantia inuisibilium creaturarum est: nam & illa sanctificationem eius accipiunt.* Hæc Ambrosius.

Vt autem intelligatur in quo sensu personæ ipse

mitti, & dari dicantur, quando donum gratiæ gratum facientis nobis confertur, notandum est discrimen, quod cernitur inter hæc duo: persona diuina mittitur, persona diuina datur, & venit ad nos: mitti namque solum conuenit personæ, quæ est ex alia, eò quòd mitti, dictum de persona diuina, includat habitudinem originis ad mittentem, vt art. i. explicatum est. Quòd fit, vt Patri, qui non est ex alio, non conueniat mitti, sed solum Filio qui est ex Patre, & Spiritui sancto, qui est ex utroque. Dari uero & venire conuenit omnibus tribus personis diuinis: eò quòd venire non dicat habitudinem ad alium, à quo quis ueniat. Atque, vt aliquid dari dicatur, satis sit, per identitatem sit dantis, vt q. 38. explicauimus. Vide Christus Dominus Ioann. 14. de eo, qui seruat sermonem ipsius ait: *Pater meus diligit eum, & ad eum uenimus, & mansorem apud eum faciemus.*

Quando ergo confertur nobis donum gratiæ gratum facientis, Deus, quatenus Deus, & tres personæ diuinæ dicuntur venire ad nos, & dari nobis, vt maneat, habitentque in nobis, quatenus ratione caritatis & fidei, donique sapientiæ in nobis esse incipiunt tamquam obiectum cognitum, & dilectum in cognoscente & diligente. Interim tamen, dum hæc nobis insunt habitualiter, Deus personæque diuinæ dicuntur esse in nobis tamquam obiectum cognitum, & dilectum habitualiter: quando uero insunt nobis actus horum habituum, dicuntur esse in nobis tamquam obiectum actu cognitum & dilectum. Itaque non solum dantur, ac ueniunt ad nos dona, sed ratione donorum dantur, & ueniunt ad nos Deus, personæ diuinæ tamquam obiecta, quæ attingimus, & quæ, ratione donorum, sunt in nobis obiectiue, ea phrasi loquendi, qua id, quòd de nouo cognoscimus, dicitur in mentem nostram venire, dicimurque attingere, & tenere illud tamquam obiectum cognitum. Quòd fit, vt licet Deus in genere causa efficiens, causa sit donorum, quæ sunt in nobis, dona tamen ipsa sint cause, quasi dispositiua, per quas Deus dicitur esse, uereque est in nobis, vt hoc loco in responsione ad secundum D. Thomam affirmat. Iuxta sensum explicatum ait, Ioan. 1. sua canonica cap. 4. *Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.* Manet namque ipse in Deo tamquam obiectum cognitum & dilectum, vt uitam æternam ei conferat: manet etiam Deus in eo tamquam obiectum cognitum & dilectum dilectione supernaturali uitæ æternæ proportionata, per quam mutua amicitia inter ipsum & Deum intercedit.

Illud aduerte, Deum personæque diuinæ non solum dari nobis per donum gratiæ iuxta modum explicatum, sed etiam, vt sint quasi rector, tutor, & protector noster. Per gratiam quippe efficiuntur Filij & amici Dei, dignique proinde custodia & protectione diuina, quare eo ipso quòd in gratia constituitur, efficiuntur de eorum numero, circa quos peculiariter est protectio & custodia diuina, curaque effundendi largius dona sua. Vnde nulla facta mutatione in Deo, sed in nobis, perinde tunc dicitur Deus dari nobis instar rectoris, tutoris, ac protectorem pupilli.

Quia uero non solum caritas, sed etiam cætera dona, quatenus dona sunt, Spiritui sancto ea ratione, vt q. 38. explicauimus appropriantur, quòd Spiritus sanctus procedat ut primum donum, efficitur, ut ratione caritatis, aliorumque donorum Spiritus sanctus peculiariter dicatur venire ad nos, dari

explicatum est in libro de Trinitate cap. 20. Tunc inuisibiliter Filius cuique mittitur, sicut à quoquam cognoscitur, atque percipitur, quantum cognoscit, & percipi potest pro capiti, uel proficiente in Deum, uel perficendo in Deo anima rationalis. Non ergo eo ipso, quòd de Patre nascitur, missus dicitur Filius, sed eo quòd ex tempore cuiusquam mente percipitur, sicut dictum est: Mitte illam, ut mecum sit & mecum laboret. Hæc tamen Augustinus. Denique quia etiam Spiritum sanctum ad nos inuisibiliter mitti, non est aliud, quàm procedere à Patre & Filio & incipere esse in nobis prædicto modo, concluditur, ut quando nobis datur, atque ad nos uenit, mitti ad nos dicatur à Patre & Filio: Pater uero, quia à nullo alio est, quando nobis datur, atque ad nos uenit, non dicitur mitti.

Dubium est, utrum per absolutam Dei potestatem absque aliquo dono creato, operationeque Dei ad extra mitti possit inuisibiliter persona diuina, uenireque ad creaturam rationalem iam existentem. Sunt qui affirmant id posse fieri per solum actum diuinum, quo Deus sua liberalitate acceptet talem creaturam, eique cõferre uelit beatitudinem æternam. Cõtrarium tamen existimo esse uerum. Tum quia missio personæ diuinæ effectum temporalem, atque ad extra includit, ut artic. 1. ostensum est, aduentusque sine effectum temporali, & ad extra intelligi nequit. Tum etiam, quoniam cum nullus actus, nullæ uero determinatio uoluntatis diuinæ, possit esse nisi æterna, ratione æternæ acceptionis diuinæ, uoluntatisque conferendi gloriam tali tempore, diceretur Deus missus ex æternitate ad creaturam, aduenisse uero creaturæ ex æternitate, quod nullus concederet. Dicendum itaque est, illud inuolueret contradictionem: quoniam mittere, & uenire ad creaturam, intrinsecè includit operationem effectumque Dei ad extra: quare si nihil ad extra offereretur, mitteretur persona, & non mitteretur, adueniretque, & non adueniret. Quia tamen per eam determinationem cõferre Deus posset creaturæ ius ad uitam æternam in sola Dei liberalitate fundatum: iusque illud non esset aliud, quàm respectus rationis, quo creaturæ ex sola Dei liberalitate beatitudo competeret, & concederem sine operatione ad extra posse Deum ex æternitate seipsum quoad ius fruendi conferre: id tamen non esset missio personæ diuinæ, neque aduentus Dei ex æternitate.

Deus & personæ diuinæ dantur ut sint quasi rector, tutor, & protector nostri.

Quare ratione caritatis diuina dicitur peculiariter Spiritus sanctus uenire ad nos, atque in

A nobis, habitareque, & manere in nobis. Quia etiam donum sapientiæ, fideisque ipsa, quatenus ad intellectum pertinent, Filio appropriantur, efficitur etiam ut ratione eorum, quando cum caritate sunt coniuncta, Filius peculiari quadam ratione dicatur ad nos uenire, dari nobis, habitare ac manere nobiscum. Et quia filium inuisibiliter ad nos mitti, non est aliud quàm procedere à Patre, & incipere esse in nobis prædicto modo, efficitur, ut quando nobis datur, & ad nos uenit dicatur ad nos à Patre mitti. Vnde Augustinus 4. de Trinitate cap. 20. *Tunc inuisibiliter Filius cuique mittitur, sicut à quoquam cognoscitur, atque percipitur, quantum cognoscit, & percipi potest pro capiti, uel proficiente in Deum, uel perficendo in Deo anima rationalis. Non ergo eo ipso, quòd de Patre nascitur, missus dicitur Filius, sed eo quòd ex tempore cuiusquam mente percipitur, sicut dictum est: Mitte illam, ut mecum sit & mecum laboret.* Hæc tamen Augustinus. Denique quia etiam Spiritum sanctum ad nos inuisibiliter mitti, non est aliud, quàm procedere à Patre & Filio & incipere esse in nobis prædicto modo, concluditur, ut quando nobis datur, atque ad nos uenit, mitti ad nos dicatur à Patre & Filio: Pater uero, quia à nullo alio est, quando nobis datur, atque ad nos uenit, non dicitur mitti.

B Dubium est, utrum per absolutam Dei potestatem absque aliquo dono creato, operationeque Dei ad extra mitti possit inuisibiliter persona diuina, uenireque ad creaturam rationalem iam existentem. Sunt qui affirmant id posse fieri per solum actum diuinum, quo Deus sua liberalitate acceptet talem creaturam, eique cõferre uelit beatitudinem æternam. Cõtrarium tamen existimo esse uerum. Tum quia missio personæ diuinæ effectum temporalem, atque ad extra includit, ut artic. 1. ostensum est, aduentusque sine effectum temporali, & ad extra intelligi nequit. Tum etiam, quoniam cum nullus actus, nullæ uero determinatio uoluntatis diuinæ, possit esse nisi æterna, ratione æternæ acceptionis diuinæ, uoluntatisque conferendi gloriam tali tempore, diceretur Deus missus ex æternitate ad creaturam, aduenisse uero creaturæ ex æternitate, quod nullus concederet. Dicendum itaque est, illud inuolueret contradictionem: quoniam mittere, & uenire ad creaturam, intrinsecè includit operationem effectumque Dei ad extra: quare si nihil ad extra offereretur, mitteretur persona, & non mitteretur, adueniretque, & non adueniret. Quia tamen per eam determinationem cõferre Deus posset creaturæ ius ad uitam æternam in sola Dei liberalitate fundatum: iusque illud non esset aliud, quàm respectus rationis, quo creaturæ ex sola Dei liberalitate beatitudo competeret, & concederem sine operatione ad extra posse Deum ex æternitate seipsum quoad ius fruendi conferre: id tamen non esset missio personæ diuinæ, neque aduentus Dei ex æternitate.

C Dubium est, utrum per absolutam Dei potestatem absque aliquo dono creato, operationeque Dei ad extra mitti possit inuisibiliter persona diuina, uenireque ad creaturam rationalem iam existentem. Sunt qui affirmant id posse fieri per solum actum diuinum, quo Deus sua liberalitate acceptet talem creaturam, eique cõferre uelit beatitudinem æternam. Cõtrarium tamen existimo esse uerum. Tum quia missio personæ diuinæ effectum temporalem, atque ad extra includit, ut artic. 1. ostensum est, aduentusque sine effectum temporali, & ad extra intelligi nequit. Tum etiam, quoniam cum nullus actus, nullæ uero determinatio uoluntatis diuinæ, possit esse nisi æterna, ratione æternæ acceptionis diuinæ, uoluntatisque conferendi gloriam tali tempore, diceretur Deus missus ex æternitate ad creaturam, aduenisse uero creaturæ ex æternitate, quod nullus concederet. Dicendum itaque est, illud inuolueret contradictionem: quoniam mittere, & uenire ad creaturam, intrinsecè includit operationem effectumque Dei ad extra: quare si nihil ad extra offereretur, mitteretur persona, & non mitteretur, adueniretque, & non adueniret. Quia tamen per eam determinationem cõferre Deus posset creaturæ ius ad uitam æternam in sola Dei liberalitate fundatum: iusque illud non esset aliud, quàm respectus rationis, quo creaturæ ex sola Dei liberalitate beatitudo competeret, & concederem sine operatione ad extra posse Deum ex æternitate seipsum quoad ius fruendi conferre: id tamen non esset missio personæ diuinæ, neque aduentus Dei ex æternitate.

D Dubium est, utrum per absolutam Dei potestatem absque aliquo dono creato, operationeque Dei ad extra mitti possit inuisibiliter persona diuina, uenireque ad creaturam rationalem iam existentem. Sunt qui affirmant id posse fieri per solum actum diuinum, quo Deus sua liberalitate acceptet talem creaturam, eique cõferre uelit beatitudinem æternam. Cõtrarium tamen existimo esse uerum. Tum quia missio personæ diuinæ effectum temporalem, atque ad extra includit, ut artic. 1. ostensum est, aduentusque sine effectum temporali, & ad extra intelligi nequit. Tum etiam, quoniam cum nullus actus, nullæ uero determinatio uoluntatis diuinæ, possit esse nisi æterna, ratione æternæ acceptionis diuinæ, uoluntatisque conferendi gloriam tali tempore, diceretur Deus missus ex æternitate ad creaturam, aduenisse uero creaturæ ex æternitate, quod nullus concederet. Dicendum itaque est, illud inuolueret contradictionem: quoniam mittere, & uenire ad creaturam, intrinsecè includit operationem effectumque Dei ad extra: quare si nihil ad extra offereretur, mitteretur persona, & non mitteretur, adueniretque, & non adueniret. Quia tamen per eam determinationem cõferre Deus posset creaturæ ius ad uitam æternam in sola Dei liberalitate fundatum: iusque illud non esset aliud, quàm respectus rationis, quo creaturæ ex sola Dei liberalitate beatitudo competeret, & concederem sine operatione ad extra posse Deum ex æternitate seipsum quoad ius fruendi conferre: id tamen non esset missio personæ diuinæ, neque aduentus Dei ex æternitate.

ARTICVLVS IV.
Vtrum Patri conueniat mitti.

ARTICVLVS V.
Vtrum filio conueniat inuisibiliter mitti.

ARTICVLVS VI.
Vtrum missio fiat ad omnes, qui sunt participes gratiæ.

I omnes articuli expositi à nobis sunt articulo 3.

ARTI

ARTICVLVS VII.

Vtrum Spiritui sancto conueniat visibiliter mitti.

DISPVATIO I.

EXCITAT solum questionem D. Thomas de Spiritu sancto, quoniam ex illo Ioan. 1. Et verbum caro factum est. & habitauit in nobis, & ex plerisque aliis scripturae testimoniis notum erat, Filium visibiliter fuisse missum. In corpore tamen articuli utramque visibilem missionem explicat.

Misso visibiliter Filij exponitur.

Columba in qua Spiritus sanctus apparuit non fuit assumpta.

Quo loco obserua, quoniam Filius visibiliter est missus, vt per sua merita autor esset gratiae, genūque humanum redimeret, debuisset in vnitatem sui suppositi eam naturam assumere, in qua visibiliter apparuit. At verò, quoniam Spiritus sanctus solum est missus visibiliter in signum inuisibilis missionis per gratiam, idque in vtilitatem Ecclesiae, vt homines ad fidem adducerentur, in eaque corroborarentur, necesse non fuit ea signa sensibilia sibi hypostatice vniret, in quibus visibiliter apparuit, videlicet columbae, nubis, flatus, ac ignis instar linguarum habentis. Id quod affirmant Augustinus 2. de Trinitate c. 6. & ceteri Patres, ac Doctores Scholastici communiter. Tertullianum excipio, qui in libro de carne Christi, paulò post principium, asserere videtur, tum columbam fuisse verum animal de nihilo tunc factum, tum etiam assumptam fuisse ab Spiritu sancto in vnitatem suppositi, fuisseque postea dimissam & in nihilum redactam. Sunt verò signa illa ministerio Angelorum fabricata, non quidem vt ipsorum, sed vt essent signum Spiritus sancti, qui vel tunc inuisibiliter mittebatur, aut antea erat missus, perseverabatque per dona sua in eo, ad quem inuisibiliter erat missus. Quod dico propter signa columbae & nubis, quae super Christum apparuerunt: missio namque illa visibilis Spiritus sancti super Christum non fuit signum missionis inuisibilis per gratiam ad Christum, quae tunc fieret, sed quae in instanti conceptionis facta fuit: totam quippe gratiam Spiritus sancti, quam erat recepturus, accepit Christus in instanti incarnationis, neque vlla additio ei postea facta fuit.

DISPVATIO II.

Vtrum quatuor illa signa visibilis missionis Spiritus sancti fuerint verè ille res, quae apparebant, an similitudines solum earum.

Signa visibilia missionis Spiritus sancti fuisse res veras.

Communis Theologorum sententia est, quatuor illa signa missionis visibilis Spiritus sancti nempe columbam, nubem, flatum, ac linguas dispartitas tamquam ignis, fuisse res extra animam, quae verè mouebant sensus illas percipientium: non verò fuisse res imaginarias, quales esse solebant visiones prophetarum per imagines rerum in sensum internum immittas, absque existentia realiter earumdem rerum, aut aliarum illis similitum, quae sensus Prophetarum mouerent. Augustinum tamen excipio, qui 2. de Trinitate cap. 6. in questionem vertit, an linguae illae, tamquam ignis, fuerint res aliquae, quae sensum mouerent, an verò solae imagines in sensum externum immittas, quae id ostenderent, cum tamen nihil omnino esset extra sensum, quod adprehenderetur. Ac licet Au-

Augustinus eo loco aniceps sit, communis tamen ac vera sententia est, quam retulimus, eamque amplectitur ipse Augustinus circa linguas illas epistola 102. Quod ergo quaerimus hoc loco est vtrum quatuor illa signa essent illae eadem res quae videbantur, an solum res illis similes.

Quod ad flatum attinet, conueniunt omnes fuisse verum flatum. De nube probabile existimo, eam ex aere condensato per compressionem, atque applicando actiua passiuus, fuisse Angelorum ministerio fabricatam, continuoque euanuisse aere reducete se ad suam pristinam dispositionem. Supplicor praeterea aërem illum non transiisse in substantiam aquae, sed retinuisse formam aëris: vapor autem, ex quo constat nubes, de substantia est aquae, vt in libris Meteororum ostendimus.

Flatus in quo Spiritus sanctus apparuit verus exiit. Nubes quid.

De linguis, quae in die Pentecostes super Apostolos apparuerunt, in primis constat non fuisse veras linguas de substantia carnis, neque haud fuisse earum effigiem quo ad colorem, sed solum quo ad figuram. Affirmandum praeterea est, non fuisse de substantia ignis: rum quia aliàs combussissent Apostolos, nisi interuenisset miraculum: non sunt autem multiplicanda miracula sine necessitate: tum vel maximè, quoniam sacra historia Actorum 2. non affirmat linguas illas fuisse ignis, sed tamquam ignis: quare habebant quidem ignis effigiem, non tamen erant verus ignis, vt iplamet sacra historia aperte innuit: Videntur ergo fuisse de substantia aëris, vt de nube lucida dictum est, expletòque ministerio, aëreque redeunte ad suam pristinam dispositionem, continuo, & effigiem illam linguarum, & colorem ignis amisisse.

Linguae quales.

Præcipua difficultas est circa columbam, fueritne verum animal. D. Thomas 3. parte quaest. 39. artic. 7. cum Augustino de Agone Christiano capite 22. existimat fuisse verum animal de nouo creatum. In eadem sententia fuit Anselmus in caput tertium Matthaei.

Columba in qua Spiritus sanctus apparuit an fuerit animal.

In contraria sententia, quae dicit non fuisse verum animal, sunt Ambrosius lib. 1. de sacramentis cap. 7. Neque affirmat contrarium in lib. de iis, qui ministeriis initiantur cap. 4. siattetè legatur, Chrysostomus homilia 12. in Matthæum, Procopius Gazæus in Genesim c. 18. Lyra in cap. 3. Matthaei, D. Thomas in 1. dist. 17. q. 4. art. 3. ad tertium. Egidius eadem dist. in 2. principali q. 2. Durandus q. 14. Caietanus tertia parte loco citato, & in c. 3. Matth. Bartholomæus Torres hoc loco, Abulensis super Matth. c. 3. q. 84. & plerique alij, in eademque fuit Augustinus epistola 102. Probari autè potest primò & præcipuè, quoniam Euangelistae omnes loquuntur de ea, non vt de animali, sed vt de effigie animalis. Matthæus, & Lucas vterque 3. c. dicant, sicut columba. Marcus c. 1. tamquam columba. Ioannes cap. 1. quasi columba. Secundo, quia omnes concedunt linguas, quae apparuerunt super Apostolos, non fuisse verum ignem, sed similitudinem ignis: sicut autem Lucas Actorum 2. vltus est aduerbio similitudinis, dicens, tamquam ignis: ita in proposito omnes Euangelistae vsi sunt aduerbiis similitudinis ad exprimendum signum columbae: ergo non fuit verum animal, sed effigies animalis. Tertio, quia ad denotandum, significandūque aduentum Spiritus sancti non erat necessarium verum animal, sed satis erat similitudo animalis: ergo fuit similitudo ex aere ministerio angelorum fabricata, quae continuo expleto ministerio, vt Augustinus epistola citata ait, desinit esse, & non fuit verum animal de nouo productam.

Verum

Obiectio.

Verum contra obiciunt autores opposita sententia, quia si Spiritus sanctus apparuisset in specie columbae, & non in vera columba, decepisset Ioannem aspicientem, & credentem esse veram columbam. Neganda est tamen consequentia: ipse namque Ioannes verè agnouit non fuisse columbam, sed instar eius effigiem. Vt enim habetur Ioan. 1. Testimonium perhibuit Ioannes dicens, Quia vidi Spiritum sanctum descendentem quasi columbam. Adde, quod si argumentum alicuius esset momenti: probaret etiam Spiritum sanctum decepisse, quando in specie ignis, & non in vero igne, descendit super Apostolos.

Alia obiectio.

Obiciunt secundò, Filius Dei apparuit in vera humanitate: ergo & Spiritus sanctus in vera columba. Neganda est quoque consequentia: quia Filius assumpsit humanitatem in vnitatem suppositi, vt per eam mereretur, redimeretque genus humanum. Spiritus sanctus verò solum est vñs specie columbae, vt significaret praesentiam suam, ad quod non erat opus vero animali.

Diluitur.

A Item illud Isaia 61. Spiritus Domini super me, èd quod vñxerit me, ad annunciandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, vt predicarem captiuis indulgentiam, &c. Quem locum Christus-Luca 4. affirmat intelligi de se ipso. Ratio verò huius conclusionis est, quoniam Christus, quatenus homo, est à tota gloriosissima Trinitate, atque aded à se ipso, quatenus est Deus: quare à se ipso & à tota diuinissima Trinitate dici potest propriè mitti, si eo modo spectetur. Ad propriam namque missionem satis est, si quatenus homo, sit alius à se ipso, quatenus est Deus, quoad naturam.

B Tertia conclusio. Ratione effectus ad extra, secundum quem persona dicitur mitti & ratione liberae voluntatis, qua mitti donarique dicitur, quorum vtrumque ad rationem missionis personae diuinæ exigitur, Filius dici potest, minus propriè, mitti, tum ab Spiritu sancto, tum à se ipso: Spiritus sanctus quoque dici potest mitti à se. Hanc affirmant Augustinus 2. de Trinit. c. 5. Magister, & plerique Scholastici in 1. d. 15. atque iuxta eam sunt intelligendi. Potest autem ex eo probari, quoniam opera augustissimæ Trinitatis ad extra sunt diuisa, volitioque illa libera, qua persona liberè mittitur, est volitio essentialis, ac proinde communis toti altissimæ Trinitati. Quia tamen missio personæ diuinæ, si propriè sumatur, atque vt in Scripturis sacris sumi consuevit, vltra effectum temporalem, & actum illum liberum voluntatis diuinæ, includit etiam personam, quæ mittitur, non solum distinctam esse à mittente, sed etiam ex ea æternaliter procedere, vt art. 1. explicatum est, inde est, vt neque Filius, quæ persona diuinæ est, propriè mitti dicatur à se, aut ab Spiritu sancto, neque Spiritus sanctus, aut Pater, mitti à se ipsis dicantur: neque verò id in Scripturis sanctis reperitur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum persona diuina non mittatur, nisi ab ea à qua procedit æternaliter.

1. Conclusio. Missio propria solum persona mittitur ab ea, à qua procedit.

In prima conclusio. Si missio sumatur propriè, persona diuina, quæ persona diuina est, solum dicitur mitti ab ea, à qua procedit æternaliter: quare neque Filius mittitur à se, neque ab Spiritu sancto, sed à solo Patre, neque Spiritus sanctus mittitur à seipso, sed à Patre & Filio. Hæc pater ex hætenus dictis, quoniam missio propriè sumpta includit ordinem originis ad personam mittentem.

2. Conclusio. Christus vt homo, quo pacto missus.

Secunda conclusio. Filius Dei factus iam homo, & quatenus homo, mittitur ad prædicandum, redimendumque genus humanum per mortem suam, &c. à tota adorandissima Trinitate, atque aded non solum à Patre, sed etiam ab Spiritu sancto, & à seipso, quatenus Deus est, imò ad id præceptum illi, vt homini, imponitur à tota augustissima Trinitate. Hæc est Iginij epistola 1. decretali ad omnes Christi fideles, cuius hæc sunt verba: Filius non secundum Deitatem solum à Patre missus est, sed secundum carnem: quam clementer, & pie pro nobis assumere non dedignatus est. Nam quod semetipsum (exinanita maiestatis suæ potentia) idem se Filius miserit, Apostolus contestatur, & dicit: Semetipsum exinanuit formam serui accipiens: & humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Eadem est Concilij Toletani vndecimi in confessione fidei, vbi habetur: Missus Filius, non solum à Patre sed & ab Spiritu sancto missus esse credendus est, in eo quod per prophetam dicitur: Et tunc Dominus misit me, & Spiritus eius. A semetipso quoque missus accipitur, pro eo quod inseparabilis, non solum voluntas, sed operatio totius sanctissimæ Trinitatis agnoscitur. Hætenus Concilium illud. Iuxta hanc conclusionem (vt Concilium Toletanum exponit) intelligitur illud Isaia 48. Dominus meus misit me, & spiritus eius.

C Circa dubium, quod D. Thomas in 3. argumeto tangit, & ad quod respondet in calce articuli, vtrum scilicet homines dare possint Spiritum sanctum, sit 1. conclusio. Homines dare non possunt Spiritum sanctum, vt dare importat autoritatè, saltem quoad originem, comparatione eius quod datur, atque vt is dare dicitur, cuius est, quod datur. Hæc est notissima. Iuxta hunc sensum negant Augustinus 15. de Trinitate cap. 26. D. Thomas hoc loco, Magister in 1. dist. 14. & Scholastici eadem distinctione, homines dare Spiritum sanctum.

D Circa dubium, quod D. Thomas in 3. argumeto tangit, & ad quod respondet in calce articuli, vtrum scilicet homines dare possint Spiritum sanctum, sit 1. conclusio. Homines dare non possunt Spiritum sanctum, vt dare importat autoritatè, saltem quoad originem, comparatione eius quod datur, atque vt is dare dicitur, cuius est, quod datur. Hæc est notissima. Iuxta hunc sensum negant Augustinus 15. de Trinitate cap. 26. D. Thomas hoc loco, Magister in 1. dist. 14. & Scholastici eadem distinctione, homines dare Spiritum sanctum.

E Secunda conclusio. Cum sacramenta, modo causarum moralium, attingant gratiam, secundum quam Spiritus sanctus confertur, ministri Ecclesie conficientes, applicantesque sacramenta, sunt causæ instrumentales, quod confertur gratia, secundum quam Spiritus sanctus confertur, eaque ratione aliquo modo cooperatur, vt Spiritus sanctus confertur: absolute tamen, hoc est, sine addito, dicitur non sunt conferre, aut dare Spiritum sanctum: quoniam id, simpliciter loquendo, denotare videtur conferre & dare iuxta sensum primæ conclusionis. Ita tandem pro nostra tenuitate finem imposuimus expositioni abditissimi huius mysterij sanctissimæ Trinitatis, Deo optimo Maximo concedente, cui laus & honor in sæculorum sæcula. Amen.

MOL
INDI
D